¶ Et tunc ad philosophum est dicendũ/q; philosophus ipe nõ vidit esse aliquã relationẽ ad quã extrema posita forent in potentia contradictorie/sic q; eis positis illa relatio posset poni vel nõ poni:sed posuit eam extremis positis necessario sequi/supposito q; eã posuerit ab eis distinguntem essentialiter in re extra.ꝛ ideo dixit ipam nõ esse terminũ mutationis/eũ subiectũ non dicat mutari ad aliquid sibi cocuũ:ꝛ relatio(secundũ eum)extremis positis necessario sit cocua. Si etiã dixit ipam nõ esse terminum actionis/ hoc forte dixit/quia nõ potuit eam dicere formã aliquã p se vnã/distinctã realiter ab extremis. Si enim posuisset ipsam esse aliquid in re extra distinctũ realiter ab extremis/ posuisset eã vere ꝓductã ꝛ p cõsequẽs actionis terminũ:cũ nõ ponerent nisi terminũ vnicum in productũ. Et hoc modo/nõ aũt primo modo põt saluari dictũ eius/puta relationẽ nõ esse mutationis terminum quia videlicet non est aliquid in re extra ab extremis distinctum. Si enim est forma ab eis distincta realiter:cum fundamentũ possit poni sñ terminũ/sine quo posito non põt poni relatio: ꝑ consequẽs non oportet fundamentum relationis esse cocuũ:ꝛ ita potest mutari ad ipam realiter cũ possit ipsi posterius tempore aduenire. Sed constat/q; ponentes hypostaticã vnionẽ vel quãcunq; relationẽ ab extremis realiter distinctã/negant philosophũ in vtroq; antecedente:ꝛ ita p consequens possunt ipsum negare in consequente asserendo oppositũ vtriusq;:videlicet relationẽ esse terminũ tã actionis ꝙ mutationis:q; etiã hoc philosophus posuisset/si cõcessisset relationem ipam esse formã aliquã in re distictã realiter ab extremis: ãre ꝛc. ¶ Ad secõm qñ dicit q; maior ẽ vnio hypostatica ꝙ beatificatio:si p hypostaticã vnionem intelligis formã aliquam distinctam realiter ab extremis/dico q; falsum assumis/quia hoc modo vnio hypostatica cum non sit aliquid ī re extra/nec maior dici potest nec minor ipa beatifica vnione.Sicut enim vnio beatifica nõ est forma aliq; per se vna a deo btõ/ꝛ actu beatifico distincta / sed notat insimul illa tria:videlicet deũ/beatũ/ꝛ beatificũ actũ:ita de vnione hypostatica cõparata adverbũ ꝛ ad assumptũ hominẽ est dicendũ.Si aũt per hypostaticã vnionẽ intelligas precise ipsa vnita/nec aliquid ab eis distinctum/ sic concedi potest vnionẽ hypostaticã esse maiorem beatifica vnione. hoc est vnita hypostatice esse magis vnita ꝛ intimius seu realius ꝙ vnita beatifice. Unitus enim beatifice nõ est in deo realiter ꝛ quiditative/sed deus est in ipso tantũmodo obiective.vnitus aũt cũ deo hypostatice/ in ipso quiditative ꝛ realiter sustentat: ꝛ ita per consequẽs ipsi intimius ꝛ realius copulatur. ¶ Et qñ additur in minori ꝙ vnio beatifica fit mediãte forma absoluta/concedendo tamẽ intelligendo per beatificã vnionẽ formam aliquã per se vnã a deo/beato/ꝛ actu beatifico distinctã cum nulla sit talis:sed intelligendo per ipsam huiusmodi vnionẽ precise deũ beatificantẽ ꝛ beatũ in eũ ꝙ beatificũ actũ tendentẽ. Sed ex hoc nõ sequitur q; hmõi vnio hypostatica fiat mediante forma aliqua absoluta:animo sequit cõtrariũ/videlicet q; nõ fiat per aliquod medium Que enim intimius/etiã immediatius vniunt.sed vnita hypostatice sunt vnita intimiꝰ ꝛ ampliꝰ ꝙ vnita btifice. ℔ licz inẽ vnita btifice sit mediũ aliqd absolutũ:nõ tñ inẽ vnita hypostatice:nec cũ talia vniant imediate ꝛ itime/ aliqd mediũ est ponendũ absolutũ vel etiã respectiuũ: q; re ꝛc. ¶ Ad cõfirmationẽ q; vltimo adducit / cõsimiliter est dicẽdũ.Et hec de primo articulo principali.

Quantum ad secundum:vbi est ponendus modus dicendi alius specialis/ꝛ forte rationabilior supradictis:videl mihi posse dici ꝓbabiliter/q; huiusmodi vnio hypostatica non est forma aliqua in re extra per se vna/a verbo ꝛ homine assumpto distincta: vel saltẽ q; hoc nõ est necessariũ ponere ad saluandũ diuinam incarnationẽ ꝛ hominis assumptionem seu cum verbo hypostaticã vnionẽ.Quia tamẽ huiusmodi sacrosancte incarnationis mysteriũ est imperscrutabile:ideo non intendo de eo aliquid insolitũ asserere/sed nisi cõferendo probabiliter quod videt/dicere:protestando q; si in ista questione vel in quacunq; alia/aliquid ex ignorãtia vel quacunq; alia ex causa dixero qõ sit cõtra fidẽ ꝛ sanã eccle doctrinam:aliud reuoco ꝛ ipsius ecclesie catholice correctioni submitto.

Ad cuius euidẽtiam hoc supposito pono quatuor cõclusiones.¶ Prima cõclusio quã pono: ẽ q; nõ est necessariũ huiusmodi hypostaticã vnionem esse aliquã rẽ creatã distinctã ab hoc assumpto in re extra. ¶ Hec licet ex precedentibus sit probata/potest iterũ confirmari.Primo sic. Deus põt assumere hominẽ vel quãcunq; aliã intellectualẽ substantiã vt angelũ/omni accidente ab eo distincto realiter circũscripto.ergo vnio huiusmodi hominis assumpti vel angeli cum deo/non dicit aliquid distictum a deo ꝛ homine vel angelo in re extra. ¶ Primo probo antecedẽs /licet videat euidens:Prio quia talem substantiam intellectualem deus potest assumere qualẽ potest facere:sed põt ipsam facere sine oi accidente ab ipa realiter differẽte:ergo ꝛ sic potest ipam assumere. ¶ Secõ.q; accidẽs põt assumi sine substãtia/vt dist.alia apparebit:ꝙ multo magis substãtia sine aliq accidẽte.magis enim accidẽs videt assumptibile mediãte substãtia sicut ꝛ est factibile/ꝙ substãtia mediãte aliquo accidente:ãre ꝛc. ¶ Tertio.q; si substãtia nõ põt assumi sic

ne accidẽte ab ipo distincto/aut igit sine accidẽte assum
ptione pcedẽte:aut sine accidẽte ipam cõcomitante/vel
posteri9 ꝓsequẽte. Sed nõ põt dici primũ/qz cũ substãtia
assumpta sit ẏbo assumẽti imediate ꝛ pmo nullo accidẽ
te mediãte ẏbo pi9 vnito vnibilis (nõ em accidẽs ẽ pri
us deo vnibile ꝙ substãtia)ꝙ ꝓsequẽs assumptio possibil
substãtie ab oi accidẽte sepabilis nõ necessario rẽdrit ac
cidẽs pmũ seu pcedens. Nec poni põt scõm:videlicet ꝙ
exigat vel inferat aliqd accidẽs ipam sequens.qm sicut
deus assumptũ posset remittere nullo destructo: ita ꝛ nõ
assumptũ assumere nullo ꝓducto alio ab assumpto:ꝙ ꝛc.
¶ Cõfirmat:qz huiusmodi accidẽs hoiem sequẽs assum
ptũ/aut esset subiectiue ĩ hoie aut in verbo. sed non opor
tet ꝙ necessario sit in homine vel in angelo assumpto:tũ
quia pius potest sine posteriori a quo essentialiter est di
stinctũ/existere:tũ quia non magis substantia assumpta
exigit accidens nec requrit ꝙ substantia nõ assumpta:
quare ꝛc. Nec potest dici ꝙ necessario illud accidens sit
in verbo vel in alio supposito diuino substantiã assumen
te:quia licet diuinũ suppositũ posset assumere accidenta
lem formam sicut ꝛ substantiã:tamẽ nõ necessario si assu
mit sibi ꝛ vnit substantiam/habet sibi vnire seu assumere
aliquam accidentalẽ formam:cum quotũlibet assumpti
bilium ꝛ deo vnibilium realiter distinctorũ vnũ alio cir
cũscripto sine ꝓtradictiõe possit a deo assumi ꝛ hypostati
tice seu personaliter ipsi vniri:ergo ꝛc. ¶ Sic igitur ap
paret illud antecedens/videlicet ꝙ deus potuit assume
re hominem vel aliam quamcũq substantiam assumpti
bilem quocunq accidente ab ipo distincto realiter circũ
scripto ¶ Consequentia est euidens:quoniam constat ꝙ
vnio huiusmodi substãtie assumpte si esset forma aliqua
a substantia distincta/esset accidentalis nõ substãtialis:
cũ etiã assumptio vnius substantie nõ necessario exigat
formã aliquã substantialẽ aliã magis ꝙ accidẽtalẽ vni
ri assumpte substantie/nec etiã diuino supposito assumẽ
ti:quare ꝛc. ¶ Confirmatur.qm si vnio huiusmodi est for
ma aliqua absoluta vel respectiua distincta a substantia
vnita/ipsa erit assumptibilis sine substantia. sed non ma
gis accidens potest assumi sine substãtia ꝙ ecõuerso sub
stantia sine aliquo accidente:ergo sequitur ꝙ substantia
possit assumi sine omni accidẽte:nec per ꝓsequens opor
tet ponere vnionẽ substantie assumpte vicere aliquã for
mã accidentalem distinctã ab assumpta substantia in re
extra. ¶ Maior apparet:quia(vt nunc suppono)deꝰ põt
assumere sibiq vnire non tantũ substãtiã: sed etiã omnẽ
accidentalem formã/sine alio quocunq distincto ab ipa
essentialiter in re extra. Omne cm assumptibile sine illo
potest assumi/ꝛ cuicũq cui est vnibile/vniri/ sine quo po
test fieri.ergo ꝛc. ¶ Secunda cõclusio est:ꝙ nõ est proba
bile nec rationabile huiusmodi assumpti hominis vnio
nem esse aliquã rẽ creatã distinctã ab homie in re extra.
¶ Hec probari põt primo sic. Aut hmõi si ponat forma
accidẽtalis aliqua in re extra existens subiectiue in sub
stãtia assumpta/est forma extensa aut inextensa. Sed il
la vnio que fuit corporis Christi in triduo mortis ab alia
separati nõ põt esse inextẽsa/cũ fuerit ꝛ nũc sit (si est) ac
cidens in subiecto extenso: nec illa que fuit ꝛ est alie/po
test esse extensa propter oppositam rationẽ: videlicet qz
subiecti indiuisibilis ꝛ inextensi. Nec videt ꝓbabile nec
rationabile concedere vnã harũ esse extensam videlicet
corporis:ꝛ alterã que est animę/ inextensam: Tum quia
tunc essent vniones hypostatice nõ eiusdẽ sed alteri9 ra
tionis. Tum quia cum forma accidẽtalis extensa in sub
iecto diuidatur realiter diuiso subiecto: per consequens
Iudei diuidẽtes ꝛ scindẽtes seu pforantes corpus Chri
sti in cruce pforassent etiã ꝛ scidissent hmõi corporis ver
bo vnita hypostaticã vnionẽ:qd falsum videtur: cuz post
mortẽ corpus Christi vniformiter verbo vnitũ remãserit
sicut prius. Tum tertio/quia tunc tot oporteret ponere
hmõi vniones quot sunt ptes hois assumpti distincte rea
liter.sed pdicta oia ꝛ alia plura q̃ sequerent/videnẽ im
probabilia ꝛ irrationabilia:ꝙ ꝛc. ¶ Si forte dicaꝝ ꝙ hmõi
vnio hypostatica nõ est in hoie ẽ in verbo: ¶ Cõtra. Pri
mo/qz oẽ a verbo immediate sustentatũ ipsiq vnitũ ẽ ab
eo assumptũ:sed verbũ licet potuerit/de facto tñ accidẽs
nõ assumpsit:ergo ꝛc. ¶ Scõ/qz esto ꝙ esset ĩ verbo/ ad
huc si esset relatio haberet poni multiplex vt videt:cum
relatio ab extremis distinguat:ꝙ ꝛc. ¶ Cõfirmat primo
quia rationabile est ponere ꝛ confiteri/deũ humanatum
ꝛ hominẽ factũ nobilissimo modo possibili. sed maiorus
perfectionis est ꝛ nobilitatis in hoie assumpto / ponere
ipsum verbo immediate/ꝙ mediãte accidẽte aliquo co
pulari:nec ꝙ ꝓsequẽs est rationabile hmõi vnionẽ hypo
staticã esse formã aliquã accidẽtalẽ assumptũ hominem
precedentẽ/ꝛ inter ipm ꝛ verbũ realiter mediantẽ:nec se
quentẽ/vt supernius ostẽsum est:ergo ꝛc. ¶ Scõ/qz que
cunq realiter distincta vnita/possunt ꝙ diuinã potentiã
separari ꝛ diuidi/quocũq ab eis distincto realiter rema
nẽte:ergo si hmõi vnio hypostatica est aliqua res creata
distincta realiter ab humanitate assumpta: ipsa remanẽ
te poterit homo assumptus a verbo esse dimissus. Pro
pter nullã enim creaturam ab homine realiter differen
tem oportet necessario ipsum hominem in verbo perso
naliter sustentari.sed multo probabilius ꝛ rationabilius
est ponere hominem vniri verbo immediate omni alio cir
cũscripto/ꝛ per consequens sine aliqua vnione tãꝙ qua
dam forma ab eis distincta:ꝙ ipsum hominem a verbo
posse dimitti ꝛ diuidi/eorum vnione huiusmodi hyposta
tica remanente:ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est:ꝙ vnio
huiusmodi hypostatica/nõ potest esse(vt videtur) forma
aliqua per se vna accidentalis absoluta/ nec respectiua/
qua mediante assumpta humanitas verbo personaliter
vnitur ꝛ in eo realiter sustentet. ¶ Hec potest probari.
Primo/qz aut forma huiusmodi(si ponatur) esset in ver
bo realiter ꝛ prius ꝙ homo/aut non.si nõ/ ergo nec ipsa
mediante homo in verbo realiter sustentatur:nec ipsi hy
postatice seu personaliter copulatur. Probatio cõsequẽ
tie. Quia aut huiusmodi vnio ponitur forma aliqua ab
soluta aut relatiua.si absoluta/cõstat ꝙ nullum absolu
tum potest vniri alicui absoluto mediante alio absoluto
quod in illo penitus non existit. Nec enim qualitas esset
in substantia mediante quantitate/nisi quantitas ipa in
substãtia primitus poneretur.ergo si huiusmodi vnio est
forma absoluta existens in alio nõ in verbo: per ꝓsequẽs
nec ipa mediante homo vnitur verbo seu recipiet ĩ eo.
Si aũt dicaꝝ ꝙ est relatio: talis fm etiã ponẽtes ipam/
non potest consurgere ex extremis vt absolute positis:ꝛ
tantũmodo vt connectis:ergo vnio ista hypostatica si ẽ
relatio non precedit sed sequitur hominẽ vt verbo vnitũ
primitus seu connectum.sed nullum alterũ vnitum põt
esse ipsi vnitum mediãte aliqua forma posteriori presup
ponente ipsum illi connectum realiter seu vnitum:ergo
ꝛc. ¶ Si aũt dicaꝝ ꝙ hmõi vnio ẽ in verbo ꝛ prius ꝙ ipe
hõ:tunc sic arguo. Aut hõ vnit verbo ꝛ sustentatur in eo
immediate sicut ꝛ ipsa vnio que hominem in verbo natu
re ordine antecedit/aut non recipitur sic in verbo imme
diate.sed primo in ipsa vnione/ꝛ ea mediante in verbo/
modo quo dicimus ꝙ de facto accidentia Christi nõ sũt
in verbo nisi quia sunt in substantia existẽte in ẏbo: nec
qualitas corporalis in substãtia/nisi qz in quantitate in
substãtia existẽte. Sed scõm nõ põt poni.qm impossibile
est substantiam vnitam alicui accidẽti vt ipam sustentanti
Nec enim substantia potest in accidẽte aliquo sustenta
ri:sed potius ecouerso. Nec potest dici ꝙ ratione verbi

in quo sustentat/huiusmodi accidentalis vnio possit homi
nē sustentare.q; per hoc q realiter esset in verbo/non
exit seu transcēdit virtutē nec limites accidentis. Unde
sicut substantia in verbo existens puta hō a verbo dimit
sus/sustētaret cadē accidētia q̄ cōiunctus antea sustēta
batur si aliquod accidēs in verbo existēs sustētare pos
set immediate ꝛ primo hominē/idē posset facere si dimitte
retur a verbo.hoc autē est ipossibile.ergo ꝛc. Relinquit
ergo primū/vez q licet huiusmodi vnio sit in verbo primo
q̄ hō ordine generatiōis/nō tñ ordine immediationis. sed
realiter distincta eque immediate in aliquo existētia sic
se habent q̄ nullum eorum potest esse in illo alio mediā
te.ergo ꝛc. ¶ Si forte dicas:q licet tā vnio q̄ homo im
mediate sustentetur a verbo/tamen homo prius vnitur
vnioni q̄ verbo/licet non sustentetur ab vnione realiter/
sed a verbo.Hoc esto q sit verum/conclusionē tamē pre
dictam non impugnat in aliquo sed cōfirmat. quoniam
quod sustentat in aliquo tertio mediante alio prius me
dio/ prius sustentatur in illo.ergo in quo aliquid vnū po
test sustentari/nec illo mediante vt sustentante/potest in
aliquo alio sustentari.sed nulla substantia potest sustenta
ri in aliquo accidēte. ergo nec in aliqua substātia/nec
per consequens homo in verbo mediante aliquo accidē
te vt ipsum primitus sustentāte:quare ꝛc. ¶ Confirma
tur.quoniam aut huiusmodi vnio(si ponatur accidenta
lis forma vel quecūq; alia in re extra)precedit aut sequi
tur coniunctionem extremorum videlicet vnionem ho
minis seu sustētationē in verbo. Si precedit:ergo posset
esse vnio diuisorum non coniunctorum/cum prius possit
sine posteriori existere:quod est falsum. Si sequitur:ergo
ipsa vnione extrema non vniuntur/cum non sit probabi
le prius vnita seu cōiuncta vniri seu cōiungi aliquo poste
rius consequente.ergo ꝛc. ¶ Preterea:quia licet forma
accidentali aliqua mediante nulla intellectualis sit deo
vnibilis vt obiecto/quomodo omnes sancti ipsi mentali
ter fruitionis ꝛ visionis actibus mediantibus sunt vni
tinen tamen videtur fore possibile tali medio mediante
videlicet aliquo accidente aliquam substantiam ipsi vni
ri personaliter ac in eo realiter sustētari/ cum in illo quo
mediante aliquid in alio sustentatur seu personaliter co
pulatur vt sustentante mediante prius realiter sustentet
vt supernus est deductum.quare ꝛc. Nec valet si dicatur
q̄ substantia assumpta potest sustentari in verbo mediā
te aliquo accidente:vt huiusmodi vnione/non tamē illo
in quo primo substantia sustentat:sed in quo primit? co
pulatur.quoniam ei homo assumptus primo vnit:ipsiq;
primo copulatur a quo assumitur ꝛ in quo immediate sus
tētatur.ergo ꝛc. ¶ Quarta cōclusio est/ q si huiusmodi
vnio esset forma aliqua per se vna ab extremis distincta
magis esset(vt videt)ponenda absoluta q̄ forma aliqua
respectiua. ¶ Hec apparet.quoniā huiusmodi vnio si po
natur relatio/exigit ꝛ supponit sua extrema prius vnita
nec per consequens est ad eorum coniunctionem necessa
ria sed omnino superflua. Non sic autem est si ponat? for
ma aliqua absoluta.quare ꝛc.

Ex predictis omnibus apparet quid sit

dicendum ad questionem. Non enim illa vnio est de fa
cto forma aliqua per se vna ab extremis distincta/vt ap
paret ex dictis.quoniā si sic/aut est in homine aut in ver
bo.non in verbo immediate/cum ab ipso non ponatur de
facto fuisse immediate assumptum aliquid nec ipsi con
iunctum personaliter nisi homo.nec in ipso assumpto ho
mine.quia si sic/aut ante eius assumptionem ꝛ in verbo
sustentationem/aut post.sed non primum.quia tunc pos
set esse vnio diuisorum.nec secundum est necessariū/vt est
ex precedentibus manifestum.ergo ꝛc. ¶ Confirmatur.
quia non magis de facto est ponenda necessario (vt vide
tur)aliqua realis vnio in assumpto homine q̄ in verbo/
cum nō realius nec mediatius homo verbo/q̄ econuerso
verbum hominu vnit.sed secundū oēs nulla in verbo tā
lis vnio est de facto.ergo ꝛc. Hec de secundo articulo.

Quantum ad tertium:vbi est ad aliqua

que contra predicta possent argui vltimo respondēdum
Arguitur primo contra predictas conclusiones in vni
uersali sic.Verbum ꝛ homo possunt manere non existen
te hmōi ipsorum hypostatica vnione.q hmōi eorum vnio
hypostatica ab eis est realiter distincta. Antecedens est
cuidēs.quia verbum posset dimittere hominē.Consequē
tia etiam apparet:quia realiter eorundē neutrum sine al
tero posset esse. ¶ Secundo arguitur sic ad idem. Illud
quo realiter deus homo/ꝛ homo est realiter fact? deus/
oportet q̄ sit forma al: qua in re extra.sed secundum Au
gustinum ꝛ alios doctores de hoc loquētes/talis fuit il
la vnio hypostatica benedicta/q̄ p ipsam deus homo: ꝛ
econuerso homo assumptus fuit realiter fact? deus. ergo
ꝛc. ¶ Tertio sic. Impossibile est hominē assumptū non es
se deum vel nō assumptū fieri deū/ nulla in ipo vnione fa
cta.sed homo assumptus posset dimitti ꝛ p cōsequēs fie
ri non deus:ꝛ non assumptus assumi/ ꝛ ita p consequens
incipere deus esse.ergo oportet assumptum dimissum ali
quid dimisisse/ꝛ nouiter assumptum aliquid acquisisse
sed nec ille nouiter assumptus potest nouiter deo coniun
gnec alius ab eo realiter separari:cum ipse deus sit rea
liter prius per essentiam omnibus creaturis, ergo nouā
ter homini assumpto oportet aliqd aliud a deo nouiter
cuenire:ꝛ dimissum oportet aliquid perdere in re extra.
sed hoc non potest esse aliud(vt videtur)q̄ hmōi vnio su
pra dicta.q ꝛc. ¶ Quarto arguitur sic ad idem:Aut ho
minem esse deum ipsiq; vnitum / dicit aliquid preter ex
trema/aut nō. si primum/habetur propositum:videlicet
q̄ vnio est a verbo ꝛ ab homine distinctum aliquid in re
extra.si secundum: ergo non magis dei filius est homo
assumptus nec ipsi vnitus q̄ alius nō assumpt? nec ho
mo assumptus post q̄ dimissus esset minus deus q̄ an
tea non dimissus.sed hoc est falsum ꝛ absurdum.ergo ꝛc.
¶ Quinto.quia nisi hominis ad verbum sit aliqua vnio
specialis/nō magis erit dei filius homo factus q̄ pater
vel spiritus sanctus.Hoc apparet.quoniam si huiusmo
di vnio ꝟbi ꝛ hois nō est distinctū aliquid ab extremis/
nō aliter ꝟbū hominu q̄ pater vel spūs sanct? vnit:cū
oēs tres psone/q; oibus creaturis equaliter sunt pītes
oibus realiter vniuntur.ergo nō magis dei fili? est hō q̄
pater vl spūs sanct?.sed hoc est hereticū ꝛ absurdū.q ꝛc.
¶ Secundo arguitur specialiter contra quartam cōclu
sionē ponēdē q si hmōi vnio esset aliquid in re ext: a/ma
gis deberet poni aliqd absolutū q̄ respectiuū. Primo:
q; vnio est aliquod vnio.ergo relatio. ¶ Secūdo:q; iter
vnita immediate cuiusmodi sunt ꝟbū ꝛ natura hūana / nō
est ponenda aliqua forma media absoluta. ¶ Tertio:q;
huiusmodi vnio media absoluta aut vnit deo aut nō.
Si primū. ergo posset manere vnita verbo sepato hoie
vt supernus est deductum.hoc autem est falsum. ergo ꝛc.
Si nō vnit secundū.ergo ipsa mediāte hō non vnit ꝟbo.
quare ꝛc. ¶ Quarto.q; nulla accidētalis forma absolu
ta est verbo immediatius vnibilis q̄ intellectualis sub
stantia.ergo si substantia non potest vniri nisi mediante
vnione verbo:nec etiam ipsa vnio verbo vniri poterit si
ponatur forma absoluta nisi mediante alia vnione. sed
hoc est falsum.quia tunc esset processus in infinitum. er
go ipsa vnio non est ponenda forma aliqua absoluta: sed
potius respectiua.Multa alia possent contra predicta
argui que omitto: tum ꝓpter vitādam pluritatem:tum

quia eorum solutio ex solutiõe ꝓdictoꝝ poterit appere.

Ad euidentiam dicendorum ꝓmitto

ꝙ sicut per creationem actiuã vel passiuã nõ est intelligenda forma aliqua per se vna a deo ⁊ creatura distincta vt fiat ostensum in secundo:sed tantũ creatio actio dicat deum primo:⁊ secũdario connotat rẽ creatã vt per eum in esse positã:⁊ creatio passio econuerso primo significat rẽ creatam:deũ secundario cõnotãdo:Sic cõsimiliter videtur nulli esse intelligendũ ⁊ dicendũ de illa hypostatica vnione:videlicet ꝙ nec ipsa est forma aliqua ꝓ se vna a suis extremis videlicet verbo ⁊ homine vnitis distincta/medians inter ipsa:sed significat seu importat licet quodã ordine/simul ea.vt vnio verbi/ qua ipsum homini dicitur vnitũ/significat primo verbũ:⁊ secundario cõnotat hominẽ sibi vnitũ:econuerso autẽ vnio hois qua ipse homo assumptus dicatur verbo vnit⁹/primo significat hominẽ ⁊ secundario cõnotat ipsum deum.Sicut enĩ deus potest creare oĩa ⁊ sic creatꝝ oĩs creatura facta creatur absq; creatiõe actiua ⁊ passiua distincta a deo ⁊ a re creata qualibet mediante:ita potest hominẽ realiter assumere sibiq; personaliter vnire omni vnione distincta ab ipa ⁊ ab assumpto hoie circumscripta. ¶Hoc ꝓmisso:Ad primũ primo ostẽdo/ꝙ illõ cõsimiliẽ cõcludit cõtra omnes alios ponentes hypostaticã vnionẽ esse formã aliquã ꝓ se vnã distictã realiter ab extremis.Arguã enĩ sic.Vnio hypostatica que ab hoie in quo est (vt dicis) realiter est distincta/⁊ ipse homo possunt existere ⁊ manere ipa vnione in hoie non manẽte. ergo vnio vnionis cũ homine est ab ipso homine ⁊ vnione distincta forma aliqua in re extra.Antecedẽs probo.qꝝ oĩm formã subiecto inexistentẽ ⁊ ab eo realiter differentẽ potest deus ab ipso separare ⁊ per se vel saltẽ in alio subiecto ponere. sed secundũ ipsos hypostatica vnio que est in hoie assumpto formaliẽ vt accidens in subiecto/est ab ipso distincta realiter.ergo ipsa põt ab hoie separari:⁊ ꝓ diuinã potẽtiã in alio subiecto/vel etiã ꝓ se poni. ergo sequit ꝙ vnio hypostatica si ponatur ab hoie distincta/põt sine hoie existere: nec tñ (etiã secũm ipsos)sequit ꝙ eius vnio cũ hoie ab ipa vnione ⁊ hoie sit distincta. Nõ enim potest esse vnio vnionis. ¶Ex hoc secũdo patet dd sit dicendũ ad argumentũ in forma.Cõcesso enĩ añcedẽte sane itellecto/nõ sequit cõsequens quod infertur/vt apparet in exemplo predicto de vnione hypostatica ⁊ eius cũ hoie vniõe. ¶Ad ꝓbationẽ quando dicit:indistincto cũ realiter neutrũ sine altero potest esse:Respondeo ꝙ nõ est intelligẽdum verbum ⁊ ab ipso dimissum hominẽ existere sine vnione tanꝙ sine aliqua priori forma ante separationẽ hois a x̃bo/exĩte ⁊ post separationẽ destructa:cũ talis vnio non sit ponenda:vt supra⁹ est ostẽsum. Sed quãdo dicit:an añcedẽte/ꝙ verbũ ⁊ homo ab eo assumpt⁹ possunt manere nõ existẽte cõi hypostatica vnione/intelligendũ est sic:videlicet ꝙ verbũ ⁊ hõ possunt realiter ꝓmanere absq; hoc ꝙ ꝓsonaliter vniant:nõ tñ sequitur ꝙ eis sic manẽtib⁹ forma aliqua ab eis distincta destruat:cũ dimissa possint reuniri absq; alio producto ab eis distincto realiter / destructo ac interẽpto:⁊ econuerso vnita vnidi sine aliquo ab eis distincto realiter producto.Et ita ꝓ cõsequẽs si vnio hypostatica diceret formã aliquã distinctã a verbo ⁊ homine in re extra/posset hõ a verbo vnidi ⁊ dimitti vnione hmõi remanente:cũ(vt predictum est) nulla creatura existente distincta ab homine verbũ ipsum nec assumere hoiem nec sibi vnire personaliter cõpellatur. quare ⁊c.

¶Ad secũdũ qñ dicit ꝙ vnione huiusmodi hypostatica factus est deus hõ:⁊ econuerso hõ deus:dico ꝙ deum hominẽ esse factũ:⁊ ecõuerso hominẽ deũ per hypostaticã vnionẽ/dupliciter põt intelligi. Uno mõ: ꝙ homo fuerit factus deus/⁊ ecõuerso mediãte huiusmodi vnione tãꝙ aliqua re creata distincta a deo ⁊ hoie in re extra.⁊ sic est falsum:nec hoc mõ intelligit Augustin⁹. Alio mõ potest intelligi deũ hoiem esse factũ ⁊ ecõuerso:vnione hmõi hypostatica mediãte:hoc est humanitate assumpta : vt vez deus dicatur homo factus humanitate: ⁊ hõ deus fact⁹ diuinitate.⁊ sic est verũ:qz nec vnio hois ad x̃bũ dicat nisi hoiem/verbũ cõnotando:nec vnio verbi ad hominẽ nisi x̃bũ hoiem secundario cõnotando. Uñ sicut deus dicitur creare realiẽ creatione actiõe/⁊ creatura creari creatiõe passiõe:cũ tñ nec creatio actio nec creatio passio sit distinctũ aliquid a creante ⁊ creato : ita in proposito est dicendũ:⁊ cõcedẽdũ deũ fieri hoiem:⁊ ecõuerso hoiem esse deũ hmõi hypostatica vnione.quare ⁊c. ¶Cõfirmatur qi rationabilius est dicere deũ esse hoiem humanitate:⁊ hoiem deũ diuinitate:ꝙ forma accĩtali aliqua absoluta vel respectiua inter deũ ⁊ hoiem assumptum realiter mediãte. Impossibile enĩ ⁊ inintelligibile videt deũ fore hoiem nec aliquã aliã substantiã aliquo accidente:sicut nec esset accns si ipm assumeret aliqua substãtia mediãte nec etiã aliquo accĩte alio ab assumpto. Unde esto ꝙ de facto esset inter hominẽ assumptũ ⁊ verbũ ipsum aliquod accidens mediũ:puta hmõi hypostatica vnio: adhuc nec deus hõnec hõ deus ꝓ ipam:fꝝ ꝓ ei⁹ terminũ dicerẽt. Nec sequit:inter deũ ⁊ hoiem assumptũ nõ est aliqua vnio media ab extremis distincta.ergo nec deus erit hõnec hõ deus.qñ quanto aliqua distincta immediatius mutuo vniuntur/tanto magis potest vnũ denoiari ab altero/⁊ ecõuerso.sed negantes hmõi inter verbũ ⁊ hoiem mediã vnionẽ/ponũt verbũ ⁊ hoiem immediatissime cõiũgi ꝓsonaliter ⁊ vniri/qõ nõ possunt ponere alij vt videt:qui ponũt hmõi vnionem tanꝙ formã mediã distinctam realiter ab extremis.ꝓ ⁊c. ¶Ad tertium primo ostendo ꝙ illud cõsimiliter concludit contra alios ponentes talem vnionem hypostaticam ab extremis distinctam mediam. Arguẽti enim sic.Uerbum diuinum posset hominem dimittere remanente oĩ creatura ab ipso dimisso homine realiter differẽte ⁊ in ipo etiã homine sicut erat antea existẽte.Hoc apparet.Nõ enĩ est verisimile ꝙ in homine aliquo posset esse aliquod ens creatum ab ipso realiter distinctũ:quo existẽte ipe: hõ verbo ⁊ verbũ ei necessario vnit⁹.sed secundũ ipos vnio hypostatica que est in homine subiectiue. ab homine ipso realiter est distincta. ergo ipsa ⁊ quocũq; alio in homine remanẽte/ potest hõ a verbo dimitti ⁊ ꝓ consequens non deus fieri / non amissa aliqua re creata.Et sicut hõ deus potest fieri nõ deus ꝙ verbo dimisso nullo creato pdito seu amisso: ita ⁊ homo non deus potest deus fieri : quia nouiter assumi absq; ꝙ sibi aduenẽte aliqua re creata. Posset enim deus hominem nõ assumptum nouiter assumere/quocunq; distincto ab ipso homine circumscripto.quare ⁊c. ¶Ex hoc secundo apparet quid sit dicendum ad argumentũ in forma.Concedi enim potest qõ assumitur in maiori:videlicet ꝙ nec homo assumptus põt fieri non deus/nec alius non assumptus deus sine aliqua hominis mutatione.Et quãdo infertur.ergo oportet hominẽ assumptũ dimissum aliquid amisisse/⁊ assumptũ nouiter deum factum aliqd acquisiuisse:cõcedo.nec assumptus tñ acquisiuit/nec dimissus amisit aliquid aliud a deo. Sicut enim in sacramento altaris accidẽtia separata nihil aliud a substãtia perdidẽrũt supposito sicut credo ꝙ ipsa accidentia oĩa immediate sine aliqua mediante ab eis distincta inhereñtia/substantie existant/que etiam si post separationem substantie vrurentur/ nihil aliud a substantia acquirerẽt cũ nouiter inexisterẽt:Ita cõsimiliter in ꝓposito de assumpto a deo vt dimisso hoie ẽ dicẽdũ:ꝙ nouiter assumpt⁹ acquirit deũ cui vnit:⁊ ab eo dimissus pdit cũ a quo dimit

titur. ¶ Et qñ contra hoc arguit: q; deus in oibus creaturis est realiter pñs / nec per pſequēs ab ipso aliqua est diuisa: Respondeo q; licet deus sit pſens omnib⁹ creaturis / nō tñ vniformiter. Aliter enī est ꝑ ſens homini assumpto / ꝑ aliē non assumpto. Assumpto enī est pſens sicut ei qđ in eo pſonaliē ꝑ realiter sustētat. Et hoc mō intelligo hominē diuinum amittere deū / nō q; ab ipo totaliter sit diuisus / sicut est accidēs a substātia ſeparū cū deus ipse presentialiter vt supponit sit vbiq; / sed q; in ipso nō sustētatur realiter sicut prius: ꝑ ꝓpter hoc tñ est solus deus filius nō pater nec ſpūs sanctus hō: ꝑ hō ecōuerso est solus filiꝰ / q; vez in solo filio nō in patre nec in spiritu sancto ipe hō assumptus realiter sustentat. ¶ Ad quartum primo ostendo q; concludit similiter contra alios vnionem illam mediā asserentes. Arguam enim sic. Deū esse hominem / ꝑ hominem deum / nō dicit aliud ꝑter. Deum ꝑ hoiem ꝑ coꝝ hypostaticā vnionem. sed his omnibus tribus existētibus deus pōt non esse hō: hō nō deus: cum nulla creatura exstite ab hoie distincta realiter auſmōt ſcōz eos est illa hypostatica vnio / de⁹ necessario assumat hominem sed tantūmodo contingēter. ergo ꝛc. Tunc arguo sicut tu. Aut deū esse hominē dicit aliquid ꝑter tria predicta / aut nō. si primū / hoc est contra eos. nisi ponant vnionis vnionem aliā sine fine. si ſcōm: ergo illis tribus existentibus deus est homo necessario / qđ est falsum. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc ſcđo apparet quid sit dicendū ad argumentum in forma. Dico enim q; deū esse hominē nō dicit ꝑter extrema aliquid positiuū ab eis distinctum. sed vt dicit precise ipsa extrema videlicet deū ꝑ hominē / non tamen quōcunq; absolute / sed vt nō diuisa sed personaliter copulata. Et ideo nō sequitur qđ inf⁹tur: vez q; non magis deus filius sit hō assumptus q; alius nō assumptus. Solus enim ille hō est deus qui est in deo realiter ſustentatus ipſiq; personaliter copulatus. Hoc patet per exēplum cuidentissimum in creaturis. Supposito enim (qđ ꝑ verum reputo) q; albedo possit informare ſubiectū aliquod omni forma media ab albedine ꝑ subiecto distincta circuſcripta: constat q; tunc esse album nō dicit aliquid ꝑter extrema videlicet albedinem ꝑ subiectum: non tamen ſequitur q; aliquod subiectum sit album nisi albedine informatum: nec etiam q; illud subiectum sit alia albedine album nisi illa qua realiter informat: qua ab ipo per diuinam potentiam ſeparata ſubiectum puus albū efficatur nō album / nulla forma destructa nec aliqua perdita seu ab ipso subiecto remota / exceꝑta sola ipsa albedine separata. ¶ Confirmatur: quia ſecūdum eos homo est verbo vnitus vnione in eo formaliē existente / sicut dicitur albus albedine. sed cōstat inter huiusmodi vnionē ꝑ hoiem nullū esse mediū in re extra. ergo hoiem esse vnitum nō dicat ꝑter vnionē ꝑ hoiez aliquid in re extra: nec tñ sequit q; aliquis alius sit vnitus nisi vnione hmōi informatus. Et ita cōsimiliter in ꝓposito est dicēdū. quare ꝛc. ¶ Ad quintū ꝑ vltimū: primo ostendo q; idē ꝑ eidē tuus cōtra alios pōt dici. Quoniam si ponat vnio hypostatica illa media ſepe dicta: cōstat etiā q; ipsi sicut ꝑ cuilibet alteri creature ꝑ humanitati assumpte erunt pſentes realiter tres persone. ergo si ex hoc arguis non plus filium q; patrem vel ſpiritum sanctum dici hominem: q; oēs tres persone assumpto homini sunt pſentes: hoc nō magis sequit negando q; ponendo huiusmodi mediā hypostaticā vnionem. ¶ Confirmatur: q; per hmōi vnionē ſubiectiue in homine existentem nō potest dici filius vel homini vnitus nec per consequens hō factus: cū ipsa sit nature ſustētate ad ſustētās. ex quo sequitur q; sit deo repugnans: cum ei conuenire non possit in alio ſustentari. Nec potest dici etiam / vt videt q; huiusmodi vnio si ponatur / respiciat pro termino magis filium q; patrem aut ſpiritū sanctum / cū sit effect⁹ cōmuniter oīm pſonarū: nō ergo q; ipsa magis dei filius erit hō q; pater vel ſpiritus sanctus. ¶ Ex hoc ſcđo / respōdendo ad argumētū in forma / concedo verba ad hominem ꝑ econuerso esse vnionē aliquam ſpecialem / non tanq; formam mediam seu aliquam rem creatam / distinctā ab eis realiter: sed quia ita ipse homo in verbo q; non in patre nec in ſpiritu sancto immediate personaliter ꝑ realiter ſustentat. Nec tamen ex hoc ſequitur inter verbum ꝑ hominem esse aliquā mediam vnionem / cum sine omni medio vniātur. Exemplū huius apparet in aliquo accidente / puta albedine immediate ſubiectum aliquod informante / nullo inter ipsa absoluto / nullo etiam respectiuo mediāte. Constat enim tale ſubiectum dici album ratione cuius ꝑ albedinis ſpecialis vnionis non tanq; formę inter ipsa mediantis: ſed q; albedo ipsa est immediate realiter in ſubiecto. Et ita cōſimiliter in proposito / solus deus filiꝰ homo appellatur quia in solo ipso homo realiter ſustentatur. ꝑ ideo concedo q; ipsi ſpecialiter copulatur: quare ꝛc. ¶ Et ſi queras quomodo deus nouiter potuit fieri homo nullo ſibi ādue niente de nouo cum ſit immutabilis? Respondeo q; idem fuit nouiter factus homo aliquo nouiter adducto / videlicet ipso assumpto homine in eo nouiter existente / ei⁹ tamen quia immutabilis / mutatione qualibet circumſcripta. Nō enim omne illud nutat ꝑ / in quo nouiter aliquid ſustentatur.

Ad alia contra quartam cōclusionem.

Ad primum dicendum q; non ſequitur: vnio est aliquorum vnio: ergo est relatio. quia etiā visio vel intellectio est alicuius vni⁹ ſubiectiue ꝑ alterius obiectiue: tamen est forma aliqua absoluta. Et ita in ꝓposito esto q; vnio poneretur forma aliqua absoluta / adhuc posset esse aliquorum vnie / vnius videlicet vt ſubiecti / ꝑ alterius vt termini seu obiectiue: quare ꝛc. ¶ Ad ſecundum concedo inter verbum ꝑ hominem quia immediate vniuntur / non esse ponendam formam aliquam mediam absolutam. Cōcedo etiam tu non opotere ponere inter ipsa formam aliquam mediam reſpectiuam / cum talis si ponatur / nō minus ab extremis distinguat q; forma aliqua absoluta: nec per consequens ponēdo eam possint ſaluare verbum ꝑ hominem coniungi immediatius seu vniri: q; ponentes formam aliquā absolutā. quare ꝛc. ¶ Ad tertiū quādo queritur an huiusmodi vnio absoluta vniatur verbo: an non? idē ego quero ab eis ponentibus ipsam vnionem esse relationem. Si enim dicat q; vnitur deo ipsa vnio relatiua / idē ego cōcedam ponēdo ipsam esse formam aliquā absolutam. Nec eā est magis inconueniēs formam accidētalē absolutam cōcedere deo immediate posse vniri / q; formam aliquam reſpectiuā. Et quādo arguitur q; tūc posset manere vnita verbo / hoie ſepato: cōcedo (qđ ꝑ ipsi habēt cōcedere) ponēdo ipsam vnionem esse relationem: vt in ſuperioribus est ostenſum. sed non est magis inconueniens deum posse assumere ſibiq; coniungere formam accidentalem absolutam ſine ſubſtātia q; reſpectiuam. quare ꝛc. ¶ Si autem dicatur q; ipsa vnio relatiua non vnitur verbo: eadem potest dici ponendo ipsam esse formam absolutam. Et quando arguitur q; tunc ipsa mediante homo non posset vniri verbo: eadem ſequitur ꝑ potest argui contra eos ponentes vnionem huiusmodi relatiuā. Non minus enim sed magis absolutum vnum distinguitur a reſpectiuo q; ab alio absolutorum nec per consequens duo extrema absoluta possunt vniri immediatius mediante inter ipsa forma relatiua: q; mediante forma aliqua absoluta. Si igitur ſecundum ipsos homo vnitur verbo mediante vnione relatiua verbo non vnita: ita cōſimiliter potest dici ꝑ cōcedi ipsi vniri posse vnione absq

luta/esto q verbo nō sit cōiuncta realiter seu vnita. ¶Ad quartum ꝛ vltimum patet q concludit similiter contra alios cuiuscūq. Nulla enim forma accidentalis absoluta nec etiam respectiua est deo immediatus vnibilis ꝙ substātia assumptibilis .ꝛ ideo si substantia non pōt deo immediate vniri nec ipa vnio/esto q ponatur relatio. Tūc dicendum/q tam substantia intellectualis ꝙ etiam alia forma accidentalis a deo assumptibilis est ipsi immediate vnibilis: nec per consequens oportet ipsam a deo assumi nec ipsi vniri mediante aliqua vnione vt supius est probatum. cum hoc tamen stare videtur q si huiusmodi talis vnio poneretur/ magis esset ponēda forma aliqua absoluta ꝙ respectiua. ¶Sic ad questionem.

Ad rationem in principio: quando dicitur. q omnis relatio est distincta realiter a quolibet absoluto: dico q non est verum. Nulla enim relatio est forma aliqua per se vna distincta ab extremis aliqualiter in re extra/sed precise ambo extrema vt simul existēta. Nec enim similitudo inter aliqua duo alba est aliqd in re extra nisi tantummodo illa alba. Et ita dicendum est de vnione respectu vnitorum. Propter qō dictum est i precedentibus in quarta cōclusione/q si vnio esset aliquid per se vnum ab extremis distinctū magis illud esset ponendum absolutum ꝙ aliquod respectiuum. quia nec aliqua relatio est in re extra aliqua forma talis creata: vt i quadā questione quotlibetica est a nobis ostēsum. ¶Si autem dicat q immo omnis relatio realis est forma aliqua in re extra per se vna ꝛ distincta realiter ab extremis tunc hoc supposito neganda est illa minor: qua dicit q vnio hypostatica est forma relatiua. Nec valet probatio videlicet quia est aliquotū/vt supius est ostensum. ¶Si tamē omnino dicatur q sit impossibile verbum homini vnitum esse sine tali vnione relatiua vel absoluta mediā te/que sit a verbo ꝛ ab homine distincta in re extra: concedo: ꝛ indubitanter teneo hoc supposito talem existere vnionem inter verbum ꝛ hominem assumptum.

Secundo quæro de prædictæ vnōis hypostatice vnitate. Vtrū videlicet hmōi vnio hypostatica sit multiplex an vna. Et videtur q multiplex. quia quot distincta realiter aliquibus sunt vnita/tot videntur esse ponende necessario vniones. sed verbo diuino plura distincta realiter sunt vnita/videlicet corpus ꝛ anima: q etiā in morte fuerunt diuisa: ergo ꝛc. ¶Cōtra: quia deus predicatur de omni eo quod sibi personaliter est vnitum. sed non dicitur anima: sed tātum homo vel caro: iuxta illud Joā. primo. Verbum caro factum est. ergo sola corporis vel hominis non autē anime rationalis vnio cum verbo est ponenda. ¶Preterea videtur q huiusmodi vnio nec multiplex nec vnica sit ponenda: quia quod nihil est nec vnum nec multiplex potest. Sz huiusmodi vnio (vt patet ex precedenti questione) non est in re extra distinctum aliquid ab extremis: ergo ꝛc. ¶Respōsio. Ibi sic procedam. Primo enim inquiram quid dicēdum sit ad questionem propositam supposito sicut ꝛ questio ipsa videt supponere/ q vnio hypostatica sit forma aliqua per se vna distincta realiter ab extremis. Secundo ostēdam quid dicendum sit ad ipsam/ tenendo contrarium/videlicet q huiusmodi vnio non sit distinctum aliquid ab extremis: vt in questione alia est ostensum.

Quantum ad primum dicitur a quibusdā/primo: q sunt plures huiusmodi vniones. Secundo/ q omnes sunt in homine assumpto seu ei⁹ partibus: nulla autem est formaliter in verbo assumēte. ¶Primū probant per rationem assumptā in principio. Cum enim vnio sit relatio (vt supponunt) fundata realiter in assumpto: per cōsequens quot sunt assumpta diuino supposito vnita/tot oportet in eis existere huiusmodi vniones. nec enim eadem relatio potest esse in pluribus fundamētis. sed assumpta diuino supposito vnita sunt plura. ergo ꝛc. ¶Secūdum: videlicet q nulla vnio sit in verbo: probāt quia nullum accidēs potest nouiter esse in deo. sed huiusmodi vnum est accidens: quare ꝛc. ¶Confirmatur: quia nec ad creaturam non est realis relatio / licet econuerso sit creature ad deū. ergo huiusmodi vnio que est relatio non est verbi ad hominem/sed tantummodo econuerso. vnde non est relatio mutua. ¶Sed cōcesso primo quod dicunt/videlicet plures esse hmōi vniones/secūm non videtur esse verū: vez nullā in verbo existere vnionem. sed tantum in assumpto homine ꝛ partibus eius: quoniam impossibile est verbum vniri vt vnitū denominatiue vnione aliqua sibi repugnāti. sed vnio cuiuscunq rei assumpte ipsiq vnite est verbo repugnans: cum illa vnio sit nature sustentate ad suppositum sustentans. verbum autem impossibile est in creatura aliqua sustentari. ergo ꝛc. ¶Nec valet si dicatur negando maiorem: q immo verbum potest dici vnitum assumpti hominis vnione licet sibi repugnāti: sicut res dicitur visa visione in potentia existente/ꝛ sibi videlicet rei que visa dicitur repugnanti quoniam verbum non dicitur vnitum extrinsece: vt obiectum dicitur visum vel intellectum/alioqn homine ab eo separato realiter posset dici vnitum: sicut obiectum dicitur visum licet diuisum sit a visione/ꝛ a visus potentia localiter ꝛ realiter separatū. sed dicitur vnitū realiter: sicut homo. Non enim sustētatum est vnitū realius sustentante: ꝙ econuerso sustentans vniatur sustentato. sed verbum assumens vnitur assumpto homini realiter / sicut sustentans suppositum sustentato: ergo ꝛc. ¶Confirmatur: quia non magis verbum potest denominari seu dici homini vnitum hominis vnione ꝙ dicatur dominus vel eminentius creatura/ eius videlicet creature relatione. Ita enim assumpti hominis vnio repugnat deo sicut relatio seruitutis vel minoritatis: q quelibet creatura dicitur minor deo. sed cōstat q tali relatione deus nec maior dicitur nec dominus creature: nec enim seruitute alicui potest dici dominus sed seruus. nec minoritate maior sed minor. ergo nec vnione nature sustentate in supposito sustentāte/cuiusmodi est vnio nature humane in verbo/potest dici ipsum suppositum sustentans vniri: cui repugnat in natura huiusmodi cuius est illa sustentari.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidentiā pono quinq cōclusiones per ordinē. ¶Prima est: q in hoc assumpto sunt plures huiusmodi vniones. ¶Hec apparet sue vnio illa ponatur forma absoluta siue etiā respectiua. Constat enim ipsam esse formam accidentalem in natura assumpta realiter existentem. sed idem accidens in diuersis subiectis realiter non existit: ergo cuilibet assumpti ꝛ verbo vniti est propria vnio ab vnione alterius assumpti alia ꝛ distincta. ¶Ex quo sequitur: q quot sunt verbo vnita per se ꝛ immediate / tot oporteat ponere vniones. Dico autem per se ꝛ immediate vnita. non enim omnia verbo sic vniūtur/ sed aliqua. Corpus enim ꝛ anima fuerūt ꝛ sunt verbo immediate vnita: non vt imaginantur aliqui toto resultante homine mediāte. Quod apparet. qm̄ qō vnitur alicui alio mediāte/ nō remanet vnitū illo medio nō manente. sed in triduo mortis Christi corpus ꝛ alia manserunt verbo vnita hoc interēpto/ꝛ per cōsequēs verbo nō manēte vnito. qō enim non est / nulli vnitum esse potest. ergo corpus ꝛ alia nō fuerūt nec sunt verbo vnita homine mediante. Nisi aliquis pro

terulendo dicerēt q̄ in morte Christi corpus ⁊ alia nouiter fuerunt verbo vnita:qđ oportet dicere ponendo ipsa ante mortē fuisse vnita hoic mediante. Destructo enī ho mine fuit destructa eius vnio.nec per consequens per illam aliquid remansit vnitum.igitur si alia ⁊ corpus māsere vnita/ hoc debuit esse nouis vnionibus superuenientibus. ¶ Sed hoc videtur abominabile ⁊ absurdū: quomā constat q̄ dei filius non fuit in ligno crucis sed tātū in vtero virginis incarnat⁹.sed tūc fuit incarnatus/ quādo fuit carni vnit⁹. ergo in ligno crucis post mortem nō fuit nouiter carni nec anime vnitus. Sed ipse māsit vnitus cum corpore in sepulcro:⁊ cū alia in limbo:ergo hoc nō fuit nouis vnionibus mediantibus: sed antiquis. Ex quo sequit oppositū/ scz q̄ partes huiusmodi vnite fuerunt immediate ⁊ per se propijs vnionibus / nō vnione totius hominis mediante. Alia autem fuerūt ipsi vnita nō sic immediate/vt partes corporis integrales: ⁊ talia non oportet ponere ipsi esse vnita ꝓpijs vnionibus:sed totius:quo mediante vnūtur. ¶ Quod apparet primo quia si quot sunt corpis Christi partes minute tot ponātur vniones/cōcederentur quasi innumerabiles/qđ ponere nō oportet. ¶ Secūdo:q: si oēs Christi corporis partes fuissent verbo vnite ꝓpijs vnionibus : tunc cōtinue in vita Christi fuisset alicui⁹ vnionis hypostatice corruptio/⁊ alterius ꝑductio:quod non videtur ponendum. Maior apparet.qđ accidens corrūpitur corrupto subiecto.sed Christus per sumptionē alimenti acquisiuit nouas carnis ptes ⁊ amisit antiquas quas de virgine traxerat.ergo corruptis prioribus corrupte fuerunt ipsarū cū verbo propie vniones.sed si prime tracte de virgine fuerūt propijs vnionibus vnite/eadē ratione ⁊ alie per alimenti sumptionem nouiter acquisite . sed huiusmodi partes nouę non potuerunt ipsi vnirī vnionibus partiū precedentium corruptarum:cū ille corrupte fuerint corruptis illis partibus earum fundamentis . nisi dicas q̄ ille vniōes priorum partium corruptarum per diuinam potentiam fuerint transmutate ad alias partes nouas nouiter generatas:quod videtur fictio.ergo sequitur talium huiusmodi vnionū in Christo viuēte ⁊ creſcēte fuisse cōtinuā corruptionē ⁊ continuam productionem.Hoc autem non videtur ponendum.ergo ꝛc. ¶ Confirmat:qr non videtur verisimile q̄ Christo sibi amputāte vngues vel capillos / aut aliqua talium partiū a toto corpore diuisa fuerint corrupta aliqua vnio hypostatica ad diuinū suppositum:ergo ꝛc. ¶ Secūda conclusio est.q̄ illarum vnionum a diuino supposito assumptarum: ipsaq̄ hypostatice vnitarum alia est extensa alia inextensa . ¶ Hoc apparet:quia omnis forma accidentalis informans subiectum aliquod inextensum est inextensa: ⁊ econuerso existens in subiecto corporeo ⁊ extenso/est corporea ⁊ extēsa.corpus autem est quantum ⁊ extēsum.sed anima verbo vnita est inextensa.ergo vnio animę in ipsa vt in subiecto existens est inextēsa:⁊ vnio corporis corporea ⁊ extensa. Vnde sicut quanta est superficies tāta est albedo in ipsa existens subiectue:cita ⁊ quantum est corpus verbo vnitum/tanta habet esse vnio in ipso existens vt accidēs in subiecto. ¶ Ex hoc sequitur corollarie Primo:q̄ quantumcunq̄ corporis Christi ptes non vniant̄ propijs vnionibus ⁊ distinctis ab vnione totius verbo: sed tantum vnione totius:adhuc nihilominus aliquid illi⁹ vniōis corporis/qua corpus ipsum fuit primo verbo vnitum in vtero virginali fuerit postea corruptum: ⁊ aliqđ aliud ipsi appositum. ¶ Secūdo. q̄ vnio corporis Christi extitit augmentata ⁊ creuit.vnde fuit maior in ligno crucis q̄ in vtero virginis . ¶ Primū apparet:quia destructa aliqua parte subiecti informati aliquo accidēte in ipso extēso / destruitur etiam aliqua pars illius forme accidentalis subiectum huiusmodi informāntis.Hoc apparet per exemplum de subiecto corporeo aliquo albedine informato . Quātum enim de illo subiecto destruitur tantum etiam de albedine corrūpitur:quantū etiam tali subiecto additur tāta etiā albedo ipsi adiungit̄ur:supposito q̄ tā additum q̄ presuppositū est albū. Nō enī quod apponitur potest albedine partis prioris naturaliter esse album.sed corp⁹ Christi(vt dicūt ponētes huiusmodi hypostaticas vniones)informatur vnīōe qua verbo vnitur:⁊ per cōsequēs vnione extensa.Cōstat etiam q̄ multe partes corporis Christi formati in vtero virginali fuerunt deperdite:⁊ p̄ sumptionē alimēti ⁊ actionē potētie nutritiue alie apposite.ergo ⁊ aliquid vniōis extēse corporis Christi habuit corrūpi:scz omnū partium corruptarū:⁊ aliquid generāri/puta omnū partium aliarum nouiter productarū.Et ista patet q̄ esto q̄ partes corporis nō vnīūtur propijs vnīōibus nec distinctis/ nec per cōsequens eis corruptis oportuerit corrumpi seu interimi vniersas hmōi vniones.qr tamen vnio huiusmodi vebet esse extēsa habens diuersas partes corpus informātes:ideo oportet necessario(vt dicē)multas ptes vnionis corporis Christi fuisse corruptas ⁊ alias ḡnatas:quod cōcedere videt̄ fictitiū ⁊ absurdū;ꝓpter qđ illud ex quo sequit̄ est negādū. ¶ Secundū / scz q̄ hmōi vnio corporis Christi creuerit/apparet:qr crescente subiecto crescat ⁊ accidens in ipso extēsum existens/sicut crescēte albo homine crescit ⁊ albedo.ex quo oportet cōcedere q̄ maior fuerit corpis Christi vnio in cruce q̄ qñ formatū fuit in vtero.qđ maioris subiecti maior ⁊ extēsior est forma accidētalis q̄libet in ipso extēsa.sed cōstat q̄ corpus Christi maius fuit in passione q̄ in conceptione eius . ergo ⁊ eius vnio cū verbo quā oportet esse extēsam/vt dicat cōclusio supra dicta.sed hoc cōcedere videt̄ ridiculū ⁊ inconcergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est: q̄ ꝺictarū vnionū assumptorū a verbo alia est incorruptibilis:vt illa q̄ est alie alia fuit corruptibilis/nō tñ corrupta:vt illa q̄ est corporis/qđ remansit post mortē vnitum:⁊ alia tertio fuit corruptibilis ⁊ de facto corrupta:vt illa q̄ fuit totius hominis /supposito q̄ totū a ptibus sit distinctū.vt si nō:saltē corruptū fuit aliqđ vnionis corpis formati in vtero virginali. ¶ Hec cōclusio quātum ad oēs eius tres partes apparet . Prima enī ei⁹ pars scz q̄ vnio alie rōnalis cū ✠bo fuerit naturaliter incorruptibilis / ꝓbat̄ primo:qr accidēs nō pōt corrumpi naturaliter nisi vel corrupto subiecto/ vel ab agēte cōtrario.q̄ ois illa forma accidētalis est naturaliter incorruptibilis q̄ nec habet actuū cōtrarium nec corruptibile subiectum.sed talis est vnio alie rōnalis cū ✠bo : est enī alia incorruptibilis q̄ ponit̄ ei⁹ subiectū. nullū ēt repit̄ actuū p̄cipiū ꝓtariū hmōi vnionis q̄ ꝛc. ¶ Secōo:qr sicut inter diuisa ⁊ separata impossibile est saltē naturaliter cōsurgere vnionē:ita econuerso est impossibile nō cōsurgere inter cōiuncta realiter ⁊ vnita.Nō plus enim naturaliter ꝑiucta possunt sine vnione existere q̄ duo alba sine similitudine:vel a gēs passo ꝓximū sine actiōe.ergo ois illa vnio est naturaliter incorruptibilis cui⁹ vtrūq; extremorum est incorruptibile/nec separatio seu diuisio vnit⁹ eor ab altero est possibilis p naturā.scz talis est illa vnio alie rationalis cū verbo vt patet. Nec enī virtute alicui⁹ cause scde pōt vnū extremorum eius corrūpi/nec ab altero separari seu diuidi:vt apparet:q̄ ꝛc. ¶ Secūda ps vez q̄ vnio corpis Christi mortui fuerit corruptibilis / non tāmen de facto corrupta:apparet. Et primo q̄ fuerit corruptibilis:qr ois vnio ⁊ quecūq; forma accidētalis est corruptibilis cuius subiectū est corruptibile.scz cōstat corp⁹ Christi mortui fuisse corruptibile ⁊ passibile sicut nostrū ergo ⁊ ei⁹ vnio cū ✠bo/supposito vt supponit̄/q̄ sit forma aliqua per se vna existens in ipso corpore subiectum

Quantum ad secundum: vbi ad quæstiõ aliter est dicendũ:Ad dicendꝫ euidentiã est sciendũ q̃ cũ peccatũ originale/vt suppono ex dictis in alia questiõe/mõ sit aliud q̃ reatus seu obligatio ad penã vanni/ sine inhabilitas ad consecutionẽ premij sempiterni/ proueniens ex demerito alieno:aut deus statuit ꝛ voluit fore inhabilẽ ad primum hmõi cõsequendũ oẽm hominem ab Adã qualitercunq; descẽdentẽ / aut pcise descendẽtẽ hoc mõ/puta naturaliter scõm ꝓpagationẽ cõmunem. Nõ videtur aũt ponẽdus tertiꝰ modus/ vez q̃ etiã quẽcunq; hominẽ ab Adã nullo modo descendentẽ vbi contigeret aliquẽ talẽ esse/deus voluerit fore ad penã vanni obligatũ/inhabilem ad eternum premium cõsequendũ. qm̃ cũ hmõi obligatio ad penã sine inhabilitas ad gloriã sit ꝓpter primoꝝ parẽtum culpã : ꝓpter nullius aũt culpã sunt rei nisi eiꝰ filij ipsi aliquid attinẽtes:ꝓ ꝓns si aliquis homo a deo de nihilo fieret: qui cũ a primis parentibus nullo modo descenderet nihil eis attineret sed totaliter extrancus existeret/talis nõ videretur esse propter peccatũ primoꝝ parentũ nihil sibi attinentiũ obligatus ad sustinendũ aliqꝺ vannũ/ nec inhabilis ad habendũ premiũ sempiternũ/ nec per cõsequẽs cõtraheret originalẽ reatum.¶Plus enim attinet Ade ois hõ cõceptus sive naturaliter de muliere ex viro/sive etiã supnaturaliter de muliere sine viro/vel ecõuerso/vt fuit formata Eua/q̃ factus a deo de nihilo:cũ talis nihil ipi penitus attineret.¶Hoc apparet. qm̃ vt ꝓdictũ est Christꝰ non minus fuit propinquus immediatis parẽtibus sue matris/vez Joachim ꝛ Anne/qꝛ natus et conceptus de ipsoum filia supernaturaliter sine pre/q̃ si fuisset conceptus naturaliter de matre ꝛ de patre. si autẽ factus fuisset supernaturaliter de nihilo/vez nec de Maria virgine nec mediante virili semine/ non fuisset propinquior parẽtibus Marie virginis q̃ sit nobis.ergo cõsimiliter est dicendũ ꝛ sentiẽdum de quocũq; alio cõparato ad primos parentes /videlicet q̃ si esset aliquis de nihilo factus in nullo eis magis q̃ alijs esset propinquus:si autem factꝰ aliquo eorum filio mediante vl filia/esset eis ꝓpinquus et attinens / sive mediante filia et filio/ hoc est muliere ꝛ viro / sive precise eorum altero foret conceptus : licet aliquo modo si conceptus mediãte vtroq; q̃ si nõ altero eis propinquior dici posset: ꝓ quãto quãdo de vtro q̃ conceptus/eis attinet ex duplici parte/ videlicet patris ꝛ matris:quando autem conceptus tm̃ altero mediante/ex vnica parte tm̃ . Et q̃tum ad hoc est differentia de prole vt comparata ad parentes immediatos vel ad primos parentes.Si comparetur ad immediatos/non est eis propinquior si de patre ꝛ de matre naturaliter generetur/q̃ si supernaturaliter de altero ipsoum tm̃.Hoc apparet in Christo cõparato ad immediatos parentes beate virginis matris eius. Secus autem de ipso est vt comparato ad primos parentes/quibus ꝓpinquior aliquo modo fuisset si naturaliter de muliere ex viro conceptus fuisset.Et ratio huius est/ quoniam vir de quo cõcipi habuisset/ eque propinquus primis parentibus sicut ꝛ virgo fuisset /nisi supnaturaliter de nihilo factus esset. Nõ sic aũt fuisset ꝓpinquus parẽtibꝰ imediatis ꝟginis qꝛ nec ipsoꝝ filius naturalis /licet si consanguineus collateralis/aliquo modo propinquꝰ . Et ꝓ ꝓns Christꝰ hõ si tali mediãte conceptus /aliquo modo parẽtibus etiã immediatis virginis ꝓpinquior extitisset licet aliter q̃ primis parẽtibus:vt apparet.qꝛ illis /vez primis parentibus fuisset propinquior in recta linea descendẽte: istis aũt videlicz immediatis secundũ lineam transuersalem.

Hoc præmisso ꝓsolutione quęstionis pono quatuor cõclusiões.¶Prima est.q̃ si Christꝰ fuisset de nihilo corpaliter formatꝰ siue assumptꝰ siue nõ assumptꝰ/reatũ originalẽ nõ ꝓtraxisset nec ꝓtrahere debuisset.¶Hec appet ex ꝓdictis.qm̃ vt ꝓdictũ est/cũ originalis reatꝰ sit ꝓpter primoꝝ parẽtũ delictũ/a nullo ꝓtrahẽtur nisi ab eis ꝓpinquo ꝛ aliquid attinẽte.sed hõ de nihilo factus nõ esset eis magis q̃ alijs ꝓpinquus.ergo nec ꝓpter ipsoꝝ delictũ esset reus.nisi dicas huiusmodi reatum se extẽdere non tm̃ ad filios/sed etiã ad fratres/ qõ ꝓbabile nõ videtur.quare ꝛc.¶Secunda conclusio est/ q̃ homo assumptus de facto nec cõtraxit nec cõtrahere potuit reatũ originalẽ:nõ qꝛ assumptꝰ/sz qꝛ statim vt cõceptus fuit beatus.¶Hec apparet q̃tũ ad primam partẽ

insimul ⁊ secūdā: qñ cū originalis reat⁹ fit (vt dictū est) obligatio ad penā aliquā / ⁊ inhabilitas ad gloriā / nō pōt vnus ⁊ idē simul habere premiū ⁊ inhabilitatē ad tp̄z nec per p̄ñs originalē reatū. ſ. Christ⁹ statim vt ꝓcept⁹ fuit beat⁹ ⁊ ad beatitudinē apt⁹. ℊ in ipo nec fuit nec esse potuit originalis reatus. ¶ Tertia ps cōclusionis p̄dicte vez q hmōi impossibilitas ad originalem reatū non fuerit in ipso q assumpt⁹ fuit / apparet. qñ vt videbat in 4 sñt. xij. ꝓter nullū reatū seu culpā nec penā inexistētē hō pōt esse inassumibilis. ℊ qualitercūq; reus siue ad penā quantūcūq; obligat⁹ posset esse assumpt⁹. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequit corollarie. q licet fuerint cōgruū hominē assumptū q verbo vnitū nō cōtrahere originalē reatū mō tñ fuit absolute necessariū magis q̄ si nō eēt ꝛbo vnitus. ¶ Tertia conclusio est / q si deus ordinasset ꝓpter primor⁹ parētū peccatū oēm hominē ab ip̄is descēdentē qualitercūq; eē obligatū ad penā damni ⁊ inhabilē ad hēdā gloriā / hō assumpt⁹ peccatū originale cōtraxisset ⁊ otrahere hūisset nisi ab ipo p̄seruat⁹ fuisset hoc dūmodo foret⁹ extitisset nō de nihilo / ſ. muliere (sicut fuit) vel viro mediāte. ¶ Hoc ap pet ex p̄dictis. qñ Christus hō / licet supnaturaliter formatus q; sine viro / tñ descendit a virgine cui⁹ fuit filius: ℊ virgo ei⁹ mater descēdit ab Adā cui⁹ ⁊ fuit filia naturalis. cū igitur eo modo quo hō assumptus fuit ꝓpinquus parentibus virginis immediatis a quibus ipsa mediāte descēdit: fuit etiā parētibus primis ꝓpinquus ⁊ ab eis descēdit / ipsa eadem virgine eorum filia mediāte: per p̄ñs si oēm ab ipsis primis parentibus qualitercunq; descēdentē deus statuisset ⁊ voluisset ꝓpter ipsorū demeritum esse obligatū ad damnū / ⁊ ineptum ad p̄mium cōsequendū: etiā Christus hō assumptus licet sine viro foret⁹ / sic fuisset (nisi preseruatus extitisset) obligatus ad talē penā / ⁊ ineptus ad gloriā obtinendā. sed hoc nō est aliud nisi peccatū originale. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie / q suppositā predicta ordinatiōe diuina / hō assumptus ne contraheret originalē reatū habuit p̄seruari: et per p̄ñs indiguit priuilegio speciali / quo nō indiget natus legitime / vt dictum est in alia questione: quo etiā priuilegio quo hō assumptus indiguit facta hypothesi supradicta nō indigeret aliquis qui ab Adā non descēderet / qualis esset ois ille qui de nihilo factus esset: de quo fuit posita cōclusio prima supradicta. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est / q si deus statuit ꝓpter peccatū primor⁹ parentū esse obligatos ad penā ⁊ inhabiles ad gloriam nō quoscūq; ab eis qualitercūq; descēdētes sed hoc modo: puta cōiter ⁊ naturaliter scōm cōmunē propagationē / mediātib⁹ vez viro ⁊ muliere simul: tūc Christ⁹ hō assumpt⁹ vt sic formatus sicut fuit / nec otrahere potuit reatum originalē nec etiā cōtraxisset / esto q assumpt⁹ nō fuisset. ¶ Hoc appa ret per seqñ sicut statutū de irregularitate natoꝝ illegitime nō tangit / nec ad natos legitime se extēdit: ita nec diuinum statutū quo deus ab Adā hoc modo p̄cise / vez naturaliter descendētes voluit esse irregulares seu inhabiles ad gloriā / ⁊ obligatos ad aliquā debitā eis penā / ad natos alios aliter / vez sicut Christus supnaturaliter cōcept⁹ ⁊ natus extitit / se extēdit. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie / q sicut nat⁹ legitime vt possit ordinari non indiget aliquo priuilegio specialiter nec Christ⁹ nec quicunq; alius ad posse consequi seu ad habilē esse ad habendū p̄mia ⁊ ad euadendū damnū: ⁊ p p̄ñs ad non contrahendum originalem reatū / indiget facta predicta hypothesi aliquo priuilegio speciali. ¶ Sed tūc est hic dubium vtrum p̄dictorū duorū fuit de facto: vtrū videlicet ex diuino statuto ⁊ beneplacito oēs fuerint puniendi a primis parentibus qualitercunq; / an tñ taliter puta naturaliter descendētes. ¶ Ad hoc potest dici q vtroꝝ horū modoꝝ iuste a deo potuit ordinari. credendū tñ est q solos a primis parētib⁹ naturaliter descēdētes / ⁊ per p̄ñs isto mō eoꝝ filios naturales / deus voluerit ⁊ statuerit concipi inhabiles ad p̄mia: ⁊ obligatos ad damnum ꝓpter eoꝝ vez primoꝝ parētū demeritū. ¶ Hec est sentētia olim sanctorū de ista materia loquentiū. Sñ Augustinus de fide ad Petrū sic dicit. Firmissime tene oēm hominē q̄ cōcipiscētia viri ⁊ mulieris cōcipit: cū originali peccato nasci. ¶ Preterea idē August. sup Joā. homilia tij. sup illud. Ecce agnus dei. sic dicit. Solus inocēs qui nō sic venit / vez p cōmunē ꝓpagationē / vt oēs alij venerūt. ergo p p̄ñs sicut ipse / innocētes fuerūt. ¶ Preterea hoc idē asserit Anselmus i libro de cōceptu ℣ginali. vbi dicit vt fuit in primo articulo recitatū / q vna ratio innocētie Christi fuit ei⁹ miraculosa formatio / vez q fuit ꝓceptus supnaturaliter de virgine sine viro. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q; cū post primū primoꝝ parentū nō fuerit natus nec est nasciturus quispiā alius q̄ p cōmunē ꝓpagationē nisi tātūmō Jesus Christ⁹: p p̄ñs si oēm ab Adā etiā supnaturaliter descēdētē deus ordinasset esse reū ꝓpter primoꝝ parētū peccatū / hmōi statutum directe respexisset Christū / q per p̄ñs cōtraxisset originalē reatū: quod non est dicendum. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationem in principio patet solutio ex predictis.

Circa distinctionē quartā i qua magister determinat qño Christus fuit ope sancti spūs format⁹ in ℣gine ⁊ concept⁹: Quero primo vtrū vtā ℣go fuerit vere et vniuoce mater Christi sicut q̄libet alia mulier est mr filij sui. ¶ Et videt q nō. Primo / q; Christus cuius filius nō vniuoce est hō cū aliis / cū sit simul de⁹ ⁊ hō verus: q̄libet aūt alius hō pur⁹: sed nō hīs filiū vniuocum nō est vniuoce mater. ℊ ⁊c. ¶ Secō / q; nec ꝓcepit nec peperit cū aliis vniuoce. sed q̄ sunt vniuoce matres vniuoce cōcipiūt ⁊ parūt. ℊ ⁊c. ¶ Maior ꝓbat: q; sine viro cō cepit ⁊ virgo peperit. ¶ Cōtra. q; virt⁹ seu potētia ḡnatiua virginis fuit eiusdē rōnis cū potētia ḡnatiua cuiuslibet alter⁹ mulieris. ſ. potētie eiusdē rōnis nō possunt nisi in effect⁹ eiusdē rōnis. ℊ filij⁹ virginis eiusdem rōnis fuit cū filijs cuiuslibz alterius mulieris. ℊ ⁊ ipsa vniuoce cū aliis fuit mr. ¶ Philo. vbi sic est ꝓcedendū. Dico ergo est indrēdū q̄d q̄libet alia mr agit ad filiū. Secō q̄d beata ℣go egit ad Christū. Tertio ex his rñdebit ad q̄stū.

Quantum ad primum: sunt tres modi

dicendi / quoꝝ duo primi sunt inter se contrarij: ⁊ tertius quasi medians inter illos. Un⁹ modus dicendi est / q pater ⁊ mater se habēt actiue in ḡnatiōe ꝓlis: pater tñ paliciter / ⁊ mater mun⁹ principalit. ¶ Pro ista opinione arguit. Primo sic: formas eiusdē rōnis cōsequit potētia eiusdē rōnis: sed forme substātiales viri ⁊ mulieris sunt eiusdē specifice rōnis. ℊ ⁊c. ¶ Cōfirmat: q; actiua potentia ⁊ passiua sunt potētie alterius rationis / que p consequens nō possunt consequi principia eiusdē sed alterius rationis. cū ergo vir ⁊ mulier sint eiusdē rationis / nō potest dici q solus vir se habeat actiue ⁊ mulier passiue respectu ꝓlis generādi. ¶ Preterea. q; agēs tātū nō aūt passum assimilat sibi effectū. sed ꝓles interdū similior est matri q̄ patri. ergo ipsa se habet respectu eius actiue.

¶ Secūdus modus dicēdi est / q pater tñ se habet actiue ⁊ mater precise passiue. Pro quo videtur esse philosophus. xv. de aialib⁹. vbi dicit: q mas se habet vt operās ⁊ faciens: femina aūt vt patiens. Unde dicat q mas se habet vt carpentarius seu artifex: femina aūt vt lignū.

¶Tertius modus dicendi quasi medians inter predictos duos est cuiusdam moderni doctoris dicētis/ q̄ tā pater q̄ mater se habent actiue insimul ⁊ passiue: q̄tum tamen ad hoc differenter q̄ pater se habet actiue principaliter/⁊ mater minus principaliter. Econuerso autem mater in ratione passiui principalior est q̄ pater. ¶Pro mū videlicet q̄ ambo se habeant actiue/probat doctor: q; ambo habent potentiā generatiuā: sed constat q̄ potentia generatiua est actiua. ergo ꝛc. ¶Secundum/ vq̄ etiam ambo se habeāt passiue / per hoc probat/q̄ nō tm̄ matri/sed etiā patri proles est consubstātialis: quod non esset nisi in ipsam aliquid non tm̄ de matris sed etiā de patris substantia seu materia transfluxisset. quare ꝛc. ¶Tertium/videlicet q̄ pater sit agēs principalius/probat. q; eius virtus generatiua est perfectior. ergo ⁊ actiuior. ¶Quartum/videlicet q̄ mater in ratione passi sit principalior q̄ pater apparet. quia plus (vt dicit) mulier q̄ vir de materia administrat in generatione prolis. ergo ꝛc.

Contra conclusionē in qua omnes prædicti modi dicendi concordant/videlicet q̄ pater se habeat actiue in generatione forme substantialis prolis:

Arguo/hoc supposito q̄ imperfectius non posset attingere pfectiꝰ effectiue. ¶Primo sic. Si pater respectu forme substātialis siue prolis habet actualitatem/aut igitur mediatā aut imediatā. sed nō potest habere immediatam: quia causa immediata est simul cum suo effectu pater autem ⁊ proles non sunt simul: cum ipa proles patre mortuo generet. ergo ꝛc. ¶Nec potest habere causalitatem mediatā videlicet semine mediante. Primo. q; imperfectius non potest agere ad perfectius. sed cōstat semen decisum esse imperfectius qualibet forma substātiali prolis. ergo ꝛc. ¶Secundo. q; quod est in potētia simpliciter ad formā substātialem nō se habet actiue ad ipsam. materia enim non coincidit insimul cum agēte. sed totum semen tā patris q̄ matris est in potētia simpliciter ad formā substātialem corporis prolis/videlicet carnis ⁊ ossis ⁊ sanguinis: ⁊ hoc siue sit huiusmodi semē de superfluo alimēti/siue aliquid a corpore resolutum. ergo ꝛc. ¶Secundo arguo in speciali cōtra quēlibet trīū predictorum modorum. Et primo contra primū sic. Aut mater agit per se immediate/⁊ pater/ad huiꝰ formā ꝓlis/ aut mediāte materia quā ministrant. sed probatum est/ q̄ pater nō agit immediate nec per ꝓlis mater / cum nō habeat immediationē nec pfectionē actualitatē q̄ pater. Nec potest agere mediāte materia administrata / puta semine alterutri ipsorū/videlicet pater aut mater. Primo. quia vt predictum est/totum per ipos administratū est in potentia simpliciter ad formā ꝓlis. hoc aūt est materia totius seminis vtriusq; / cuius forma est incompossibilis forme prolis/propter qō forma prolis non potest induci in materiam per patrem ⁊ matrem administratā q̄diu est forma sequens informata. causa autē immediata ⁊ effectus non repugnant/immo simul existunt. ergo cū in codē instanti quo forma prolis generatur/forma seminis vtriusq; parentis vt ei incompossibilis corrumpatur. nullo modo potest pon⁹ eius causa imediata. ¶Cōfirmatur. quia nullum imperfectiꝰ potest esse causa perfectionis se. sed totum a parentibus administratū est imperfectius forma prolis. ergo ꝛc. ¶Nec rationes pro illa opinione cōcludunt. quoniam sicut quia vir et mulier habent formas eiusdē rationis quas consequuntur potentie eiusdem rationis/probatur in muliere esse actiuā potentiā vt in virorita potest probari cōsimiliter in viro esse potentiam passiuam vt in muliere: qō tamen optimo filia negat. quare ꝛc. Tūc ergo cōcedo formas viri ⁊ mulieris esse eiusdē rationis/⁊ ideo posse actiue in effectus eiusdem rationis. sed nec vir nec mulier possunt effectiue in substantialem aliquam formā prolis. quare ꝛc. ¶Contra secundū ⁊ tertiū modū dicēdi cōsimiliter pōt argui/ vt supernus est argutum. ¶Contra tertium modū in speciali sunt aliqua dubia. Primū de hoc qō dicit q̄ vterq; parētum se habet actiue insimul ⁊ passiue. Hoc liquidē nō videtur verum. Primo. q; non possunt se habere passiue nisi aliquid de sua substātia administrēt quod sit susceptiuum forme prolis. sed hoc non faciunt vt videtur. quomā non administrāt aliquid nisi semen/quod non videtur esse de ipsoꝝ substātia/sed potius de superfluo alimenti. ergo ꝛc. ¶Secundo. q; si vterq; se habet actiue pariter ⁊ passiue pater poterit fine matre prolem generare: ⁊ econuerso mater etiā fine patre. sed consequēs videtur inconueniens licet ipsum cōcedat nec inconueniēs reputet ille doctor cuius est optimo supradictq;. ergo ꝛc. ¶Consequentia sic probatur. q; quādo ad effectum aliquem sunt necessarie plures cause actiue / tūc tū potest intendi vna q̄ per se sine alia sufficit ad effectū. ergo ꝛc. ¶Ad rationem eius primam quando dicit q̄ generatiua potentia est necessaria: Dico q̄ verum est/sed non forme alicuius substātialis prolis sed alterius vt inferius ostendetur. ¶Ad aliā rōnem quādo dicit q̄ proles non est magis consubstantialis patri q̄ matri: Concedo: sed tunc oportet dicere q̄ neuter est consubstātialis/ nisi ponamus semen in cuius materiam inducatur forma ꝓlis esse de substātia parentum non de superfluo alimēti. Si enim materia seminis fuit materia alimenti/non magis proles est consubstantialis parentibus q̄ non parentibus: cum nō habeat aliquid de substantia eorum magis q̄ de substantia aliorum. ¶Secundū dubium est de hoc quod dicit q̄ pater est agēs principalius: cum enim pater ⁊ mater sint agētia eiusdem rationis/actiuitates habentia eiusdem rationis/non videtur q̄ semper vir vniuersaliter sit causalitatis actiuioris: sed interdum videtur posse contingere ecōuerso. ¶Confirmatur. quia nec vir nec mulier videntur ad prolem aliquid immediate agere sed precise semine mediante. sed siue semen fiat de superfluo alimenti siue de substantia ipsorum parentum non semper videtur semē viri esse actiuius semine mulieris: cuius virtus nutritiua per quā fit conuersio alimenti in alitum/est aliquando perfectior q̄ virtus nutritiua viri. sed qua ratione propter melioriem complexionem ⁊ corporis dispositionem potest ipsum excedere in virtute nutritiua/eadem ⁊ in generatiua. quare ꝛc.

Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius euidentiam est sciendum/q̄ omnes quatuor species motus seu mutationis concurrunt ad formam corporis ꝓlis cuiuslibet inducendam. Est enim ibi primo motus localis quo materia prolis a parentibus administrata ad certum locum defertur in matre. Secūdo est ibi post istū motum localem motus alterationis quo materia predicta per predictum motū in certo loco reposita alteratur. Tertio post istum duplicem motum sequitur generatio/ puta alicuius forme substantialis introductio. Et vltimo sequitur organizatio. et ita concurrit ibi motus localis. alterationis. generationis. et augmenti. ¶Tūc hoc premisso pono tres cōclusiones. Prima est/q̄ tam in patre q̄ in matre est virtus actiua materie prolis ad locum generationi debitum transmutatiua. ¶Hec apparet. quia materia prolis est materia seminis. Constat enim q̄ in materia seminis/corrupta forma seminis inducitur forma corporis prolis. sed in vtroq; parente/vt euidenter apparet/est potentia seu virtus motiua qua quilibet transmutat localiter suum semen ad debitum

ipſi locum.ergo ꝛc.¶Secunda concluſio eſt/ꝙ in ſemine vtriuſq; parentis vel(quod videtur verius) in matre eſt aliqua vis actiua materie alteratiua ꝛ ad formã aliã viterioꝛem ac perfectioꝛẽ aliquo mõ diſpoſitiua. ¶Hec apparet.quoniam conſtat materiam illam ab vtroq; parente miniſtratam q̃diu eſt ſub forma ſeminis eſſe indiſpoſitam ad omnem aliã formam perfectioꝛẽ:ſicut ad formam corporis prolis ad quã tamen finaliter ordinatur: ergo oportet ipſam diſponi ab aliqua actiua virtute.huiuſmodi autem virtus nõ videtur poſſe eſſe niſi vel in ſemine/vel in matre/vel in ſole:ꝛ magis videtur eſſe in matre ꝛ in ſole q̃ in ſemine.quoniam huiuſmodi virtus alteratiua ſeminis ꝛ diſpoſitiua ad formam corporis eſt aliqua qualitas actiua/diſpoſitiua ad expulſionem forme ſeminis.Idem enim eſt diſpoſitiuum ad introducẽdum formam propoſitam ſuccedentem ꝛ ad expellendum oppoſitam precedentem.ſed forma accidentalis non videtur eſſe alteratiua nec diſpoſitiua ad corruptionẽ ſui ſubiecti niſi forma in ſubiecto violenter exiſtens/vt calor in aqua.cũ ergo forma alteratiua ſeminis ꝛ diſpoſitiua ad formam prolis ſit diſpoſitiua ad corruptionem ſeminis: magis illa actiua qualitas videt eſſe ſubiectiue in matre q̃ in ſemine:vel eſſe formam ſubſtantialem ſolis. Habet enim mater qualitates actiuas aliquas ꝛ paſſiuas per quas poteſt huiuſmodi prolis materiam ſibi preſentem realiter tranſmutare. Eedem qualitates vel ſimiles forſitan ſunt in patre:nec tamẽ ad hoc agere poſſunt:qꝛ materiam huiuſmodi nõ habent preſentem ſeu proximã ſed diſtantem.ergo ꝛc.¶Cõfirmatur.quoniam ita ſe videtur mater habere ad ſemen tam ſuũ propium q̃ viri/ ſicut ſe habet terra ad ſemẽ in ipſa ſeminatum.ſed ſemina in terra ſeminata alterantur ꝛ ad formam ſegetis diſponuntur/magis(vt videtur)a ſuperioribus corporibus vt a ſole ꝛ a qualitatibus terre/q̃ ab aliqua alicuius talium ſeminum qualitate . Cum enim diſponitur ad formam ſegetis fit corruptio forme ſeminis. iuxta illud ſalvatoris Joã.xij.Niſi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit ipſum ſolum manet : ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert. Ad corruptionem autem forme ſubſtantialis ſeminis ſequatur corruptio oꝛis qualitatis eius et cuiuſlibet accidentis.ideo cum nihil fere agat ad ſui corruptionem ſed magis ad cõſeruationem: non videtur ꝙ huiuſmodi diſpoſitio ſeu alteratio in materia ſeminis ad formam ſegetis fiat ab ipſo ſemine:ſed a ſolis potentia ꝛ a terra.ergo ꝛ in propoſito conſimiliter videtur dicendũ propter conſimilem rationẽ. ¶Tertia cõcluſio eſt/ꝙ nec pater nec mater agunt actiue ſeu attingunt formam aliquam ſubſtãtialem prolis. ¶Hec concluſio apparet.quoniam vt dictum eſt ſupra cõtra illas tres opiniones arguendo/conſtat ꝙ pater nõ poteſt immediate agere per ſeipſum:cum ꝓles ipſo mortuo generetur ꝛ forma corporis ipſius prolis poſt mortem patris in materiam ſeminis inducatur.nec ſemẽ patris vel matris poteſt ad hoc agere:tum quia imperfectius quilibet ſubſtantiali forma prolis:tum qꝛ oportet ipſum corrumpi ante generationem forme corporis prolis/cum in eius materiam inducatur.Mater etiam non habet/ſecũdum omnes/maiorem actualitatẽ q̃ pater.ergo ꝛc.¶Cõfirmatur.qua potẽtia generatiua ꝛ omnis alia eſt idem realiter cum anime eſſentia:anima(vt credo)eſt etiam ab ipſa indiſtincta totaliter in re extra . ſed eſſentia anime non videtur productiua alicuius forme ſubſtãtialis nec accidentalis in alio ſubiecto extra ſe et extra ſuum ſubiectum propium quod informat.Hoc apparet . nullum enim actum accidentalem ſibi poſſibilem abſolutum vt actum cognitiuum et appetitiuum poteſt producere niſi tantummodo in ſeipſa. Forma etiã ſubſtãtialis corporis per quam fit augmentum animalis licet nõ recipiat in anima ipſam ſubiectiue/th non põt recipi niſi in materiam alimenti/que cum ipſo apponitur ſeu addit preexiſtẽti alteri corpori alia informati:cui⁹ virtute fuit forma illa corporis in materia alimẽti nouiter generata.ſed cõſtat corpus ꝓles oino eſſe idiſpoſitum a corpe cuiuſlibꝫ parẽtis/nec ei⁹ alia informari . ℈ nec ab ipſa põt fieri eſſe ctiue.Eſi nõ videt/ꝙ mater reſpectu ꝓlis aliã actiuita tem habeat q̃ terra reſpectu ſegetis/nec pater aliam q̃ ſemẽ in terra ſeminatũ.Sicut enim nõ põt in materiã ſeminis ſeminati in terra forma ſegetis introduci/ niſi corrupto ſemine:ita nec in materiã ſeminis viri ꝛ mulieris poteſt forma prolis aliqua introduci niſi forma vtriuſq; ſeminis prius corrupta.ſed cõſtat ꝙ nec terra nec ſemen in ipſa poſitum agunt effectiue ad formam ſubſtãtialem ſegetis/eſto ꝙ diſponãt ad ipſam: cum forma ſegetis/qꝛ viua/ſit perfectioꝛ tam terra q̃ ſemine.ergo ꝛc.

Sed tũc ſunt hic tria dubia. Primum: a quo forme hmõi introducunt.Secũm.qꝛ virt⁹ ſeu potẽtia gñatiua alialis nõ eſt ipſectioꝛ q̃ potẽtia gñatiua ignis: ſꝫ potẽtia gñatiua ignis attingit formã ſubſtãtialẽ: conſtat enim ꝙ ignis generat ignẽ.ergo ꝛc.Tertiũ/qꝛ potẽtia generatiua nõ eſt imperfectioꝛ nutritiua:ſed nutritiua potẽtia ꝛ augmentatiua attingunt formã ſubſtãtialem. ergo ꝛc.¶Ad iſta p ordinẽ.¶Ad primũ dicendũ/ ꝙ cũ natura non faciat aliquid fruſtra/ per ꝓbãs quãdocũq; p aliquã cauſam ſecundã fit diſpoſitio in aliquo ſubiecto ad formã aliquã tali cauſe impoſſibilẽ / oportet ꝙ talis forme introductio ſit a deo niſi aliqua ſecũda cauſa pu⁹ tali ſubiecto ſic diſpoſito appeat a qua poſſit forma huiuſmodi introduci.ſed in ꝓpoſito nulla apparet talis ſecunda cauſa cum ſint poſſibiles tales forme. Forma enim ſegetis nõ põt(vt dictũ eſt)a terra nec a ſemine introduci/nec a ſole:cũ oẽ viuũ nobilius ſit nõ viuo. Forma etiã prolis nõ poteſt induci a parẽtib⁹/nec a ſemine/nec a ſole ꝓpter cõſimilẽ rationẽ.quia tã forma corporis prolis vt ꝓcedens animã non eſt viua : ideo põt dici ꝙ forſitan eſt a ſole.¶Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ potẽtia generatiua vel quecũq; alia dupliciter põt ſumi. vno modo fundamẽtaliter vt diſtinguit a termino ſeu effectu:alio mõ virtualiter vt includit ordinẽ ad effectum/ipſum effectũ ſeu ipſi poſſibilem terminũ cõnotãdo. Primo mõ ſumpta potẽtia nõ eſt in re extra aliquid niſi ipſa forma.ꝛ ita cũ potẽtia generatiua animalis nõ ſit aliud q̃ aia:ꝛ potẽtia generatiua ignis/ipſa ignis forma:ꝙ ꝓbãs nobilioꝛ eſt vt ſic potentia generatiua animalis q̃ ignis. Secũdo autem modo non eſt inconueniens dicere potẽtiã generatiuam ignis eſſe nobiliorem q̃ ſit potentia generatiua animalis/videlicet ratione effectus vtriq; poſſibilis.Hoc enim modo nobilioꝛ eſt ignis potentia productiua q̃ potẽtia intellectiua:cum nobilioꝛ ſit ignis ꝛ quelibet forma ſubſtantialis q̃ intellectio/ꝛ q̃ quecunq; alia forma accidẽtalis.Iſto etiã ſecundo modo nobilioꝛ eſt ignis potẽtia productiua q̃ alicuius angeli:cum nulli angelo ſit poſſibilis forma aliqua ſubſtãtialis ſed tantum accidẽtalis. quare ꝛc.¶Vel ſecundo aliter põt dici/ꝙ vez generatiua potẽtia dupliciter põt ſumi. Sicut enim cõceptio aliquãdo accipitur pro ſeminis ſuſceptione / aliquãdo pro forme corporis vltiã aie receptiõe:ita ꝛ generatio põt ſumi pro ſeminis trãſfuſione:pro corporis formatione:ꝛ ꝓ anime infuſione ſeu introductiõe:ꝛ per ꝓbãs generatiua potentia poteſt dici potentia ſeminis tranſfuſiua/corporis formatiua/ꝛ aie ꝓductiua. Primo mõ ineſt alicui potẽtia gñatiua/que non eſt aliud q̃ potẽtia localiter motiua:que licet vt ſumpta fundamentaliter ſit perfectioꝛ q̃ forma ignis/ꝛ eius generatiua potẽtia:non tñ virtua

liter in ordine ad effectum:nec hoc est inconueniēs. quia non semper perfectius est actiuus. Secūdo autē modo ⁊ tertio non est in aliquo animali potentia generatiua. Ex quo sequit ꝙ ghatiua potētia alialis nō est virtualit̄ pfectior imo ipfectior forma ignis:nisi quarto modo acciperetur generatiua potentia animalis / pro potentia feminis productiua. Perfectior enim est forma seminis ꝙ ignis:cum omne mixtum perfectius sit quolibet elemento.Et ꝙ hoc quarto modo possit sumi potentia generatiua/patet.qz sicut omnis potentia qualitatis productiua dicitur alterativa/ita ⁊ substantialis forme cuiuslibet productiua potest dici potentia ghatiua.sed forma seminis est forma substantialis in materia alimenti producta ab alia animalis.ergo ꝛc. ¶Ad tertū cōcedo ꝙ generatiua potētia nō est imperfectior nec pfectior ꝙ nutritiua/vt iste potentie accipiuntur fundamentaliter videlicet prout ab actibus seu effectibus eis possibilib⁹ distinguuntur.quia vt sic non sunt aliquid aliud ꝙ ipsa anima in re extra. vt autem accipiūtur vt effectuum diuersorum sunt virtualiter contentiue/sic dico ꝙ nutritiua est nobilior ꝙ generatiua potentia animalis. Quod non est aliud dicere ꝙ ꝙ anima vt nutritiua est nobilior semetipa vt generatiua.Et ꝙ ita sit/apparet.quoniam anima dicitur potentia generatiua in ordine ad prolem cuius non attingit formam aliquam substantialem.dicitur autem nutritiua in ordine ad corpus ꝓpuum: quod informat/inquantum est alimenti in ipsum realiter conuertiua.sed perfectior est forma carnis ipsi vt nutrienti possibilis ꝙ aliqua ipsi possibilis forma prolis. ergo ꝛc. ¶Sed contra. Homo ⁊ sol generant hominem: ⁊ sic de quolibet animali respectu debite ipsi prolis.¶Respondeo ꝙ verum est aliquo modo/videlicet dispositiue ⁊ antecedenter/non autem vltimate et consequēter formam aliquam corporis magis ꝙ animam attingēdo. Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendū ꝙ

in Christi cōceptione facta in virgine fuit primo sanguinum beate virginis collectio ⁊ in locum generationi debitum repositio/ videlicet in virginis vtero. Secundo/ forme sanguinis ab illa materia expulsio. Tertio ipsam forme corporis introductio et debita organizatio. Quarto ⁊ vltimo anime Christi in illud corpus formatum infusio. Inter illa autem quatuor supradicta licet fuerit ordo nature/nullus tamen temporis fuit ordo/ cū omnia facta fuerint in instanti. ¶Tunc hoc ꝓmisso ab omnibus concesso / pono quinq; conclusiones per ordinem.¶Prima est/ꝙ beata virgo non videtur potuisse operari/nec operata fuisse effectiue ad primum quatuor predictorum/videlicet ad sanguinum suorum collectionem et in vterum suum sacratissimū repositionē. ¶Hec potest ꝓbari. quoniam nullum corpus potest ab aliqua finita virtute moueri localiter in instanti.Hoc statim apparet.quoniam illius virtute precise corpus potest moueri de vno loco ad alium in instanti/ qui potest facere in plurib⁹ locis simul existere idem corpus:quod nulli est possibile nisi deo.sed predicti sanguines sacratissime virginis fuerunt in instanti collecti/⁊ de vno loco ad alium transmutati.ergo hoc fuit possibile soli deo. ¶Secūda conclusio est:ꝙ secundum ⁊ tertium predictorum/ videlicet forme sanguinis expulsio ⁊ forme corporis introductio potuerunt fieri a beata virgine effectiue: supposito ꝙ potentia generatiua animalis sit forme corporis virtualiter cōtentiua. ¶Hec probatur:quoniā ꝙ generās non possit in instāti formam oppositam expellere ⁊ propositam introducere / hoc est quia generat ⁊ corrūpit mediante alteratione prius sibi successiua. Constat enim ꝙ subiecto passo dispositio vltimate in instanti formam cōtrariam ab ipso expellit ⁊ propositam introducit.sed materia sanguinis virginis fuit supernaturaliter ad formę sanguinis expulsionem ⁊ ad forme corporis introductionem dispositia in instanti: ergo ⁊ potentia generatiua virginis/suppositō ꝙ erat virtualiter cōtenua corporis sue prolis sacratissime/potuit ad illa duo licz in instanti facta/ agere effectiue. ¶Sed quia qđ iste obiectio supponit non videtur esse verum secundum dicta in articulo precedenti:deo videtur ꝙ vtrumq; predictorum duorum sicut ⁊ primum/a deo tantummodo ⁊ nō ab aliquo agente alio fuerit effectiue. ¶Tertia conclusio est ꝙ vltimum predictorum / videlicet anime Christi productio vel infusio / nō potuit esse a virgine effectiue.¶Hec conclusio est euidens:⁊ cuilibet per se nota. ¶Quarta conclusio est/ꝙ nec ad forme corporis introductionem/ nec ad anime infusionem ipsa beata virgo videtur egisse nec agere potuisse materiam disponendo ad aliquid predictorum. ¶Hec apparet.quoniam tam corporis Christi forma ꝙ anima fuit in instanti in materiam introducta: forma corporis in materiam sanguinis/et anima in corpus/absq; aliqua dispositione prius successiua. sed nullum agens naturale potest ad formam aliquam substantialem disponere in instanti/sed tātū successiue . ergo ꝛc. ¶Quinta ⁊ vltima cōclusio est/ꝙ beata virgo ministrauit totam materiam corporis sue prolis.¶Hec apparet quoniam forma corporis Jesu Christi non fuit introducta nisi precise in materiam sanguinum virginis gloriose.sed constat ꝙ totus ille sanguis in cuius materiā fuit introducta forma corporis Christi: fuit beate virginis. ergo ꝛc.¶Ex hoc sequitur et potest concludi corollarie duplex excellētia virginis quam habuit in ordine ad sibi benedictam prolem supra omnem aliam matrem.

¶Prima est/ꝙ ipsa plus ad suam prolem ꝙ aliqua mater ad suam naturaliter sibi possibilem extitit operata/ non in genere cause efficiētis sed materialis. ¶Primū videlicet ꝙ non in genere cause efficientis plus operata fuerit/patet.quoniam vt predictū est : nec egit ad aliquam eius formam substantialem ipsam introducendo/ nec etiam ad ipsam disponendo.sed totum hoc fuit a spiritu sancto. Alie autem matres licet non agant ad formam aliquam substantialem sue prolis ipsam introducendo/agunt tamen forte/vt dictum est supra / ad ipsam corporis formam/materiam seminis disponendo. Nec tamen ex hoc virgo beata potest dici imperfectius / immo multo excellentius mater Christi ꝙ aliqua aliarum sit mater filij sui.quoniam huiusmodi dispositiua actio non facit aliquid ad maternitatem:nec ea magis est necessaria ad maternitatem ꝙ ad paternitatem. sed pater non agit aliquid ad formam substantialem aliquam prolis ipsam introducendo:nec ad eam etiam post effusionē seminis disponendo: nec per consequens huiusmodi dispositiua actio aliquid facit ad paternitatem . ergo ꝛc. ¶Si forte dicatur ꝙ licet pater non agat immediate/ agit tamen femine mediante : hoc non valet. quoniam post ꝙ facta est seminum maris ⁊ femine transfusio ⁊ cōmixtio/esto ꝙ totum quicquid postea sequitur videlicet tam forme prolis substantialis cuiuslibet introductio/ꝙ etiam ad ipsam dispositio fiat a deo/ vel a quocunq; alio ab vtroq; parente:nihilominus tamen vir erit pater / et mulier erit mater.quare ꝛc. ¶Secundum/ videlicet ꝙ beata virgo in genere cause materialis plus fuerit operata ad Christum ꝙ aliqua alia mater ad suam prolem/ ex hoc apparet.quoniam nulla alia mater nisi sola virgo beata administrauit totā materiā sue ꝓlis: sed tantū partē:cū vir administret similiter partē suā.sola autem virgo beata totam materiam administrauit . quia nec

forma corporis ꝓlis eius/videlicet Jesu Christi fuit introducta:nisi in materiam sanguinum virginis gloriose. quare ꝛc. ¶ Secunda eius eminentia ⁊ prerogatiua supra omnes alias matres/fuit:quia Christus eius filius fuit ipsi soli cōsubstantialis:⁊ nulli alteri quo ad corpus. ¶ Hec apparet.quia tota materia corporis Christi fuit sumpta de corpore virginis/cum forma Christi corporis fuerit introducta in materiam tantum sanguinis virginis.non sic autem est de aliqua alia matre respectu prolis eius. Quoniam si semen virilis ꝑ parentis sit (vt videtur probabilius)de superfluo alimēti/nulla proles est consubstantialis patri nec matri / cum proles nihil habeat de materia siue substantia eorum.si autem semē nō est tantum alimenti superfluum:sed in ipso est aliquid a corporibus parentum decisum/tunc proles pōt dici consubstātialis matri/non tamen precise:quia est etiā cōsubstantialis patri/nec per consequens est sic perfecte nec totaliter consubstantialis matri sicut Christus fuit beatissime virgini. ¶ Hec de secūdo.

Quantum ad tertium & vltimum: prę

mitto duo. Primum est:q̄ ad paternitatem vel maternitatem in creaturis intellectualibus / de quibus tantum ista dicimꝰ ꝓprie/nō requiritur nisi administratio materie ad formam corporis prolis introducendam.Hoc apparet.quoniam illud sufficit ad aliquid / quo posito illud sequitur omni alio circūscripto : ⁊ quo remoto illud non potest poni quocūq̄ alio posito.sed posito q̄ ad formam corporis prolis vir ⁊ mulier administrāt materiā/ quocunq̄ alio circūscripto / sequitur in viro paternitas ⁊ in muliere maternitas:vel tantum in muliere maternitas si proles tantum fiat ex materia mulieris:sicut etiā ecōuerso tantum paternitas /si proles fieret de materia solius viri.Hoc autem excluso videlicet q̄ non sit administratio materie susceptiue forme ꝓlis a viro nec a muliere/nō potest aliquis dici pater neq̄ mater/ posito vel remoto quocunq̄ alio.ergo ꝛc. Hoc autem intelligo/dū tamē huiusmodi administratum fuerit in se prius ab administrante ꝓductum . Si enim aliquis semen ab alio receptum in mulierem transfunderet : non propter hoc pater ꝓlis generate ex tali semine diceretur:sed ipse potius cuius huiusmodi fuit semen.Hoc apparet de muliere concipiente diabolo mediante in ipsam semē viri trāsfundente.Nec enim sic genitus est dicendus filius diaboli/sed illius hominis a quo diabolus incubus semen accepit. ¶ Ex quo concludo corollarie. Primo:q̄ trāsfusio seu repositio seminis in locum generationi debitū videlicet in vterum mulieris/ non facit aliquid ad rationem patris nec matris . ¶ Secundo q̄ beata virgo licet sanguinem suum purum ex quo fuit formatum corpus sacratissimum prolis eius/ad suum sacrum vterum non transmiserit/sicut suum semen trāsmittunt alie mulieres/⁊ hoc quia sanguis illic sanctissimus fuit ad locū illum in instanti(vt dictum est superius) localiter transmutatus:nihilominus tamen ipsa mater Christi verissime est dicenda:cum nec huiusmodi localis motꝰ ad maternitatem vel paternitatem aliquid operetur. ¶ Secūdum premittendum est:q̄ beatam virginem cū aliis mulieribus vniuoce esse matrem/potest intelligi dupliciter Uno modo an sit mater vniuoce cum aliis mulieribus: quantum ad rationem formalem maternitatis. Altero modo quantū ad quedā alia accidētalia ⁊ extrinseca antecedentia ⁊ consequentia:cuiusmodi sunt modi materiam administrandi/concipiendi/⁊ pariendi . Conceptus enim aliquo modo precedit maternitatē:parturitio vero succedit.Cōcepto enim filio non statim est mulier antēq̄ ipsum pepererit eius mater.

His duobus præmissis:pono quatuor

conclusiones quantum ad istum articulum . ¶ Prima est/q̄ beata v̄go fuit verissime ⁊ ꝓfectissime mater Christi.Quoniam omnis mulier est mater ꝓlis animalis in ea cōcepte de administrato ⁊ ꝓducto ꝙ ipsam. sed Christus fuit conceptus secundum Anselmum de purissimis sanguinibus virginis/quos constat naturaliter ab ipsa productos non ab alio ipsi infusos.ergo ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est:q̄ beata virgo fuit vniuoce mater Christi sicut alie mulieres filiorum suorum quātum ad rationem formalem maternitatis. ¶ Hec probatur.quoniam oēs mulieres administrantes materias eiusdem rationis/et habētes proles eiusdem rationis / sunt matres vniuoce isto modo/videlicet quantum ad rationem formalē maternitatis.Hoc apparet.quia nec ad maternitatē requiritur aliud nisi ꝓles suscepta/⁊ materia ipsi administrata.ergo istis duobus eiusdem rationis existentibus etiā maternitas erit eiusdem rationis.sed homo quem virgo genuit ⁊ concepit est eiusdem rationis cum aliis hominibus aliarum mulierum filijs/vt dicetur in questione sequenti.Constat etiam q̄ materia corporis Christi administrata per beatā viginem est eiusdem rationis cum materia aliorum corporum aliorum hominum quorūcunq̄. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est / q̄ beata virgo non fuit vniuoce mater Christi cū aliis matribus:animo singulariter quantum ad antecedentia maternitatē/puta quātum ad modum transmutandi materiam/⁊ quantum ad modum cōcipiendi ꝓlem. ¶ Hec apparet.quoniam sanguinem purissimum ⁊ imediate ⁊ puro ministrauit non semen vt alie mulieres.Christum etiā de huiusmodi sanguinibus suis formatum concepit/nō viro(vt alie mulieres concipiunt) sed spiritu sancto mediante . quare ꝛc. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est/ q̄ nec etiā beata virgo fuit vniuoce seu vniformiꝫ mater cū aliis imo diffomiꝫ quantum ad modum pariendi prolem maternitatem cō sequētē. ¶ Hec apparet . Sola enī beata virgo ⁊ nulla alia supnaturaliter peperit ⁊ post partū virgo ꝑmānsit.

Sed hic sunt duo dubia.Primū:an etiā

concepit supernaturaliter q̄ virgo.Secūdum:cum in eius partu fuerint duo corpora insimul in eodem/videlicet claustra illesa virginis/ ⁊ per ipsa transiens corpus prolis/quomodo beata virgo potuit parere Christum ipsum de suo vtero expellendo ⁊ scindendo / cum vtr est vnum corpus nō possit superuenire alterum puero remanente/nisi sola diuina virtute per quā tñ plura corpora in eōdē loco īsimul possunt esse . ¶ Ad primū dicēdū: q̄ licet cōiter mulieres nō cōcipiant virgines remanētes: q̄ nec de lege cōmuni fit conceptio seminis sine fractione integritatis carnis:tñ naturaliter posset fieri contrarium:⁊ forte aliq̄n fuit factū/vt videlicet virgo conciperet ⁊ virgo remaneret. licet enim ad partum requiratur necessario naturaliter loquendo aperio claustroꝝ violenta/nō tñ ad cōceptionem seu virilis seminis receptionē. quare sequitur q̄ licet femina non posset naturaliter parere manens virgo:bene tamen concipere potest virgo. ¶ Ex quo cōcludo quantū ad dubiū:q̄ licet beata virgo supnaturaliter cōcepit q̄ sine viro:nō tamen q̄ cōcepit virgo.Hoc apparet.qñ solum ⁊ precise illud voco hic supernaturale quod est possibile fieri per diuinam potētiā ⁊ impossibile per naturam.sed q̄ mulier concipiat sine viro est possibile soli deo:q̄ aūt virgo cōcipiat potest fieri per naturam/licet non q̄ virgo pariat. ergo ꝛc. ¶ Ad scēm cōstat q̄ beata virgo habuit virtutē emissiuam seu expulsiuam suę prolis ab vtero: ⁊ per ꝑs virtutem parīdi sicut habent alie mulieres. ¶ Sed si diceret q̄ hu

huiusmodi virtus eius tūc nō exiuit in vbertū sibi actū: sed q̄ tantū Christus sicut in eius vtero a spū sancto fōmatus ita ab ipso fuit emissus: tūc vbium solueret. Sed hoc videretur expiesse esse contra illud Luc.ij. Impleti sunt dies vt pareret: ⁊ peperit filiū suum primogenitū. Constat enim q̄ filiū parere nō est aliud q̄ ipsum ab vtero emittere. ergo ⁊c. ¶ Et ideo aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam est sciendum: q̄ omne corpus mobile cū alio corpore simul in eodem loco esse possibile quacunq̄ virtute videt posse moueri etiā a virtute motiua creata concurrente increata / ad locū aliū alio corpore occupatum ipso in eodē loco remanēte. ¶ Hoc apparet in Christo / quando Christus post resurrectionē intrauit ad apostolos clausis ianuis. Cum enim ipse Christus esset localiter mobilis a virtute motiua creata / nō videe fuisse impossibile ipsum potuisse impelli ⁊ moueri in tali motu nō tantum a seipso vel a deo: sed etiam a motore creato aliquo vt ab angelo vel ab aliquo alio. Et ita in proposito cū corpus Christi esset localiter mobile a btā virgine simul cū alio corpore esse possibile: potuit beata virgo ipsum parere ⁊ a se emittere pariendo. ¶ Confirmatur. q̄ cū plura corpora glorioſa possint cū non gloriosis simul esse per dotem subtilitatis: non videt impossibile q̄ aliquod agēs creatum posset mouere seipsum vel aliud corpus mobile / ad locum alio corpore occupatum / ipso ibidem in aduentu alterius remanente. Ad omnē enim locum in quo beatus potest esse: pōt localiter per suā potētiam motiuam se mouere. sed potest etiā pro libito voluntatis esse in eodē loco simul cū alio corpore. ⁊ ⁊c. ¶ Posset etiā forte dici q̄ Christus habuit modum existēdi in vtero quem habet in eucharistie sacramēto. ⁊ ideo sicut mouens eucharistiā mouet insimul Christi corpus: ⁊ per consequens potest duo corpora mouere insimul in eodē loco: sic in proposito diceretur. ¶ Sed hic modus dicendi videtur accipere falsum / nec soluit dubium. Falsum quidem accipit (vt videtur) videlicet q̄ talem existendi modum habuerit in virginis vtero sicut habet in eucharistie sacramento. quia tunc non potuisset ibi nutrimentū accipere nec aliquē sentiēdi actū elicere: sicut nec in eucharistie sacramento. nec talia possunt inesse Christo non existenti. ¶ Secundo non soluit dubium. quia esto q̄ assumptum esset verum / adhuc nō haberetur quomodo beata virgo Christū mouere potuit localiter in ipsa totaliter existentem / cum nullus possit mouere Christū vt in eucharistia existentem / nisi eucharistia seu hostia ipsa mota. Et ideo melius ⁊ rationabilius (vt videtur) dicitur primo modo. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio patet solutio ex p̄dictis in corpe ārticuli.

SEcundo quæro. Vtrū Christus beate virginis filius fuit vniuoce hō cū aliis hoibus. ¶ Et videt q̄ non. qm̄ ois alius homo est hō quiditatiue ⁊ essentialiter: Christus autem hypostatice ⁊ personaliter. sed quod est tale tātū hypostatica vnione mediante / nō est vniformiter tale cū eo quod est idētice seu essentialiter ⁊ quiditatiue tale. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia que sunt eiusdem speciei sunt vniuoca. sed Christus est eiusdem speciei cum aliis hominibus. ergo est vniuoce homo cum eis. ¶ Respōsio. Ibi primo videndum est quesitum. Secundo an Christus sit eadem filiatione an alia filius virginis: qua est filius dei patris.

Quantum ad primum premitto duo. Primū est / q̄ cū q̄ritur an Christus sit vniuoce hō cum aliis hoibus / Christus potest supponere vel p̄ verbo humanitatis assumpte supposito. vel secūdo pro ipso hoie assumpto: vel tertio p̄ vtroq̄ insimul / videlicet p̄ verbo assumente ⁊ pro homine in ipso hypostatice existente. ¶ Secundū quod p̄mitto / est q̄ aliqua plura esse vniuoca in aliquo cōmuni dicto de eis / pōt ptingere dupliciter. Uno mō. q̄ illō cōmune secūm se est eiusdē rōnis ⁊ vniformiter dictū de quolibet suorū illoꝝ plurū vniuocatorū. Alio mō. q̄ cōe ipm est eiusdē rōnis secūm semō tm quodlibet vniuocatoꝝ sub eo cōtētoꝝ est ipsum vniformiter mo difformiter. sicut licet calore eiusdē rationis sol dicatur calidus ⁊ ignis / nō tm vniformiter immo difformiter. quia sol dicatur calidus virtualiter tātum: ignis aūt formaliter. ¶ Tunc his p̄missis pono tres conclusiones. ¶ Prima est / q̄ Christus vt supponit precise p̄ homine assumpto vt a verbo assumente distincto / est vniuoce hō cum quolibet alio homine vtroq̄ predictorū modorū / videlicet tā q̄tū ad predicatū q̄ etiā quantum ad causam verificandi ipsum de Christo vt sic accepto / ⁊ de quolibz aliorum. ¶ Hec apparet quantū ad eius vtramq̄ partē. Cōstat enim q̄ homo predicat' de Christo vt sic sumpto ⁊ de Socrate vel alio quolibz nō assumpto eiusdē rōnis est. quia nec magis hō assumptus vt a verbo distinctus / differt ab alio homine nō assumpto q̄ vnus hō nō assumptus differat ab alio nō assumpto. ergo Christus vt supponit pro assumpto homine / vniuoce est homo cum aliis quātum ad ipsum hominem de eo ⁊ de aliis predicatum ¶ Q2 etiā secō sit vniuoce hō cum aliis hominibus alio modo / videlicet quātum ad modum vel causam verificādi predicatum de subiecto / patet. quoniā omnium est eadē causa. Sicut enim ista est vera: homo non assumptus puta Soc. vel quilibz alius est homo: quia idem per predicatum ⁊ subiectū realiter importatur: ita propter eandem causam hec est vera: Christus est homo: vt subiectū propositionis quod est Christus / supponit pro assumpto homine non pro verbo. ergo ⁊c. ¶ Secunda cōclusio est / q̄ Christ' vt supponit pro verbo dicitur vniuoce homo cum aliis hominibus quantum ad predicatum / non tamen quantum ad causam verificandi ipsum. ¶ Prima pars apparet. quia predicatum de verbo / cū dicitur: dei filius est homo: significat hominem assumptum. sed homo assumptus est eiusdem rationis specifice cū aliis hominibus non assumptis / vt dictum est in precedenti conclusiōe. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars apparet. quoniā hō predicatus de Christo supponēte pro verbo nō verificatur de ipso q̄ per vtrumq̄ videlicet p̄ subiectum ⁊ predicatum idem realiter importatur: sed q̄ significatū per predicatū in significato per subiectū p̄sonaliter sustentatur. Nō enim hō assumptus ⁊ ipse dei filius idem significāt: ⁊ diuersa essentialiter ⁊ distincta. ⁊ ⁊c. ¶ Tertia ⁊ vltima cōclusio est / q̄ Christus vt supponit simul pro vtroq̄ videlicet p̄ verbo ⁊ pro homine assumpto / dicitur homo vniuoce cū aliis hominibus quātū ad predicatum / ⁊ etiam aliquo modo quantum ad causam verificandi ipsum / nō tamē totaliter nec simpliciter. ¶ Prima pars apparet ex predictis. ¶ Secūda etiā pars apparet. quoniam sicut album vt supponit pro homine albedine informato significat seu importat totū q̄ hō / ⁊ aliquid plus / scz albedinem ipsum hominem informantem ita in proposito Christus sic accept' significat idē q̄ homo de ipso predicatus / non tamen totaliter / quia aliquid plus importat / videlicet ipsum verbum. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū: sunt duo modi dicēdi cōtrarij. Primus est quorūdā dicētiū q̄ eadē filiatione qua Christ' est eternaliter filius dei p̄ris / fuit temporaliter filius virginis. ¶ Pro qua opinione arguit primo. q̄ filiatio est relatio supponens. sz Christ' est vnicū suppositū. ⁊ ⁊ in ipso est tm̄ vnica filiatio. ¶ Secō. q̄ plures forme eiusdē rōnis

non possunt simul existere in eodē. sed plures filiationes si essent in Christo/essent eiusdē rationis. ergo ꝛc. ¶ Secundus modus dicēdi fuit⁹ cōtrarius est/q in Christo sunt due filiationes reales/quarum una est eterna qua refert ab eterno ad patrē: ꝛ altera tpalis qua refert ex tēpore ad matrē. ¶ Pro qua opinione arguitur primo sic. Multiplicato fundamēto relationis imediate/multiplicatur ꝛ ipsa relatio(nō pōt enī vnica relatio fundari nisi sup vnicū fundamētū/ꝫ filiatio est relatio fundata imediate in natura non in supposito. ergo ad multiplicationem naturarum sequit multiplicatio filiationum. sed in Christo sunt diuerse nature/increata vez ꝛ creata. ergo ꝛc. ¶ Secō. q: multiplicata causa/ꝛ effectus. sed causa immediata filiationis est natiuitas: in Christo aūt sunt due natiuitates/temporalis vez ꝛ eterna. ergo ꝛc. ¶ Cōtra primū modum arguit. Primo sic. Christ⁹ nō est filius virginis secundū naturā diuinā nec secundū aliquid qđ est realiter illi idē. sed filiatio eterna ⁊bi est a diuina essentia realiter indistincta. ergo ipsa non est virginis filius ipse Christus. ergo si filiatione est filius / oportet q alia filiatio sit in ipso qua sit filius virginis/ab illa qua est filius dei patris. ¶ Cōfirmatur. q: filiatiōe eterna solius filius est filius Christ⁹/a quo semp generatur ab eterno ꝛ genit⁹ est vt deus. hoc est cuidēs. q: nec huiusmodi verbi filiatio est aliud q̄ passiua generatio. sed Christus vt deus nō semper generatur a virgine/nec vnq̄ exitit generatus. ergo ꝛc. Minor est euidens: q: generatione eterna q̄ est a filiatione indistincta/Christ⁹ vt deus est distinctum suppositum a patre ꝛ a spiritu sancto: hoc autē cōstat q non habet ex tempore / nec p cōsequens a matre. ergo ꝛc. ¶ Preterea secūdo. q: dei ad creaturā nō est aliqua relatio realis qualis ē filiatio sempiterna. ergo ꝛc. ¶ Ad primam rationem in contrarium/patet q nō valet. Primo. q: sicut filiatio est relatio suppositi siue proprietas/ita ꝛ natiuitas: ꝛ tñ in Christo conceduntur due natiuitates. ergo ꝛc. Secō. quia etiā operatio est suppositi: ꝛ tamē in Christo fuerūt plures opationes/humane vez ꝛ diuine / nō obstante suppositi vnitate. Tertio. quia multiplicato effectu non oportet multiplicari eius causam remotam: sed sufficit q multiplicetur ei⁹ causa propinqua. sed causa propinqua filiationis suppositio q sit forma aliqua in re extra/ non est suppositum sed natura in qua immediate fundatur/vel natiuitas ipa. in Christo autem sunt plures nature ꝛ natiuitates. ergo ꝛc. Quarto. quia si Christus filiatione eterna esset virginis filius non esset vniuoce filius cū aliis qui non sunt filij filiationibus sempiternis. ¶ Ad secundā patet q non concludit q: falsum accipit. qm filiatio diuina ꝛ hūana si ponā tur/non magis sunt eiusdem rationis/q̄ ipsa natura humana vel quecūq; alia creata ꝛ diuina. quare ꝛc. ¶ Contra secundum modū etiam arguo. quia supponit falsum vez q paternitas et filiatio sint in creaturis forme aliquę positiue distincte realiter ab extremis: quod ponere non oportet. Nec enim filiatio est forma aliqua p se vna sed dicit precise suppositum vel naturam intellectualem productam/cognotando sibi similem producentē. Et paternitas similiter nō est aliud q̄ productiuū intellectuale principium cōnotando sibi simile productum. Hec autem sic probo. Primo impossibile est intellectuale pductum nō esse filium suppositi creati intellectualis a quo naturaliter est productum/vel cuius esse filium a quo non est productum. sed si filiatio vel paternitas in creatis esset accidentalis forma aliqua per se vna/qua precise ꝛ nullo alio hic pater/ꝛ alius filius diceretur: hoc necessario sequeretur /videlicet non genitum ab aliquo posse eius esse filium/vel aliquem nō esse eius filium a quo genitus sit. quod est absurdum. ergo ꝛc. Maior est cuidēs. Minor aūt probat. quia omne pr⁹ a posteriori distincti realiter pōt per diuinā potentiā fieri sine ipso. sed secundum ipsos filiatio est forma aliqua p se vna posteriori genito ꝛ eius generatione passiua/ꝛ distincta realiter ab vtroq; ergo potest poni quodcūq; creatum genitū seu p ductum omni filiatiōe ꝛ quacūq; alia relatione ab ipso distincta realiter circūscripta. q̄ si genitū nō est filius⁹ nisi p esse relatiōe ab ipso distincta realiter/poterit eē genitus generātis nō filius⁹. ¶ Q; etiā secundo posset fieri eōuerso/vez q posset esse filius eius a quo nō est genit⁹/ex hoc probat. qm forma q̄libet accidentalis pōt ab vno subiecto in quo est/p diuinā potentiā separi ꝛ poni in alio eiusdē rationis cū illo. sed secundū ipsos filiatio tpalis Christi est forma accidentalis a Christo hoie distincta realiter ergo posset ab ipso separi ꝛ in alio hoie non genito a virgine poni. Ergo si filius⁹ dicit pōse q: filiatione hmōi ifōrmatus/aliquis potest esse filius eius a quo nūq̄ fuit genit⁹. ¶ Nec valet si dicatur q filiatio exigit generatione passiuā/ꝛ paternitas vel maternitas actiuā. qm hoc non est verum etiā secundū ipsos/in esse/sed tantū in fieri. generatione enim actiua transeunte ꝛ passiua: manet (vt dicunt) filiatio ꝛ paternitas. sed quodcūq; cōsequēs potens esse naturaliter licet non fieri sine aliquo antecedente/potest supnaturaliter fieri sine ipso. ergo ꝛc.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidentiā

pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est: q nec in Christo ad virginem nec in aliquo alio filio ad suam matrem est aliqua filiatio tanq̄ forma aliqua accidentalis distincta ab ipso realiter nec in matre maternitas/ nec in patre paternitas. ¶ Hec probatur. quoniam tale primo nō est tale per aliqđ eo posterius. sed generans primo est pater vel mater/ ꝛ genit⁹ filius: q̄ sequantur tales relationes: esto q ponantur formaliter in re extra. ergo nec paternitate generās erit paternec maternitate maternec filiatione genitus erit filius. frustra ergo ponitur in re extra relationes huiusmodi in creatis. Minor probatur qm scēm philosophum. v. metaphysice/ hic est pater q̄ egit: hic est filius⁹ q̄ passus hoc est genit⁹. sed scēm aduersarios relationes sunt posteriores ordine nature extremis. ergo paternitas vl⁹ maternitas et filiatio in creatis presupponūt generantem ꝛ genitū: ꝛ p ꝙs patrem vel matrem ꝛ filium. ergo nec generans est pater vel mater talis aliqua relatione/sed q: generauit: nec genitus filius⁹ nisi quia genitus. ¶ Confirmat. q: illo pater est pater/vel mater mater/vel filius⁹ filius/ quo posito est pater vel mater vel filius⁹ quocunq; alio circūscripto: ꝛ quo remoto nō potest esse aliquod predictorum quocūq; alio posito. sed posito generante ꝛ genito in creaturis intellectualibus sequitur paternitas vel maternitas in generante: ꝛ filiatio in genito quocūq; alio circumscripto: ꝛ hoc remoto/ vez q vnum non sit pductū ab alio/impossibile est ponere aliquod predictorū. ergo ꝛc. ¶ Preterea/q: si maternitas est in matre aliqua accidentalis ꝛ realis forma: ꝛ filiatio in filio: ꝛ paternitas in patre: quero a quo causantur huiusmodi forme. Aut enim causantur a fundamentis/aut a terminis. Sed nō a fundamentis. q: nec generās propter genitum: nec genitum propter generās causat necessario aliquid in scipo. Nec a terminis. quia nec generans produxit nisi genitum/nec genitum causat aliquid in generante. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia nec beata virgo causauit formam aliquam accidentalem realem in Christo/nec Christus vt homo eius filius in ipsa. ¶ Preterea. q: siue maternitas in beata virgine/ꝛ filiatio in ei⁹ filio Christo causata fuerit naturaliter siue supernaturaliter / potuit nō causari Christo a beata virgine generato: quo posito aut Christ⁹ fuisset realiter filius⁹

beate virginis/aut non. Si primum ergo nō oportet ponere tales relatiōes esse formas aliquas in re extra. Si secōm: quid q̄ Christus posset esse nō filius virginis cum generantis/et filius alterius mulieris cū non generātis unno etiā seqretur q̄ vir posset esse mater ,plis/et mulier pater. Probo. qz si maternitas in muliere dicat formā accidentalē aliquā p se vnā/et paternitas in viroīō video deo fore impossibile separare maternitatem a muliere/et eam viro imprimere: et econuerso de paternitate: quare ꝛc. ¶ Scōa cōclusio est: q̄ Christus est filius beate virginis. sicut et quilibet alius suc matris precise/ qz ab ipsa genitus et ipsi filius in natura. ¶ Hec patet. qz vt predictū est/p hoc ,ductū est filius ,ducentis quo posito est eius filius quocunq; alio circūscripto. sed oē ,ductū intellectuale ,ducēti sibi est filius: et producēs seu generans mater si mulier: et pater si vir/ quocunq; accidente a generante et genito circumscripto. ergo beata virgo est mater Christi p se: qz ipsum genuit et ei materiā administrauit/vt dictū est in alia questiōe: Christus eius filius/ quia ab ea genitus. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. qz qō pōt alicui competere per seipm/id nō oportet attribuere et p aliquid ab ipso realiter distinctū. sed esse filiū potest cōpetere cuilibet ,ducto cui cōpetit per seipsum/vez qz ,ductum simule ,ducenti. ergo hoc nō oportet ipsi attribuere per aliquā formā eo posteriorē et ab ipo realiter distinctā. ¶ Tertia conclusio est/q̄ nobiliori modo filius ponit filius: vel pater pater: et mater mater in creatis dicendo sic/q̄ ponendo relationes hmōi formas aliquas in re distinctas realiter ab extremis. ¶ Hec apparet: qm̄ qō ponit esse tale formaliter necessario et per seipsum/nobiliori modo ponit esse tale/ q̄ qō ponit esse tale contingenter et per formā aliquā ab ipso seiparabilē et distinctā sed ponentes Christū esse beate virginis filiū ponūt filiationē ab ipo distinctā realiter et a matre: et beatā virginē materniate silr distincta esse matrem/ ponūt Christum nō esse substātialiter filiū/nec beatā virginē eius matrē: sz tm̄ accidētaliter/et sic contingēter q̄ Christ⁹ manēs posset nō esse filius beate ,ginis. nec p ,phs bta ,go esset eius mater. hoc aūt non ponūt qui dicunt Christū hominē esse virginis filiū per seipsum: qz ab ipsa generatū: et beatā ,ginē eius matrē/qz cū genuit ipsaq; materiā ministrauit ergo ꝛc. ¶ Ex ,dictis potest cōcludi corollarie/q̄ Christus sit filius beate virginis realissime et perfectissime: non tm̄ filiatione eterna nec aliqua tpali tanq̄ forma accidētali ab ipso distincta realiter et a matre. ¶ Ad duas rōnes adductas supius in cōtrariū/patet q̄ vtraq; ac capit falsum. Prima cū accipit in minore q̄ filiatio sit forma aliqua in re extra fundata in aliquo fundamēto. Scōa q̄ sit effectus a generatione passiua seu natiuitate distincte: et paternitas ab actiua. sed vtrūq; horū est falsum. ergo ꝛc. ¶ Quarta et vltima cōclusio est/q̄ si paternitas/maternitas et filiatio sunt relationes in creaturis distincte realiter ab extremis/in Christo sunt due filiationes reales/vna eterna ad patrem/et altera tpalis ad virginē eius matrem. ¶ Hec apparet. qz Christus vt hō verus vnuoce est filius virginis beate/sicut quilibet homo alius est filius suc matris. et ideo si quilibet alius homo est suc matris filius tali filiatione accidentali consequente naturitatē seu generationē passiuā: etiā de Christo cōsimiliter est dicēdū. quare ꝛc. ¶ Ad hoc idē ,pbādū tendunt ille due rationes predicte supius adducte/de multiplicatione fundamenti relationis/et de multiplicatione cause/puta natiuitatis et passiue generationis in Christo. ¶ Sic ad questionem patet quid sit dicendum. ¶ Ad rationes in principio adductas patet solutio ex dictis in primo articulo huius questionis.

Sequitur distinctio quinta.

Circa distinctionē quin-

tā/si qua magister determinat an diuina ,sona vel natura fuerit incarnata: et an ,sona assumpserit ,sonā an naturam: an ,sona naturam an econuerso/circo vtrū essentia diuina potuerit assumere naturā hūanam. ¶ Et videt q̄ sic: qz essentia diuina nō distinguit realr a ,sona. sed ,sona potuit hoiez assumere: ergo et essentia. ¶ Contra. qz assumptū ,dicat et ,dificat de assumēte et econuerso. sed natura hūana nō pōt esse diuina essentia nec econuerso. hūanitas enī nō pōt esse diuinitas/nec econuerso. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic est ,pcedendū. Primo enim videndū est q̄stū/vez an diuina essentia potuerit assumere naturā humanā/ vel aliā quācunq; assumibilē. Secūdo quid de facto sit cōcedēdū/vez an q̄ natura assūpsit naturā: an q̄ ,sona naturā: an q̄ ,sona ,sonā: an q̄ natura ,sonā. Tertio qd sit de facto terminus huius assumptionis siue hypostatice vnionis.

Quantum ad primum: dicūt aliqui q̄ non. ¶ Qz ,pbant. qm̄ oē assumptū est necessario assumptū ad aliquā vnitatē. sed assumptū a diuina essentia immediate nō posset assumi ad aliquā vnitatē. Qz q̄re ad quā? Nō enī ad vnitatē ,sone/qz ad talē vnitatē nō pōt aliqd assumi nisi a ,sona. nec ad vnitatē essentie. qz tunc natura hūana assumpta esset diuina essentia: qō est ipossibile. q̄ ꝛc. ¶ Preterea ad idē sic arguit. Assumptū ,sto natur suc supponatur in assumēte. sz nō pōt aliquid in diuina essentia siue ab ipsa diuina essentia ,sonari: cum nec ipsa licet infinita habeat entitatē incōcabilē ,sona lē. q̄ ꝛc. ¶ Cōfirmat. qm̄ diuina essentia essentialr comparat seu respicit suū ,ppriū quodlibz suppositum q̄ alicui naturā quācunq; assumibilē alienā. sz ipsa diuina entia nulli ,sone dat nec cōicat ,ppietatē ,sonalem relatiuā. q̄ multo minus ipsa posset cōicare alicui nature extranee/nec p ,phs ipam assumere. ¶ Cōtra istā opinionē arguit aliq̄. qz entia est subsistēs. sz oē subsistens pōt sustentificare et vnionē hypostaticā terminare. ¶ Sed illa rō nō cōcludit: qz in minori dubiā accipit. Primo qm̄ dicit q̄ oē subsistēs pōt sustētificare. Scōo qm̄ dicit q̄ pōt etiā vnionē hypostaticā terminare. Videt enī inuere inter naturā assūptā et suppositū assumēs oportere esse aliquā mediā vnionē ab vnitis distinctā: qō forsitā nō ē verū. ¶ Et tō aliter arguo sic. Naturā aliquā assumi nō est aliud q̄ ipam i assumēte realiter sustētari. sz naturā hūanā vel quācunq; aliā immediate in diuina entia sustētari nō videt ipossibilius q̄ in ,ppietate relatiua vel etiā in ,sona. q̄ nō min⁹ est assumibilis ab entia q̄ a ,ppietate relatiua vel a ,sona. Maior est cuidēs. nihil enī hz aliud natura hūana assumpta/nisi q̄ est in ,sto assumente realiter sustētata. Minor pōt ,pbari. qm̄ aut essentia est idē totaliter in re extra cū ,ppietate relatiua et ,sona/aut nō. si primū: q̄ si assumit a ,sona/et ab entia. si secōm/aut sustētare naturā assumptā arguit in sustētante immediate aliquā ipfectionē: aut nō. si primū/nō pōt ,ducere entie nec ,sone. si secōm: nō magis repugnat essentie q̄ ,sone. q̄ ꝛc. ¶ Confirmat. qz oēs rōnes ,dbus ,pbat naturā hūanam fuisse assumibilē/,pbat ipam eē assumibilē nō min⁹ ab essentia q̄ a ,sona. ¶ Et ideo dico aliter. ¶ Ad cui⁹ cuidē tā primo primitto duplicē distinctionē. Prima est/q̄ diuinā entiā posse assumere naturā hūanā pōt intelligi dupliciter/vez effectiue vel sustētatiue. Effectiue/nō sic intelligēdo q̄ entia ipa efficiat iter naturā assumptā et illō in quo sustentat aliquā vnionē tanq̄ formā distinctā realiter ab extremis: sz q̄ ipam immediate faciat in alio sustē

tari inter ipsam sustentatam naturam ⁊ eam sustentans in quo natura ē posita a diuina essentia omni forma media circumscripta. Uel secundo sustentatiue: sic intelligendo q ipa essentia sit immediate nature assumpte sustē tatiua. Scōa distinctio quā ꝓmitto est/q natura in diuina ēntia sustētari pōt dupliciter itelligi. Uno mō realr absolute. Alio mō vt natura in supposito seu in ꝓsona.

His ꝓmissis:pono hic tm̄ duas cōclusiones. ¶Prima est:q diuina essentia pōt ⁊ potuit naturā aliquā assumere effectiue. ¶Hec appet/qz ēt de fetō ipam assumpsit/cū ipsa sit olim possibilū tā ad extra/q etiā ad intra/pluriū ꝓductiū. ¶Cōfirmat:qz q illud deus potuit hoiem effectiue assumere ⁊ assumpsit / q qō pōt alia facere:sz hoc est ei⁹ oipotētia ab ēntia (vt nūc suppono)penit⁹ indistincta.ḡ ⁊c. ¶Preterea.qz tota trinitas vnus deus assumpsit hoiem isto mō/vez effectiue/ ipm ponēdo in supposito filij sustētāte.sz ꝓsone nō opantur ad extra nisi p suā essentiā vel p suā oipotētiā/ si eā ponas ab ēntia ē distinctā.hoc enī ponēdo habet dici ꝓpter q natura hūana nec assumpta fuit nec assumi potuit ab essentia/sz ab oipotentia effectiue.ḡ ⁊c. ¶Scōa conclusio est/q diuina ēntia potuit naturā hūanā assumere nō tm̄ effectiue sz ēt sustentatiue ipam immediate in se nō vt i supposito seu ꝓsona realiter sustētādo. ¶Dico aūt nō vt i supposito.qz diuina ēntia vt distincta a rōne suppositali ⁊ sine ipsa accepta(supposito q sit distincta ab eo:qō tm̄ est falsum:vt in primo est ostensum)nō dicit formaliter suppositū seu ꝓsona . ⁊ tō sustentatiua in diuina ēntia vt a ꝓpietate ꝓsonali ⁊ a ꝓsona distincta nō pōt dici in ipa vt i ꝓsona realiē sustētari. ¶Si aūt dicas q inter ista/vez ēntiā/ꝓpietatē hypostaticā/⁊ ꝓsonā nulla est distinctio in re extra: tūc ḡstio illa nulla est.qz cum hūana natura sit assumpta a ꝓsona diuina: ⁊ p ꝓns etiā ab ēntia:si ipsa ēntia est a ꝓsona in re extra totaliē indistincta.ḡre ⁊c. ¶Predicta ꝓclusio sic intellecta pōt declarari ⁊ ꝓbari ipsdē rōnibus quibus ꝓbat naturā posse a ꝓsona assumi ⁊ in ipsa realiē sustētari. Nō enī video q magis repugnet ēntie q ꝓsone/siue illa ponaṁ idē totaliē/siue nō/naturā assumibilē in se realiter sustentare. sz nō est negādū deo aliqd eē possibile/ qō ipossibile non appet.ḡ ⁊c. ¶Sz ꝓtra istā ꝓclusionē arguit.qz oē sustentās naturā extraneā oportet hēre ꝓpietatē icōicabilē seu subsistētiā.sed ēntia vt distincta a ꝓsona non habet propietatē incōicabilē nec subsistit incōicabiliē vt ꝓsona.ḡ ⁊c. ¶Preterea ꝓtra eandē cōclusionē sunt tres rōnes supius adducte. ¶Ad primā qñ dicit q sustentans oportet eē incōicabile: Dico q aliqd esse icōicabile pōt dupliciē intelligi sicut ⁊ eē cōicabile. Uno essi mō aliqd est cōicabile alteri a se realiē distincto: vt alia cōp:vel aliquod subiecto.⁊ sic cōicabile nō est illud cui cōmunicat. Alio mō aliquid dicit cōicabile sic q est realiter quodlibet illoz ꝺbus dicit cōicari:⁊ hoc mō ēntia dicit cōicabilis personis/qz realiter a qualibet est ⁊ ab oibus insimul indistincta. Et ꝓsimr incōicabile potest dici aliqd vt qz nō potest esse in alio primo mō: ⁊ sic ēntia diuina est incōicabilis. Nō enim pōt ēntia cōicari alicui formaliter/mō quo cōicatur forma materie vel accidens subiecto qō ab ipa distinguit realiter. Uel qz nō pōt esse i alio siue cōicari alteri secūdo mō.⁊ sic nec ēntia ēt incōicabilis nec etiā ꝓpietas ꝓsonalis. Sicut enim illa cōceditur:essentia est i ꝓsona:ita ⁊ illa/ ꝓpietas ꝓsonalis ē in essentia:⁊ etiā illa/ꝓsona est in ēntia. Nēs enim tres ꝓsone sunt in eadē ēntia subsistētes. Tunc ad rationē in forma.Concedo q sustentās naturā extraneā vltimate oportet habere subsistētiā incōicabilē ⁊ incōicatā alteri secōo mō/vez q nō sustētet in alio a se realiter indistincto. tū enī tale habeat in alio sustētari/nec possit se sustētare multo minus poterit sustentare aliquid aliud vltimate. Nō oportet aūt ipm eē icōicabile primo mō. Ex quo essi hoc mō cōicabile est idē cū illo cui cōicatur:per ꝓns qua ratione ipsum/eadē ⁊ ipsi cōicatū potent aliud sustentare.sed diuina essentia est cōicabilis personis.ḡ ⁊c. ¶Ad alias patis adductas. Ad primā/qñ dicit q assumptū oportet eē assūptū ad aliquā vnitatē:Dico q vnitas est duplex/vez idētitatis/qualis ē diuine ēntie cū qualibz ꝓsonarū:⁊ vnionis/qualis est nature assumpte cū suppposito assumēte.Tūc cōcedo q assumptū oportet eē cū assumēte vnū/nō vnitate idētitatis. nec enī hō assumptus est idē cū ẏbo assumēte.sz vnitate vnionis / vel ꝓsonalis si assumēs est ꝓsona:vel ēntialis si immediate assumens est essentia. Sicut enī qz hō assumptus vnit ꝓsone immediate/ideo ei⁹ vnio dicit ꝓsonalis:ita ⁊ ēntialis diceret si immediate ēntie vniret. ¶Et qñ dicit q hō nō pōt assumi ad vnitatē ēntie: verū est loquēdo de vnitate idētitatis.qz nec etiā isto mō pōt assumi ad vnitatē ꝓsone. cū enī idē sint realiter diuina ēntia ⁊ ꝓsonata parū potest natura assumpta eē idē cū ꝓsona sicut cū ēntia. Cū hoc tm̄ stat q pōt aliquis assumi ad vnitatē vnionis cū ēntia. qz etiā de facto hō assumpt⁹ istā habet cū diuina ēntia vnitatē.non tm̄ enī vnit ꝓsone/sed etiā diuine ēntie in ꝓsona. ¶Et qñ arguit.q tūc natura assumpta predicaretur de diuina ēntia/⁊ ecōuerso:Rideo q sicut ista cōceditur/verbū est hō/nō ꝓpter maiorem ēntialē idētitatē hois cū ẏbo q cū patre ⁊ spū sancto:sz ꝓprie qz in verbo hō realiter sustētat/ꝓpter qō sensus huius ꝓpositionis/ẏbū est hō/nō est simulq sensus ista⁹ / ẏbū ē deus. hec enim est vera qz p subiectū ⁊ ꝑdicatū idē realiē ꝑpter:prima aūt nō:sed qz significatū per ꝑdicatū puta hō in subiecto seu in eius significato qō est verbū/ realiē sustentat. Sic cōsimiliē in ꝓposito/ si diuina ēntia immediate hoiem sustētaret/ non magis illa videretur neganda/ diuina ēntia est hō/hoc est eius sustentatiua/q nunc negatur ista/verbū est hō. ¶Ad secundā qñ dicit q assumptū personatur ⁊ suppositat in assumēte: Rideo/q aut per suppositari intelligis idē qō in alio sustētari absolute / aut sustentari hoc mō/vez vt in supposito vel ꝓsona. Primo mō cōcedo oē assumptū ab assumēte suppositari:hoc est in ipso sustentari. Scōo aūt mō si assumens est suppositū ⁊ ꝓsona/sic etiā assumptū suppositat ⁊ ꝓsonat si nō/nō. Si aūt tu accipis in maiori q oē assumptū suppositat ⁊ ꝓsonat/hoc est sustentat a supposito ⁊ a ꝓsona petis qō q̄ritur ⁊ negatur.ergo ⁊c. ¶Ad confirmationē dico/q diuina ēntiā naturā assumere nō est ipsam ēntiā nature assumpte aliquid a se distinctū cōicare: sed ipsam tantūmodo sustētare.qz nec etiā ipsa ꝓsona assumēs cōicat nature assumpte aliquid aliud a seipsa.quare ⁊c.

Sed est hic duplex dubiū. Primum: an sic diuina essentia possit hominē assumere q assumptus homo in ipsa ꝑse sustentet/nō in aliqua ꝓsonarū. ¶Secūdū/an homine a diuina essentia assumpto omnes tres persone essent necessario humanate. An posset assumi taliter a diuina essentia q nō diceret hūanata aliqua ꝓsonarum. ¶Ad primum videtur dicēdum q hominem in aliquo sustētari dupliciter pōt intelligi / vel immediate vel mediate. Primo modo nō videtur ipossibile naturā assumptam in diuina essentia sustentari absq; hoc q immediate sustentaretur in aliqua personarum: immo etiā isto modo mirabilius videretur humanam naturam vel aliam assumptam immediate assumptā tam in essentia q in persona vt ab ea distincta insimul sustentari/ q tm̄ in essentia/licet vtrunq; sit forte deo possibile/ cui nō est impossibile omne verbum.Secundo autem modo/vide-

licet mediate/videtur dicendū hominē ab essentia sustē
tatū sustentari a psona etiam/nō tanē ab aliquo ipsam
diuinā essentiā sustentāte:sed tanē ab eo qō est ipsa diui
na cētia realiter/in qua primo ⁊ imediate poneret hūa
nitas sustentari. Sicut etiā isto modo cōcedimus de fa
cto/humanitatē diuinitati vnitā. qi est vnita persone a
qua ipsa diuinitas est realiter indistincta. ¶ Et si contra
hoc arguat. qi sustentās naturā assumptā habet esse vl
timū.sed diuina natura non est vltima:sed persona. ergo
natura ipsa assumpta non potest immediate in essentia
sustentari. ¶ Respondeā concedendo q sustentans imē
diate ⁊ vltimate habet esse vltimatū seu vltimum sic q
non est in aliquo a se alio realiter sustentatū.quod enim
est in alio a se sustentatū nō pōt vltimate licet immedia
te sustentare aliud.qz vltimate aliquid sustentās in nul
lo alio sustētatur.Sed qñ subditur q diuina essentia nō
est vltima Duco q falsum est.vltima enim est hoc modo
qua in nullo a se alio sustentatur:sed tantūmodo in seip
sa.Nec etiā debet ipsa dici sustentari in personis sed esse
quelibet psonarum. ¶ Ad secundum videt consimiliter
esse dicendum:vez q aut per diuinam personam esse hu
manatam intelligitur ipsam esse immediate sustentantē
hominem:aut non immediate sed realiter ⁊ absolute ra
tione diuine essentie immediate sustentantis/ que est rea
liter ⁊ simpliciter quelibet personarū. Primo modo vi
detur q nō oporteret esse aliquā psonarum humanatā/
nec p ꝑs hominē existere:sed secūdo.qz tamen illa sunt
a nobis incomprehēsibilia/ideo melius est ea deo relin
quere:q aliqd ī eis asserere aut temerarie definire. Sūt
etiam predicta omnia intelligenda supposito q essentia
diuina sit distincta a qualibet persona aliqualiter in re
extra.Hoc aūt licz a multis ꝓcessum ē falsum: vt in primo
plurius est ostensum:nec p consequens est querendū/an
diuina essentia potuerit assumere naturam:intelligendo
per diuinam essentiam aliquid distinctum a personis alt
qualiter in re extra.falsum enim supponit questio vt sic
intellecta. ¶ Et hec de primo.

Quantum ad secūdum: supposito quo

dā ꝓmisso in articulo ꝓcedēti/vez q naturā assumere vl
assumi pōt dupliciter intelligi/ vez sustentative ⁊ effecti
ue:pono quantū ad istū articulū quatuor ꝓclusiones per
ordinē. ¶ Prima est/q diuina essentia ⁊ qlibet psonarū
assumere effective potuit/⁊ sic de facto assumpsit/ natu
rā humanā. ¶ Hec apparet.qñ illud effective naturā hu
manā assumpsit/qō ipsam in x̄bo sustentante realē po
suit.sed hoc sola ⁊ tota trinitas vnus deus fecit ⁊ facere
potuit. Indivisa enī sunt ad extra ola opa trinitatis.er
go ꝛc. ¶ Et si arguas ꝓtra hoc. qi hominē x̄bo cē vnitū
nō est distinctū aliqd ab extremis. ꝯ nec ipm sibi vnire est
aliquid facere. ¶ Rādeo q licet hominē verbo coniun
gere nō sit facere aliquā rē distinctā realē ab extremis/
est tñ ponere vnū in altero/qō est possibile soli deo: sicut
licet separare accidēs a subiecto nō sit aliqd facere nec
corrūpere/nulli tñ est possibile nisi deo. ¶ Secūda ꝓclusio
est/q nec diuina cētia nec qlibet psona assumpsit natu
rā sustētative. ¶ Hec apparet.qñ ois psona assumens ho
minē isto mō/ est hō.sed nō ois psona diuina sed sola pso
na x̄bi est hō.ergo nō qlibet psona diuina assumpsit ho
minē isto mōnec ipa diuinā essentia.qñ si diuina cētia
hoc modo hominē assumpsisset:nō magis filius q pater
vel spiritus sanctus homo existeret(vt videtur)ergo ꝛc.
¶ Consequentia ex hoc videtur tenere q diuina cētia
equaliter est quelibet personarū.et ita non apparet quare
magis vna personarū diceretur humanata q alia/si ipa
immediate ⁊ primo hominē sustentaret. ¶ Confirmatur
qz diuina essentia non est in re nisi tātūmodo tres perso
ne.sed tres persone non assumpserunt hominē. ergo ꝛc.
¶ Tertia conclusio est / q nec diuina natura nec psona
assumpsit nec assumere potuit psonā. ¶ Hec apparet.quo
nā suppositum vel persona est substantia per se stans in
alio non [illegible]ens.sed nullum assumptum est per se/sed in
alio/puta in assumente existens.ergo impossibile est assu
mi ab alio suppositū vel personā. ¶ Confirmat.qz de ra
tione suppositi est eē substātiā p se existentem: de ratiōe
autē persone eē substātiā rationalem per se similiter exi
stentē.sed omne assumptum est in assumente realiter sus
tentatū.ergo omne assumptum est in assumente realiter sus
tentatū.ergo nullū assumptū pōt existere suppositū nec
persona. ¶ Quarta cōclusio est/q sola vnica psona/vez
verbi/assumpsit sustentative naturā humanā. ¶ Hec ap
paret.qñ ois psona humanata/qualis ē ois illa que as
sumpsit hominē isto modo/siue in qua homo ipse assum
ptus est realiter sustētatus/est homo . sed nulla persona
alia a persona verbi est de facto hō.ergo sola ipsa ⁊ nul
la alia assumpsit hominem isto mō. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: Di

co/q aliquid ē formalem terminum huius hypostatice
vnionis/potest dupliciter intelligi. Uno mō q sit forma
lis terminus vnionis/tāq aliquis forme accidentalis
inter naturā assumptam ⁊ assumens suppositum medi
antis:in natura ipsa assumpta existētis/⁊ ad suppositū ter
minate. Alio modo q sit formalis terminus vnionis/nō
tāq forme medie distincte ab homine ⁊ a supposito assu
mente:sed qi est immediate sustentās hominem sibi im
mediate ⁊ realiter copulatum:sicut subiectum dicit ter
minus inherentie accidentis qi immediate sustentat ac
cidens quod inheretiam q sit terminus inherētie tāq
forme medie distincte a subiecto realiter ⁊ a forma:cum
forma accidentalis seipsa subiecto realiter sit inherens/
nulla forma ab ipsa q inheret/alia mediāte. ¶ Hoc pre
misso pono duas conclusiones. ¶ Prima est/q nullus
est formalis terminus vnionis hypostatice primo modo
¶ Hec apparet.quoniā vnio hypostatica sic accepta non
est aliquid in re extra/vt dictum est in prima ⁊ i secunda
distinctione.ergo nec eius/ vt sic sumpte fundamentum
vel terminus est aliquid in re extra. ¶ Secunda conclu
sio est/q formalis terminus hypostatice vnionis secun
do modo sumpte:hoc est immediate sustentās hominem
ipsum vnitum ⁊ assumptū.est ipsa persona verbi solūmo
do humanata. ¶ Hec apparet.quoniā sicut oino idē est
terminus inherentie accidentis ⁊ subiectum siue substā
tia in qua accidens ipm realiter sustentatur: ita non vi
deo q sit distinguēdum inter personam/assumptum ho
minem et vnitum sustentantem/ et formalem terminum
hypostatice vnionis. Sicut ergo illud ⁊ nō aliud est ter
minus inherentie accidētis de quo accidens ipsum rea
liter sustētatur:ita illud est terminus hypostatice assum
pti hominis vnionis/cui ipse homo immediate persona
liter copulatur.sed homo assumptꝰ est verbi persone im
mediate vnitus ⁊ in ipsa realiter sustentatus.ergo perso
na non aliquid aliud ab ea distinctum in re extra/est for
malis terminus assumptionis siue hypostatice vnionis
¶ Confirmaturquia natura assumptā primo videt pre
dicari ⁊ verificari de illo cui immediate vnitur. ſj homo
assumptus predicatur de sola persona verbi/non de ali
quo alio ab ipsa.ergo ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad
rationem in principio quando dicitur q natura huma
na nō potest esse diuina:Dico q nec etiam potest esse di
uina persona. Eque enim impossibile est aliquam rē cre
tam esse personam diuinam sicut essentiam. Et ideo non
sequitur:non potest esse essentia diuina/ ergo nec potest
assumi ab ipsa. Licet enim non possit esse essentia/potest
tamen vnius essentie ⁊ in ipsa sicut et in persona realiter

sustētari: hoc sufficit ad hoc vt assumptum sit assumēs totaliter sed sibi vnitum ⁊ in ipso realiter sustentatum. ergo ⁊c.

SEcundo quēro: Vtrū ihs filius assumpserit hois partes tres / vēz cārem et aiam: an aliquid p̄ter illas. ¶ Et videt q̄ trēs partes hois assumpserit. qm illud ⁊ non aliud p̄cise assumpsit qđ ipe i Christi morte vnitū remāsit. sed in morte Christi fuerunt ẋbo vnite trēs iste partes vēz anima ⁊ corpus. ergo ⁊c. ¶ Maior ꝓbatur. qm secūdum Dam. dei filius nūq̄ vnuisit quod semel assumpsit. ¶ Contra. q̄ homo est a ptibus suis distinctum aliquid in re extra. Qđ apꝑet. q̄ i triduo mortis dei filij nō fuit homo / cum trēs ipsi vnite permāserint oēs partes. sed dei filius assumpsit hominē cū sit vere homo. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sunt duo videnda. Primum est quēstū / videlicet an aliquid p̄ter ptes predictas assumpserit. Secđo / an aliquo ordine: ⁊ si sic / quo ordine illas assumpsit.

Quantum ad primum: pono duas conclusiones hypotheticas. ¶ Prima est / q̄ si hō non est a suis ptibus / videlicet corpore ⁊ anima distinctum aliqđ in re extra: sed est p̄cise alia ⁊ corpus alia infōmatum: dei filius non assumpsit aliquid preter partes / videlicet animam ⁊ corpus. ¶ Hec apparet. quonīā constat q̄ dei filius non assumpsit aliquā substantiā aliā ab humana et eius partibus. sed hō (vt supponit) non est aliquid distinctum a suis ptibus in re extra. ergo hoc supposito oportet dicere consequenter q̄ non assumpserit aliquid p̄ter partes. ¶ Nec valet quod cōtra hoc p̄supposītū arguit in principio. q̄ tunc dei filius fuisset in triduo mortis homo. quonīā homo non est p̄cise anima ⁊ corpus absolute sed est precise partes iste vnite: videlicet anima sic vnita corpi vt vnificās vnificato. sed in triduo mortis Christi licet ambe partes remanserint verbo vnite: vna tamē ipsarum videlicet anima a corpore fuit realiter separata. quare ⁊c. ¶ Secunda cōclusio que est affirmatiua / est q̄ si homo est a partibus omnibus simul sumptis ⁊ vnitis distinctum aliquid in re extra / ipe dei filius assumpsit aliquid preter ptes. ¶ Hec apparet. quonīā cum sit homo / constat ipsum hominem assumpsisse. ergo si homo a partibus suis est distinctus / oportet dicere consequēter aliquid esse assumptum a dei filio preter partes. ¶ Consequentia est cuidēs. qm cum nullū creatū predicetur de dei filio nisi quod est assumptum ab eo: dei filius non potest dici homo propter hoc q̄ ab ipso aliquid est assumptum quod ab homine est distinctum. ergo si ptes ab homine distinguunt / ꝓpter eas assumptas non potent dei filius dici homo: sed ipse vere est homo. ergo ⁊c.

Sed hic sunt duo dubia. Primū est: supposito q̄ homo a partibus suis distinguatur: an fuerit a verbo assumibilis sine illis? ¶ Secūdum dubium est de supposito hoc est de eo qđ supponitur / videlicet vtrū homo ipse dicat distinctum aliquid a partibus in re extra. ¶ Ad primū dicendū q̄ dupliciter potest intelligi aliqđ esse assumptū a verbo. Uno mō: q̄ immediate sustētatū in ipso. Alio modo: q̄ sustentatū in eo ipsoq̄ vnitum non sic immediate: sed alio mediante. Tunc dico tres cōclusiones soluēdo dubium supradictum. ¶ Prima est: q̄ si homo a suis partibus realiter est distinctus / deus potuit assumere oēs ptes etiā inter se vnitas / vt videlicet anima corpus ipsum vnificaret ⁊ infōmaret / ipso hoie non assumpto. ¶ Hec pōt ꝓbari. qm omne assumibile deus potest assumere sine illo sine quo potest ipsum facere. sed omnes partes hominis inter se vnite modo p̄dicto possent q̄ diuinā potentiā fieri sine hoie resultante: suppositō q̄ hō ipse a ptibus omnibus realiter sit distinctus. ergo cum ptes ipse sint assumibiles / possibiles sunt assumi ipso homine non assumpto. ¶ Minor ꝓbatur / immo apud theologū ⁊ omnem catholicum demonstrat. qm oē pus distinctum a posteriori realiter potest per diuinā potentiā fieri sine ipso. sed ptes totū constituētes ipso toto nature ordine sunt puiores. ergo si ab ipso realiter distinguūtur / possunt sine ipso fieri. ergo ⁊ a deo assumi. ¶ Confirmatur. q̄ in mortis Christi triduo ambe partes fuerunt vnite verbo / homine interempto. ergo ipse sunt vnibiles sine eo. ¶ Si dicat / q̄ partes hominis bene possunt verbo vniri / et absolute existere sine ipso / videlicet homine non tamen hoc modo / q̄ vna vēz corpus ab anima informetur ⁊ vnificetur. nec isto modo fuerunt verbo vnite in triduo mortis Christi. ¶ Contra. q̄ aut homo distinguitur realiter ab anima ⁊ a corpore sic acceptis / videlicet q̄ anima corpus vnificet ⁊ informet: vel non: sed est preesse corpus ipsum anima informatum. Si primum. ergo possunt etiam vt sic accepte partes / sine homine fieri / et per consequens assumi / cum ab eo distincte realiter concedantur / ipsoq̄ nature ordine sint puiores / vt constituti ua principia constituto. Si non: concedo partes vt sic nō posse assumi nec fieri sine toto. sed hoc est contra suppositum. ¶ Secunda conclusio est / q̄ econuerso totum non est assumibile sine partibus existentibus. ¶ Hec apparet. q̄ nec pōt existere sine eis / esto q̄ ab eis sit realiter distinctum. ¶ Tertia ⁊ vltima conclusio est / q̄ homo potest assumi sine partibus assumptis immediate / nō tamē sine ipsis partibus assumptis mediate. ¶ Prima pars potest probari. quoniam quodcunq̄ assumibilium realiter distincto totū quodlibet sine alio immediate sustentato potest in diuino supposito assumente sustentari. Hoc apparet. nullum enim est impossibile / nec contradictionem implicās aliquid in alio sustentabile immediatē sustētari in ipso / nullo alio ab huiusmodi sustētato distincto realiter / immediate sustentato in illo supposito sustinente. ergo si hō a ꝓb⁹ realiter est distinct⁹ nihil ꝓhibet ipm̄ immediate in diuino supposito realiter sustētari: nō sustentatis in eo eius ptibus isto mō / vēz immediate / sed a diuino supposito immediate sustētatis ⁊ ab ipso immediate assumptis. ⁊ potest hō immediate a diuino assumi supposito non assumptis eius ptibus isto mō. Confirmatur. q̄ etiā secūdū aliquos ita de facto fuit / vēz q̄ verbo primo ⁊ immediate totus hō vnitus extitit / ⁊ ipso mediāte secūdario corpus ⁊ anima eius partes. ⁊ ideo ponūt isti vnicā existere hypostaticā vnionē / vēz totius. q̄ nullā ponunt alicuius partiū / cū quelibet seōm ipsos vnita fuerit non nisi mediante toto. ⁊ ⁊c. ¶ Secūda pars cōclusionis precedēte / vēz q̄ totū non fuerit vnibile sine suis partibus vnitis aliquo modo saltem mediate / potest probari. qm impossibile est totū aliquod in extraneo supposito realiter sustentari / eius ptibus oībus ⁊ se existētibus nō i aliquo sustētatis. Dino enī est intelligibile (vt videt) dicere hominē existere in aliquo ⁊ realiter sustentari: in quo nullo modo / nec immediate vēz nec etiā ipso hoie mediāte / aliqua eius partium existit nec realiter sustentatur. Impossibile enim est aliquid esse in aliquo sine illis in codē eo mediāte saltē existētibus sine quibus ipossibile est illud existere in re extra. sed totū nō pōt esse sine ptibus. ⁊ ⁊c. Sequit ergo q̄ hō non pōt a diuino supposito sustentari immediatenice per ꝓis ab eo sic assumi eius partibus modo aliquo nō assumptis ⁊ in ipso saltem mediate realiter sustētatis. ¶ Quia tamē nihil est impossibile apud deum / ideo suppositū reali differentia totius a partibus videtur aliter posse dici / videlicet q̄ non trēs partes possent assumi sine toto / sed etiam econuerso: in hoc tamen

differenter.qz partes possent assumi sine toto existente/ ꝛ etiam ipso existente sine eo assumpto.eccõuerso autẽ totũ non posset assumi sine partibus existẽtibus / cum nec posset fieri sine eis.posset tñ assumi sine ipsis ptibus existẽtibus aliquo mõ mediate vel immediate assumptis. Nullum enim est ipossibile/quocũcuq; realiter distincto tñ assimilibilũ vnũ assumi alio non assumpto. ¶ Nec valet ratio q̃ in contrariũ adducitur/qñ dicit/qz impossibile est aliq̃d existere in aliquo sine illis in ipso aliquo modo existẽtibus sine quibus illud non posset existere in re extra.qñ hoc non est verum.licet enim totum nõ possit simpliciter esse sine partibus/põt tamẽ secundũ q̃d posita in aliquo existere sine eis in illo existentibus/ supposito qz ab eis oĩbus realiter distinguatur. ¶ Nec valet si contra hoc arguaẽ.quia totum ꝛ partes sunt simul conjuncta:ꝛ per consequens in quo est vnum ꝛ alterum.quoniam anima est simul conjuncta realiter cum oĩbus ptibus corporis quod informat/cũ tñ vna pꝫ sit ab alia separata.Et ita in proposito licet totum cũ suis partibus sit cõjunctũ/si ab eis est realiter distinctum / potent esse vnũ assumẽti supposito separato ab ipsis seu diuiso. qz eas nullatenus sustentat.quare ꝛc.

Ad secundum dubium: videlicet an totum a partibus sit distinctũ:

Arguitur primo qz non.qñ si totũ ab omnibus suis partibus est distinctum / aut distinguitur se toto: aut aliquo sui tñ. sed neutrum istorũ põt poni. Non enim potest distingui se toto.qz se toto nõ distincta sunt primo diuersa:quorum neutrum includit alterum.sed totum includit quẽlibet suarum partium. ergo ꝛc. Nec potest dici secundũ/vez qz distinguatur ab oĩbus partibus aliquo sui.qz non est aliquid eius/nisi aliqua eius partium.sed impossibile est totum aliquod per partem aliquam ab omnibus partibus esse distinctum. ergo ꝛc. ¶ Scõ arguo sic. Mõ tñ qz diuinã potẽtiã pꝰ a posteriou est sepabile : sed etiã ecõuerso omne posteriꝰ potest sine priori existere/a quo realiter est distinctum: vt patet de accidente separato a subiecto in eucharistie sacramento. sed impossibile est totum esse sine partibus. ergo ꝛc. ¶ Tertio/quod solã diuisione locali corumpit ꝛ vnione gignitur non potest esse aliquid in re extra absolutum a partibus distinctum.sed totum solã diuisione partium corumpitur ꝛ vnione gignitur.ergo ꝛc. ¶ Maior apparet.quoniã idiuisa possunt vniri absq; aliquo distincto ab eis resultãte:ꝛ vnita diuidi nullo distincto ab eis corupto.sed totum est necessario eius partibus vnitis.non potest autem esse ipsis diuisis.ergo ꝛc. ¶ Quarto.quia habens propriam entitatem ab alijs distinctam habet ꝛ propriam operationem ꝛ propria accidẽtia. sed totum nec accidentia habet distincta nec operationem ab accidentibus ꝛ operationibus partiũ.ꝫ ꝛc. ¶ Quinto.quia que sunt formaliter idẽ ꝛ realiter/ꝛ pꝫ ois totaliter in re extra.sed partes sunt formaliter idem cũ toto/ cum in ipso in primo modo intrinsece includantur. ergo ꝛc. ¶ Sexto.quia totũ precise includit partes.ergo non est in re extra aliquid põter partes. ¶ Secundo arguo in contrarium/videlicet qz omne totum per se vnum quale est homo ꝛ omne compositum ex materia ꝛ forma in genere substãtie/sit distinctum a partibus omnibus simul sumptis. ¶ Primo.qz oẽ realiter causatũ ab oĩbus suis causis realiter est distinctum.sed omne compositũ in genere substantie p se vnũ/ est ex forma et materia realiter constitutum seu causatũ.ergo ꝛc. ¶ Secũdo.qz quatuor sunt(vt cõiter dicit genera causarum/ quarum due sunt extrinsece vt finis ꝛ efficiens/ ꝛ due intrinsece vt forma ꝛ materia.sed omne cause correspõdet causatum ab ipsa distinctum aliquod in re extra.ergo ꝛ forme ꝛ materie.sed nõ põt poni illarũ causarum intrinsecarũ causatũ aliud ꝙ compositũ.ergo ꝛc. ¶ Tertio.qz quod est p se vnũ/nõ est sola vnione partiũ sed aliquo resultante.sed ex forma ꝛ materia fit in genere substantie compositũ p se vnũ:qõ non fit ex subiecto ꝛ accidente.ꝫ ꝛc. ¶ Quarto.qz vnum accidẽs numero non põt esse simul in diuersis subiectis. sed quantitas substantie cõpositi cuiuslibet est vnũ accidens numero.ergo eiꝰ est vnum subiectũ. sed hoc nõ põt esse materia tñ/nec forma tñ/nec vtrũq; simul/cum istã essentialiter sint distincta.ergo compositũ/ qõ est vnum. ¶ Secundo in speciali arguit de hoc. Primo.qz omne illud est incorruptibile cuiꝰ tota quiditas est incorruptibilis.sed hõ est corruptibilis.ergo aliqõ corruptibile est ad eius ꝓpriã quiditatẽ.sed nec anima intellectiua/ nec materia prima est corruptibilis:forma etiã corporis licz sit corruptibilis/tamẽ ante eius corruptionẽ hõ est mortuus ꝛ coruptus.ergo includit vel dicit aliquid põter illa. ¶ Secundo.qz posita siue remanente tota quiditate alicuius oportet illud manere. sed manẽtibus corpore ꝛ anima non manet hõ.ergo ipse hõ aliquid necessario dicit põter partes. ¶ Tertio.qz illud cuius tota q̃ditas supernaturaliter est ꝓducta/nullo mõ naturaliter est productum. sed si hõ non dicit aliquid põter animã ꝛ primã materiã/vt dicunt quidã:tota eiꝰ quiditas est producta supernaturaliter.ergo ꝛc. ¶ Quarto.qz i triduo mortis dei filius habuit animã ꝛ corpus:nec tñ realiter fuit hõ. ergo ꝛc. ¶ Hoc tenẽdo põt ad rõnes in contrariũ adductas responderi. ¶ Ad primã / cõcedere oportet necessario ꝙ totũ ab oĩbus ptibus si est distinctũ / nõ aliquo sui sed se toto realiter est distinctũ: accipiẽdo totũ pro ipso ex constituentibus partibꝰ resultante. Nec tñ sequitur quod infert/videlicet qz totũ ꝛ partes sint primo diuersa. Illa enim sola ꝛ non alia sunt primo diuersa/ q̃ sic sunt se totis distincta/qz nullo mõ sunt eadẽ.totũ autem sic se toto a partibus est distinctum / qz etiam se toto est eis aliquo modo idẽ.distinguitur añ a ptibus/ qz nõ est partes:est tñ idẽ cũ partibus.qz includit ipas/quare ꝛc. ¶ Ad secundã qñ dicitur qz posterius põt fieri sine priori:Dicendũ qz verũ est de posteriou in quo realiter ꝛ formaliter non includit ipsum prius:cuius contrariũ est de toto ꝛ de partibus.quare ꝛc. ¶ Ad tertiã dicendũ/qz licet nec vnio possit esse formale principium aliquid generandi/nec diuisio corumpendi : potest tamen ipsa diuisio esse via ad corruptionem ꝛ vnio ad generationem.est enim vnio partium necessaria ad totum:et ideo ad diuisionem vnionis partium/sequitur corruptio totius. Destructo enim antecedente oportet destrui consequẽs necessario ipm exigẽs añs:ꝛ hoc vel ab ipso destructe añs vel ab alio.Cõsimiliter dico de vnione respectu cõpositi. ¶ Ad quartã dicendũ/ qz nõ quodcunq; eius est actiuũ/ ꝛ ita non oportet quecunq; diuersa habere operationes diuersas nec etiã accidentia diuersa/ nisi sic sint diuersa ꝛ disparata qz vnum alterũ non includat:cuiꝰ contrariũ est in proposito.quare ꝛc. ¶ Ad quintã dicendum/qz aliqua esse idẽ formaliter põt ꝓtingere dupliciter.Uno modo/qz vnũ est alterũ . et sic nõ est aliquid idẽ formaliter cũ alio nisi tãtũmodo cũ seipso.nihil enim est alterũ a se.ꝛ sic cõcedo qz quecunq; sunt idẽ formaliter/ ꝛ realiter/ ꝛ pꝫ ois totaliter in re extra. Alio mõ aliqua dicunt eẽ idẽ formaliter:qz vnũ includit reliquũ.ꝛ q̃ sic sunt idẽ formaliter possunt eẽ diuersa realiter. Dia enim cõstituẽtia intrinseca includunt in cõstituto vt forma ꝛ materia in cõposito:et tñ sicut inter se/ita ꝛ a cõposito cõstituto realiter distinguũtur. Idẽ enim realiter nõ videt posse ꝓstituere semetipm: nec pꝫ ois idẽ videt posse includi formaliter in seipo. sed hoc mõ nõ primo totũ ponit esse formaliter idẽ cum suis ptibus ꝫ ꝛc. ¶ Ad sextã patet p idẽ.qñ nõ sequit/a includit pre

esse b.g̃ est ꝑsse b.imo sequit ecõuersoꝝ includit b/ergo non est dicũ idẽ nõ possit ꝓpue ieludere sanctiꝑm. g̃ ꝛc.

Si vero teneatur altera pars quæ multis ꝓbabilior esse videt/vez q̃ totũ nõ distinguit ab oĩbus partibus simul vcito modo sumptis: Tunc ad primã rationẽ in contrariũ qñ dicit q̃ materia ꝛ forma substantialis constituunt siue causant realiter cõpositũ: Dicetur q̃ non est intelligendũ hoc vez formã ꝛ materiã causare cõpositum tã q̃ aliquid distinctũ ab eis realiter nec modo aliquo in re extra. sed dicũtur vulgariter causare ꝓpositũ/qꝛ sunt quedã quo necessaria ad ipm. ¶ Sz hoc nihil est dicere. Et ideo tenendo istam viam oportet necessario negare illam minorem qua dicitur q̃ compositũ in genere substantie est ex forma et materia realiter constitutum. Nõ magis enim hõ est aliquid ex aĩa ꝛ corpore constitutũ/distinctũ ab eis in re extra/ q̃ album ex albedine ꝛ subiecto. sed sicut album est ꝑfse subiectũ albedine informatũ/ita ꝛ hõ nõ est aliud q̃ corpus aĩa rationali informatũ: vel suppositum/vt dei filius/hñs illa. ¶ Ad secdam cõsiꝛ est dicẽdũ/vez q̃ forma ꝛ materia vt sunt ꝓposito extrinseca/nõ tamẽ aliquit cõstituto ab eis distincto realiter: qꝛ tunc nõ essent intrinseca: sed qꝛ sunt ipsum cõpositũ. Nec ꝓ ꝓns videntur posse dici ꝓpue et⁹ causꝫ magis q̃ econuerso. Compositũ aũt ipm non dicit partibus intrinsecũ. qꝛ licet sit oẽs ptes cõiunctim sumpte/nõ tñ est aliqua/nec omnes oĩusum acꝯpte: nec aliqua ꝛcludit seu arguit ipm: sed econuerso. quãre ꝛc. ¶ Ad tertiã/negãda est illa maior. qꝛ immo cõpositũ in genere substãe est q̃ se vnũ sola partiũ vnione/non tñ intelligendo ꝙ vnionẽ formã aliquã distinctã realiter ab extremis vez partibus: sed ipsas partes seipsis vnitas / quocunq; ab eis alio circũscripto. Nõ enim sola vnione aie ꝛ corpis est hõ. hoc aũt non est aliud q̃ corpus et aĩa sic vnita. Et ita videt oportere dicere ponendo cõpositũ a ꝑtibus cõponẽtibus esse distinctũ/q̃ hmõi resultans cõpositũ nõ esset cũ partibus q̃ s: vnũ/nisi cũ eis a quibus ponit causatũ ꝛ distinctum/esset vnitũ. ¶ Et si arguit contra hoc qꝛ tunc substãtia cõposita nõ est magis aliquid q̃ se vnũ q̃ albũ ex subiecto ꝛ albedine constitutũ: Dicit q̃ non sequitur: bene tñ cõcedit/q̃ nõ magis forma substantialis ꝛ materia faciũt vnũ q̃ se in aliquo tertio resultãte/ q̃ accidens ꝛ subiectũ. Cũ hoc tñ stat q̃ sunt q̃ se vnũ/ qꝛ cuius dẽ ghus: cuius cõtrariũ est de subiecto ꝛ accidẽte. ergo ꝛc. ¶ Ad quartã/negandũ est illud qđ assumit/vez q̃ quantitas composita sit aliquod accidẽs q̃ se vnũ. Alia enim est quãtitas materie tgnis ꝛ alia forme: cũ alie sint ptes forme ꝛ alie materie/ꝛ quelibet sint extenſe: cõpositũ autẽ ipsum nõ habet ptes alias a partib⁹ forme ꝛ materie nec per ꝓns quantitatẽ. ¶ Ad alia que arguunt in speciali de hoc. ¶ Ad primum dicẽdũ/q̃ cõpositũ põt corrũpi vel ex alicuius partiũ eius seu oĩm corruptione/vel ex ipsarũ diuisione. Qꝛ compositũ nõ est partes absolute: sed sic sumpte/vez vnite. Et est qđ dicit Augustinus/ ꝛ cõmuniter oẽs sancti ponẽtes q̃ in hoc mors non est aliud q̃ diuisio vnitoꝝ/vez corporis ꝛ aĩe. ¶ Et si contra hoc arguas. qꝛ in hmõi aĩe ꝛ corporis diuisiõe aut corrũpitur aliqđ aut nihil. si nihil: ergo hõ remanet sicut prius si aliquid/quero quid est illud? nõ enim põt esse nisi compositum ipsum. ergo ꝛc. ¶ Respõdeã/q̃ aĩa põt a corpe separari nõ corrupto aliquo in re extra. Nec enim vnio anime cũ corpore quã concedit aliqui corrũpi in diuisione hmõi/ est aliquid in re extra distinctum ab extremis/ vez aĩa ꝛ corpore. Vel esto q̃ sic: dico q̃ illo remanente posset deus animã a corpore separare. Non enim est deo impossibile quecunq; vnita realiter distincta ꝛ diuisibilia separare/quocunq; ab eis distincto realiter remanẽte. Et ideo si vnio aie rationalis ꝛ corporis est forma aliqua in re extra distincta realiter ab extremis/nõa remanẽte potest vnũ extremoꝝ ꝙ diuinã potentiã ab altero separari. ¶ Et qñ infert: ergo si per diuisionẽ hmõi non est aliqđ corruptũ/hõ remanet sicut prius: nego ꝓtiã. qꝛ hõ non est nisi aĩa corpou vnita sic: que post diuisionem non remanet sic vnita. quare ꝛc. ¶ Ad secundũ patet solutio ꝙ idẽ. qꝛ hõ nõ dicit aĩa ꝛ corpus absolute/sz aĩa vt sic corpou coniuncta. g̃ ꝛc. ¶ Ad tertiũ est dicendũ/q̃ nõ dicit ghiari naturaliter nisi dispositue ꝛ antecedẽter: vt in prima qõne ꝑcedẽtis dict. plenius fuit dictũ. Illõ cñi qõ hic assumit falsum est/vez non esse in homine formã aliã ab aĩa intellectiua. Est enim in ipo forma corruptibilis/ vez forma corpis. quare ꝛc. ¶ Ad vltimũ patet ex dictis q̃ Christus vt dei filius in triduo mortis nõ habuit aĩam corpori vnitã: ꝛ iõ non potuit dici hõ. ¶ Hec de ꝓpo.

dentib⁹ est ostensum. Si aũt p hmõi hypostaticã vnionẽ intelligãt posse extrema immediate vnita/quocũq; distincto ab eis realiter circũscripto: sic cõcedo q ꝓpter hoc deꝰ est hõ/qz videlicz homem sustẽtãs: z hõ deus qz ei deo realiter sustentat. ¶ Sz ꝓtra: qz albedo realiꝫ in homine sustentat: nec tñ est hõ/nec hõ albedo. ¶ Hic respõdent aliq; q albedo informat z actuat hominẽ cã realiꝫ sustẽtãtẽ/z tõ hõ ipe albꝰ dicit/nõ albedo. Hõ aũt nõ sic actuat nec informat verbũ: z ideo de ipo dicit in abstracto. ¶ Contra. qz hoc nõ videt sufficere. Prio: qz esto q albedo ita sustẽtaret in homine q ipm non informaret nec realiter actuaret/adhuc nec homo albedo/nec albedo diceretur homo. ¶ Secundo/quia p hoc q homo informatur albedine/non minus albedo in homine realiter sustentatur/nec minus qlibet extremoꝝ alteri copulat/q̃ si albedo tantum in homine sustentaretur/sic q p eam homo non informaretur nec in aliquo perficeret. ergo si ꝓpter vnionẽ verbi cũ hoie predicat hõ de verbo z ecõuerso/ita z in ꝓposito põt dici. ¶ Ad hoc põt dici: q cũ dicit deꝰ ẽ hõ vel ecõuerso/ly hõ supponit nõ p humanitate sed p filio dei. Differũt enim illa noia hõ z humanitas quãtũ ad hoc q humanitas nullo modo supponit pro filio dei nec eius significat magis q̃ albedo. z ideo hec est falsa: filius dei est humanitas: sicut z illa/filius dei est albedo. Homo aũt ẽ aliquo modo consignificat z importat filium dei sicut albũ subiectũ. Et tõ sicut albũ põt supponere pro subiecto/ita z homo pro filio dei. Et q hoc sit verũ apparet. qm̃ hũanitas significat ee ipse naturã ex corpore z ex alia intellectiua ꝓstitutaz: z tõ nõ põt supponere p aliq̃ alio ab ipsa. Homo aũt significat eandẽ naturã siue in se siue in quocũq; alio supposito existentẽ: z tõ ꝓsignificat deꝰ filiũ ipam sustentificantẽ: z p ipo supponit cũ dicit deꝰ est hõ: qz sensus huiꝰ est/deus est suppositũ hoiem sustentificãs. vel cũ dicit ecõuerso hõ est deus/cuius sensus ẽ/suppositũ hoiem sustẽtificans ẽ deus. ¶ Et si contra hoc arguas/qz cũ noia ad placitũ significẽt z supponant: albedo põt ꝓsignificare subiectũ z supponere p ipo sicut albũ: z ista tunc cõcedi posset hõ est albedo z ecõuerso: ¶ Respondeã/q quando cõstat de rebus nõ est facieda vis in nominibus. Constat aũt sm vsum tentium talib⁹ vocabulis/albedinẽ nõ supponere pro subiecto/sz albũ sicut nec humanitatẽ pro verbo sed hominẽ. Si tamẽ tu sic velis vti hoc vocabulo qõ est albedo/tanq̃ videlicet supponente pro subiecto non video cur illa sit neganda: homo est albedo: nec eius cõuersa/albedo est homo. qm̃ constat q homo in quo est albedo est suppositum albedinem ipam sustentans nõ minꝰ nec minꝰ, ppue qz p ipm ẽ format/q̃ si nullo mõ per ipaz informaret nec actuaret. sz vt dicis/albedo põt supponere z supponit p oi ipaz realiter sustentante: ergo vt sic nõ magis ista est negãda/homo est albedo: q̃ ista/homo est suppositũ sustentãs albedinem: quia illa eadem realiter est cũ illa. nec illa cõuersa/albedo est homo: quia illa equipollet huic immo realiter est illa: hõ est suppositũ albedinis/quã cõstat vtiq; esse veram. Assumptũ apparet/qm̃ supponimus q albedo supponat pro homine. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rationem in principio dicendum/q licet fieri hominem sit in sorte vel in quocũq; alio homine fieri simpliciter: z ideo in quocũq; alio sequatur gratia materie/est factus homo: ergo est simpliciter factus/non tamen sic est de deo filio/cuius esse simpliciter non est homo/sed homo deus. Et ideo non sequitur in ꝓpositos est factus homo: ergo est factus.

Secundo quæro: vtrũ Christus sit p̃destinatꝰ esse filꝰ dei. ¶ Et videt q non. qm̃ Christus est deus. sed deus nõ est predestinatus/sed predestinans. q̃ ꝛc. ¶ Sed in cõtrariũ ẽ Apls ad Roma. i. dicens. Predestinatus est filius dei in virtute sm spm sanctificatiõis ꝛc. ¶ Respõsio. Ad cuius euidentiã premitto duo. quoꝝ primuz est/ q Christus vt in precedentibus fuit dictũ/põt supponere vel pro filio dei tñ/vel pro homine assumpto tñ/vel insimul pro vtroq;. Secũd est/q predestinatio propue sumpta non est aliud q̃ preordinatio alicuius ad gloriã z ad alia ordinata ad ipsam: siue huiusmodi ordinata ad gloriam sunt gratia z merita/siue quecunq; alia.

His premissis cõiter cõcessis Respondendo ad questionẽ pono tres cõclusiones. ¶ Prima ẽ q Christꝰ vt supponẽs tñ p verbo/nõ est p̃destinatꝰ esse filꝰ dei. ¶ Hec apparet. qm̃ filꝰ dei essentialiter nõ magis est predestinatus filius dei/q̃ pater sit predestinatꝰ pf. ¶ Hoc ꝓbat: qz predestinatio est oim ꝓsonarũ. oẽs ei predestinant z preordinant/sicut z oẽs effectũ seu predestinatiõis terminũ ponẽt cõicant. sed idẽ nõ põt esse predestinãs z predestinat⁹: g̃ dei filꝰ essentialiter q̃ est verbuz nõ est predestinatus filius/magis q̃ spũs sanctus sit predestinatus spũs sanctus vt pater sit predestinatꝰ pater. ¶ Confirmat: qz predestinatio non respicit pro termino nisi aliquã rẽ creatã seu factã/a p̃destinãte essentialiter differentẽ. sed Christus sic sumptus nõ est a p̃destinante distinctꝰ/sed est ipse predestinãs: cũ sit essentialiꝫ verus deus. g̃ ꝛc. ¶ Scõa cõclusio est/q Christus vt supponẽs pro assumpto hoiẽ fuit p̃destinatꝰ esse filius dei nõ essentialiꝫ/sz ꝓsonaliꝫ. ¶ Primũ apparet/qz nec sic vez essentialiter/est nec esse põt filius dei. sed predestinatio nõ respicit impossibile. g̃ ꝛc. ¶ Scõm vez q hõ assumptꝰ fuerit p̃destinatus esse dei filius ꝓsonaliter/videlicet qz dei filio essentialiter/hypostatice seu suppositaliter copulatus: z in eo realiter sustentatus: probatur. qm̃ oẽs beati fuerunt ab eterno p̃destinati z p̃ordinati/tã ad gloriã q̃ ad alia ad ipam gloriã ordinata. sz vniri hoiem/assũptuz eiverbo: z p ꝑs ipm dei filiũ fieri isto modo: fuit ordinatũ a deo ad tantã gratiã z gloriã huic hoi pro tpe ꝓferẽdã. Licet enim homo assumptus nihil meruerit per hmõi vnionẽ/tñ deus ipse nec tantã gratiã nec tantã gloriã cõtulisset: nisi verbo vnitus fuisz: ergo hominem cum verbo vniri z p ꝓsequẽs dei filiũ fieri/fuit ab eterno predestinatũ. ¶ Et si q̃ras: numq̃d põt accidi etiã ecõuerso vez q dei filꝰ fuit p̃destinatꝰ fore homo? Respondeã q sic. Licz enim illa sit falsa: dei filius est predestinatus tamen hec est vera: dei filius est vel fuit predestinatꝰ fore homo. nec sequitur: fuit predestinatus homo: ergo fuit predestinatꝰ. Sicut non sequit: factꝰ est hõ/ergo factus. quare ꝛc. ¶ Sed contra predictam cõclusionẽ aliqui arguũt. qm̃ primo predestinatũ est persona. illud enim primo predestinatur/q̃ primo ad gloriam ordinatur. hoc autẽ est suppositum seu persona. sed homo assumptus non est suppositũ seu persona: g̃ ꝛc. ¶ Respõdeo q maior: assumpta est falsa/qm̃ illud predestinat z ad gloriã ordinatur cui põt cõuenire ipsa gloria/ad quã habendã finaliter ordinatur. sed tam gloria q̃ merita z omnia ad gloriam ordinata cõueniunt z cõuenire possunt nature intellectuali siue p se subsistẽti/z per consequens rõnẽ suppositi habẽti: siue in alio existẽti/z p ꝓs rõnẽ suppositi nõ habẽti. Nec ꝓuenire phit nature intellectuali vt rõnẽ suppositi habẽti. tñ suppositũ supra naturã nõ addit/vt dictũ ẽ supertius/ aliq̃d positiuũ/sz tantũmõ pquatuũ vel negatiuũ: cui nõ põt ꝓuenire aliquid predictoꝝ. g̃ ꝛc. ¶ Confirmatur ¶ Primo/qz anima cuiuslibet beati est p̃destinata ad gloriã quã habet/cũ tñ ala ipsa suppositũ nõ dicatur. ¶ Scõo/qz deus posset assumere angelũ nũc beatũ: qui assumptus non esset suppositũ nec persona: z tñ posset

assumptionē fuisse ab eterno ꝓdestinat⁹ sicut antea dice rē:quare ꝛc. ¶Ad ꝓbationē patet q̄ est ad oppositū. qm̄ ordinatū primo ⁊ principaliter ad gloriā est natura intellectualis non suppositū vt ab ipsa distinctū: cū tale nō sit aliquid in re extra positiuū:quare ꝛc. ¶Tertia ⁊ vltima conclusio est /q̄ Christus vt supponēs pro verbo ⁊ hoīe assumpto simul/non est concedendus esse dei filius predestinat⁹. ¶Hec apparet:q̄ ad veritatē copulatiue requirit q̄ vtraq; pars sit vera. Dis em̄ ꝓpositio copulatiua vel ꝓiunctiua est falsa /cui⁹ vtraq; pars vel tm̄ altera est falsa.sed illa:Christus vt predicto nō accept⁹ fuit predestinatus filius dei/est realiter ꝓpositio ꝓiunctiua quia vnū predicat de duobus:videlicet esse ꝓdestinatū filium dei/de verbo ⁊ de hoīe/pro quibus duobus insimul supponit eius subiectū q̄ est Christus . sed vt probat in prima conclusione:verbū nō est predestinat⁹ filius dei/ꝫ homo seu verbū hō:ergo predicta ꝓpositio non est vera: cū cōtineat vnā partē falsam:⁊ alterā tm̄ veram. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rōnē i principio patz solutio ex ꝓdictis.

Circa distinctionē octauā/in q̄ magister inq̄rit primo an ꝓcedēdū sit diuinā naturā esse de virgine natā:⁊ secō an Christ⁹ de beat dici bis genit⁹ seu nat⁹ : q̄ro de istis duob⁹. Et primo de primo Utrū videlicet illa sit ꝓcedenda: Natura diuina siue essentia ē de ☧gine nata. ¶Et videt q̄ nō:q; vt magister arguit i ista nō magis videt ꝓcedēdū/diuinā essentiā seu naturā natā de ☧gine q̄ de pfe.ꝫ ꝓstat q̄ secūda ē falsa. Ipa em̄ diuina essentia nō est de pfe genita neq; nata:q̄ nec de mfe ¶Sꝫ in ꝓtrariū arguit. Q: nō magis⁹ ꝓcedēdū videt diuinā essentiā de ☧gine natā q̄ ī ☧gine incarnatā.ꝫ illa secūda videt ꝓcedenda. Q̄ apparet:q; illa/diuina essentia fuit carni in virgine vnita /est vera:ꝫ dicere diuinā essentiā in virgine incarnatā/nō est aliud q̄ dicere ipam in virgine carnu vnitā:q̄ ꝛc. ¶Respōdendo primo excludam vnā opinionē. Secundo dicā aliter ad questionem.

Quantum ad primum: est opinio aliquoꝝ dicentiū q̄ diuina essentia nō pōt dici a pfe genita neq; nata:quia est vltimate abstracta.de nullo autem vltimate abstracto potest predicatū aliq̄d quod nō predicatur nisi formaliter/predicari / nisi ipi cōueniat in primo modo dicendi p se.sed diuine essentie vt vltimate abstracte nō conuenit nasci nec generari / nec generare/nec aliq̄d ab ipsa quōcunq; distinctū /in primo mō dicēdi per se.ergo ꝛc. ¶Ex eodē medio sic loquētes habent dicere vt videt/q̄ diuina essentia nō pōt dici incarnata nec de virgine generata seu nata. ¶Cōtra hoc arguo primo: q; illa assumpta regula vniuersalis nō videt vera: videlicet q̄ de vltimate abstracto non pōt aliq̄d ꝑdicari nisi illud ipi cōueniat in primo mō p se.qm̄ ꝓstat q̄ hec est vera ⁊ catholice confitēda:humanitas est verbo vnita. sed humanitas est vltimate abstracta:⁊ vnitū cū sit adiecti usū ita predicatur formaliter sicut generās vel genitū sic natum:nec tm̄ vnio illa hypostatica q̄ fm̄ ipm̄ est forma aliqua accidētalis /q̄nit humanitati in primo mō per se.q̄ ꝛc. ¶Preterea/hec est vera/deitas est infinita etiā fm̄ ipm̄/magis q̄ illa/persona est infinita: cū fm̄ eū persona vt persona /nec sit finita nec infinita.ꝫ infinitas nō cōuenit ipsi videlicet essentie in primo mō/ suppositō q̄ dicat distinctū ab ipa aliq̄d in re extra/magis q̄ natiuitas vel actiua generatiuel passiua.q̄ ꝛc. ¶Preterea hec est vera: deitas est creās ⁊ beatificās obiectiue . illō enim beatificat obiectiue ad qd̄ actus beatificus termi natur:sed hoc est ipsa deitas nō persona vt ab ipa distincta.q̄ ꝛc. ¶Secūdo arguo.q; esto q̄ regula illa sit vera nō videt ad ꝓpositū qd̄ hic queritur/ applicāda:qm̄ generarī vel nasci de virgine non dicitur de diuina essentia/ nec de ꝑsona nisi ratione humanitatis assumpte. Nō magis em̄ diuina ꝑsona vt fm̄ se sumpta est nata de virgine q̄ diuina essentia vel natura.si ergo ꝑsona dicit nata de virgine ꝓpter q; humanitati ꝓiuncta cum etiā deitas sit ipsi vnita/ita videt posse dici nata de virgine vt ꝑsona. ¶Cōfirmat:q; vbi inuenit eadez causa ibi debet poni ⁊ ꝓcedit idē effectus.ꝫ ꝓpria causa q̄re illa ꝓcedit/dei filius ē natus de virgine/reperit i diuina essentia. Q̄ apparet. Precisa em̄ ratio veritatis huius:dei filius⁹ est de ☧gine natus/est q; dei filius⁹ est hoi nato de virgine copulat⁹.sed cōstat q̄ etiā ipa diuina essentia cōcedit ⁊ est humanitati assumpte ꝓiuncta realiter ⁊ vnita.q̄ ꝛc. ¶Preterea/ q; cū dicit /diuina essentia est nata de virgine: ly nata nō predicat aliquid in re extra ab humanitate distinctum/ vt videbitur in sequenti questione/sed tm̄ vult intelligere hoīem vt a virgine ꝓcedentē de quo primo/⁊ secūdo de deo sic ꝓiuncto realiter predicat.sed cōstat q̄ diuina essentia nato hominū de virgine est coniuncta realiter ⁊ vnita ergo ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:vbi est aliter

dicendum:premitto primo aliqua.Secō ex illis dicā ad questionē. ¶Primū q̄ō premitto est:q̄ de virgine nasci vel in ipa cōcipi /nō verificat primo de deo. ¶Hoc apparet:qm̄ q̄ō verificatur de aliquo per se primo verificatur de eo quocūq; ab ipso distincto realiter circūscripto. sed cōstat q̄ nec esse ꝓceptū de virgine nec natuꝫ/est verū de deo/hoīe circūscripto:q̄ ꝛc. ¶Cōfirmat:q; deus nō ē cōceptus nec natus de virgine/ nec mortuus in cruce nisi q; homo:ergo hmōi ⁊ similia primo ꝓueniūt hoī / ⁊ ꝓpter eius vnionē cū deo verificant secūdo ⁊ cōcedunt de ipso ¶Secundū premittendū est /q̄ quodlibet ꝑdicetū ꝑ se de illo ⁊ nō de alio verificat in quo hō causaliter hypostatice sustētat. ¶Hoc apparet ex primo/qm̄ ipe de⁹ nō pōt dici cōceptus de virgine neq; nat⁹ nisi q; hō ē de ipa ꝓcept⁹ ⁊ nat⁹ /q̄ hō ē vere de⁹. ꝫ hō nō est de⁹ nisi quia in ipo personaliter sustentat⁹:ergo ipm̄ sustentās solum modo/potest dici ꝓceptus de virgine atq; nat⁹. Et hinc est q̄ nec de patre nec de sctō spū talia cōcedunt nec veraciter ꝑdicant: q; videlicet ipe hō cui ꝑdicta ꝓpio cōuenit/nec in patre nec in sctō spū.ꝫ in verbo tantūmodo sustentat. ¶Tertiū premittendū est: q̄ hō licꝫ potuerit immediate a diuina essentia assumi /⁊ in ipa q̄ ꝓsequens vt distincta a ꝑsona(suppositō q̄ sit distincta ab ea aliq̄liter in re extra/ vt dicūt aliqui)realiter sustentari:tm̄ de facto hō assumpt⁹ nō est ab ipa ꝫ a ꝑsona assumpt⁹ ⁊ in ipa ꝑsona imediate hypostatice sustētat⁹. ¶Hoc apparet:qm̄ si essentia ipa vt a ꝑsonis distincta immediate assumptū hoīem sustentaret /cū ipa equaliter sit in oib⁹ vt sit oēs/nō magis hō diceret vna ꝑsona q̄ alia:ꝫ aut oēs aut nulla.sed ꝓstat q̄ sola verbi ꝑsona dicit vere homo. ergo ꝛc. ¶Quartum ⁊ vltimum premittendum est:q̄ licet homo assumptus nō sit a diuina essentia immediate assumptus/sed a ꝑsona:est tm̄ essentie cōiunctus ipa mediante ⁊ immediate assumente ꝑsona:⁊ hoc suppositō sit predicto/ videlicꝫ q̄ essentia ipsa sit distincta a persona aliqualiter in re extra. ¶Hoc apparet:q; alioqui nō essꝫ deus/cum nec etiam persona ipsa nisi ꝓpter essentiam sit deus.

His premissis : pro solutione questionis pono tres conclusiones. ¶Prima est : q̄ diuina essentia seu natura potuit de virgine nasci ⁊ concipi.

¶Hoc probat.qñ omne qđ potuit in virgine homo fieri potuit cõcipi de virgine atq; nasci. ¶Hoc apparet.quia nec dei filius dicitur de virgine conceptus neq; nat⁹ nisi quia in ipsa tẽporaliter homo factus.sed diuina essentia potuit in virgine homo fieri/modo quo dei fili⁹ dicit homo factus/videlicet nõ per cõuersionẽ/sed per hypostaticã vnionẽ. ¶Hoc ꝓbat:quia vt dictũ est in precedẽtibus/diuina essentia potuit homunẽ immediate assumere sicut assumpsit ipsum personam:ergo illa non videt negãda sed potius concedenda:diuina essentia vel natura potuit in virgine homo fieri/ꝛ per ꝓsequẽs cõcipi at q; nasci. ¶Secunda conclusio est/q; illa/diuina natura est de virgine concepta vel nata/nõ admittit nec concessa cõmuniter reperitur. Et ratio huius potest esse. ꝑmo/quia diuina essentia hominem nõ assumpsit sed persona.sed predicta non concedũtur nisi de assumente hominem immediate/cuius propter ipsum assumptum homines concedantur:quare ꝛc. ¶Secũdo/ propter malum intellectũ in quo quis posset ꝓpositionẽ p̃dictã accipere ꝛ intelligere:quẽ etiã intellectũ seu sensum ipa ꝓpositio videt pretẽdere. Cũ em ea q̃ dicunt de diuina essentia in abstracto sumpta/ipsi fm rationẽ diuinitatis competere videant/ideo si diceret/diuina essentia est nata de virgine vel concepta/posset quis intelligere talia ipsi fm rationem diuinitatis competere/quod est falsum. quare ꝛc. ¶Tertia conclusio est/q; ꝓpositio supradicta/ puta diuina essentia vel natura est de virgine concepta vel nata/bene intellecta non videtur neganda. ¶Hoc probat/ quoniam cõstat istam/deus est conceptus de virgine atq; natus/esse vt veram ꝛ catholicam concedendã.sed ratio cõcessionis istius aliquo mõ reperitur in illã / diuina natura est de virgine concepta ꝛ nata. ¶Probatio huius:qñ tõ ꝓcedit ꝛ est vera hec/Dei fili⁹ est cõcept⁹ ꝛ natus de virgine:q; ipse dei filius est vnitus hoi cõcepto ꝛ nato de virgine.sed ꝓstat q; etiã ipa diuina essentia/licet immediate hominem nõ assumpserit/tamẽ ipsi videlicet assumpto homini realiter est vnita: ergo ꝛc. ¶Si dicat q; nõ valet. ꝑmo q; dei fili⁹ vere dicit homo q̃ cõceptus ꝛ nat⁹ de virgine:diuina aũt essentia nõ dicitur esse homo/quare nec ꝓpter hoiem ipm debet dici ꝓceptavel nata de virgine. ¶Scõo/q; dei fili⁹ est hoi assumpto immediate ꝟunctus/nõ aũt diuina essentia.ꝛ tõ qñ dicitur in propositione minore predicte rationis q; dei filius de ꝓceptus ꝛ nat⁹ de virgine/quia hoi concepto ꝛ nato de ⅋gine est vnit⁹:verũ ẽ q; est vnit⁹ isto modo vel immediate/quo modo ipa diuina essentia assumpto hoi non vnit. quare ꝛc. ¶Ad ꝑmũ cõcedo q; ideo dei filius dicit cõceptus ꝛ natus de virgine/quia est ipse homo q̃ est cõceptus ꝛ natus de virgine.sed tñ ista ꝓpositio:dei filius ẽ homo natus de virgine/non est puma:sed puma in ista materia ꝛ explicans eius causam/est ista:dei filius est vnitus homini ꝓcepto ꝛ nato de virgine. vel ꝓuersa huius videlicet illa:hõ est vnit⁹ dei filio. Jõ em ipse dei fili⁹ est hõ verus/q; ipi personalit̃ est ꝟunct⁹:nõ econuerso ideo vnitus q; hõ:sed non tñ hõ assumpt⁹/dei filio sed etiã essentie est conunctus/ꝛ essentia ipsi.q̃ ꝛc. ¶Ad scõm / si illud assumptũ est verũ/videlicet q; dei fili⁹ nõ dicit conceptus ꝛ natus de virgine q; hoi absolute vnit⁹ / sed tñ q; ꝑmo ꝛ immediate vnitus/tũc negãda oino videt ꝓpositio supradicta:cũ hõ assumptus ꝑmo ꝛ immediate sit in persona nõ in essentia sustentatus. ¶Sed tñ hmõi assumptũ ꝓpositũ fortitã nõ est verũ.qõ ex hoc videt posse ꝓbari/qñ cõiter dicit/q; si diuina essentia ꝑmo ꝛ immediate hoiem assũpsisset sibiq; vniusset/ oẽs pone fuissent realiter humanate/ ꝛ p ꝓsequens casu posito/q̃libet vere diceret hõ ꝓcept⁹ ꝛ nat⁹ de virgine.ſꝫ ꝓstat q; si hõ esset a diuina essentia ꝑmo ꝛ imediate assumptus nulli ꝑsone hõ ipe ꝑmo ꝛ immediate:ſꝫ secũdario / ꝛ ipsa mediante essentia vnirẽt:ergo ꝛc. ¶Et si queras: quare ergo diuina essentia nõ dicit vere hõ? ¶Rñdeo q; hõ significat humanitatẽ/ꝛ põt supponere ꝛ supponit pro illo in q̃ ipa humanitas imediate ꝛ ꝑmo hypostatice sustentat. Et q; hmõi ipam ꝑmo sustẽtãs nõ ẽ essentia: ſꝫ ꝑsona:nõ homo ipe nõ de essentia sed de persona pro qua põt supponere/predicat. ¶Sꝫ ꝓtra/q; si diuina essentia hoiem ꝑmo assumpsisset/in nulla personarũ hõ assumptus imediate sustentat⁹ fuisset/sed tñ in ipa essentia assumente.sed tñ hoc nõ obstãte quelibet ꝑsonarũ hõ vera ꝛ ꝑter diceret:q̃ ꝛc. ¶Ad hoc fortitã aliq̃s diceret negando assumptũ. ꝑotuit em diuina essentia sic hoiem assumere/q; nulla ꝑsonarũ ſꝫ sola ipa humanata vel hõ realiter diceret:sicut etiã fm aliq̃s sic ipe deus de infinit⁹/ q; nulla ꝑsonarũ vt distincta ab essentia/infinita de nec finita. Si aũt dek q; tũc quelibet ꝑsonarũ esset hõ/tũc diceñ dũ est q; aliẽ assumpt⁹ hõ de essentia/ꝛ aliter de ꝑsona q̃libet diceret:tũc em homo ſuppenere posset pro quocunq; siue immediate siue mediate humanitatẽ quã signific at/sustẽtãte:ꝛ tõ diceret de diuia essentia/vt tãq; de immediate ꝛ ꝑmo/de persona aũt qualibet vt de mediate ꝛ secũdario humanitatẽ ipam assumptã realiẽ sustẽtãte. ¶Sꝫ tũc fm hoc videt q; etiã nũc hõ assumptus posset verificari ꝛ dici tam de ꝑsona q̃ de essentia/ licet ordine ꝓtrario ꝛ ꝓuerso/q; de persona vt de humanitatẽ ipsam ꝑmo:de essentia aũt vt de eam secundario sustentante. ¶Põt dici q; nõ sequit:q; nũc hõ nõ supponit nisi pro ꝑsona ipam humanitatẽ ꝑmutus sustẽtante.q; cũ nolit significẽt ad placitũ/nõ si per istã/diuina essentia est hõ/ intelligas illam/diuina essentia est mediãte ꝑsona sustẽtans hoiem/nõ videtur negãda. Nec hmõi tñ ꝓpositionibus nec predictis/diuina essentia est cõcepta de virgine siue nata/est vtendũ:q; nec scti eis vtunt:tum q; sunt impropue esto q; forte totaliter nõ sint falsa:tum q; possent maxime a simplicibus male intelligi vt supra dictũ est. ¶Sic ad questionem.

Ad primã rationẽ in principio:dicẽdũ

q; aliud est dicere diuinã essentiã natã de patre/ꝛ aliud natã de matre. Jsta em si ꝓcedit tãq; vera licet ipropria hoc ẽ rõne hũanitatis ipi ꝟũcte/cui ꝑmo ꝟuenit hmõi ꝑdicatũ/ꝛ tõ dicit de ipsa essentia p cõmunicationẽ idiomatũgeneras aũt/vel genitũ/vel natũ nõ in diuinis ad intra/nisi de supposito/vt habet videri in ꝑmo. ¶Quod forte est ꝓpter realẽ distinctionẽ ꝓducẽtis a producto ꝛ econuerso. Ipsa em essentia dicit improducta/ q; ſ ꝑsonis omnib⁹ tam productis q̃ producentibus est realiẽ ꝛ simpliciter indistincta. ¶Ad secam q̃ ẽ in ꝓtrariũ/ẽ dicẽdum q; diuinã essentiã esse incarnatã vel humanatam põt dupliciter itelligi. Uno mõ q; est hoi ꝛ carni ꝓpio ꝛ imediate vnita:ꝛ sic nõ est verũ/ſꝫ sola ꝑsona ⅋bi/ vt sic/dicit incarnata ꝛ humanata . Alio mõ q; hoi ꝛ carni realiter ꝛ absolute nõ ꝑmo sed secundario est ꝟũcta:ꝛ sic verum est:ꝛ hoc modo etiã (vt videt) cõcedi potest fortitã /ipam de virgine esse natam ꝛ conceptã /hoc est hoi nato ꝛ concepto realiter vnitam ꝛ cõiunctã. ¶Sed q; tam hoc q̃ alia multa dicta in tribus cõclusionib⁹ supradictis supponũt personã esse distinctã ab essentia in re extra/quod nõ est verũ:ideo aliter est dicendũ. ¶Ad cuius euidẽtiã est sciendũ/q; per diuinã essentiam nõ est intelligendum aliqđ distinctũ ab oibus ꝑsonis aliqualit̃ in re extra/sed tñ q; ipa essentia ẽ quelibet ꝑsonarũ indifferenẽ/nõ vna magis q̃ alia specialit̃.Et q; tñ vna persona est incarnata/ꝛ in virgine concepta ac de ea nata / ideo nõ ꝓceduntur illa de essentia ne videantur dici vniuersaliter de oi persona a qua est ipsa essentia indistincta totaliter in re

extra. Nec quia illa ꝓcedunt de vna persona ⁊ nō de essẽtia/sequit̄ q̄ sit inter personā illā aliqua diuersitas in re extra: sed tantū inter ꝓsonas ab ipa essentia indistinctas. Unde quod dictum est supius/videlicet q̄ homo assumptus est unitus persone immediate/essentie aūt mediate non est verūquoniam p hoc videtur innui aliqua diuersitas inter personā assumentem hominem ⁊ ipam essentiā in re extra/ cum nō sit aliqua. Illud autem est dictū/tali diuersitate suppositā in re extra iter illa/videlicet inf essentiā ⁊ personā: quā etiam multi concedūt. quod tamē facere nō possunt/vt in primo prolixius est ostēsum.

SEcūdo quęro de secūdo de quo magister inquirit in distinctiōe ista/videlicet Utrum Christus debeat dici ⁊ cōcedi bis genitus siue natus. ¶Et videtur q̄ sic. quia oīs natus duplici natiuitate est bis nat⁹: sed Christus est natus duplici natiuitate: quia est natus natiuitate eternali de patre ⁊ temporali de matre/que habēt esse diuerse natiuitatem quia vna eterna ⁊ altera temporalis: tum q̄ vna videlicet eterna de patre/semp est manens: ⁊ altera videlicet temporalis de matre est transiens. Christus ēm a patre semp natus est ⁊ nascitur seu gignitur/non aūt a matre. ergo ꝛc. ¶Contra/q̄ Christo de virgine nato seu generato non oportuit corrūpi nec corruptū fuit aliq̄d positiuū in virgine nec in Christo. sed postq̄ Christus fuit generatus de virgine siue natus nō mansit in eo/nec nūc manet in eo huiusmodi natiuitas seu passiua generatio temporalis/nec actiua generatio in virgine eius matre: ergo nec illa antea pfuerunt. ¶Consequētia apparet. quoniā quod nūc nō est ⁊ ante fuit/corruptū seu annihilatū est. sed nihil Christo nato oportuit annihilari i virgine nec in ipso. ergo ꝛc. ¶RESPONSIO: vbi sic procedam. Primo ēm ostendā q̄ natiuitas seu generatio passiua qua Christus de virgine dicitur nat⁹ seu generatus/ non est aliquid in Christo/nec fuit/distinctū ab ipso. Nec actiua generatio est aliquid in matre/nec fuit/distinctū ab ipa ⁊ Christo ei⁹ filio in re extra. Et quod dico (quātum ad hoc) de virgine ⁊ de ei⁹ filio Christo/intelligo cō similiter esse verum de omni matre alia ⁊ de patre respectu prolis ipsorum: videlicet q̄ matris nec patris actiua generatio est in patre aut in matre forma aliqua in re extra nec passiua in prole genita seu nata. ¶Secundo ostēdā q̄ hoc nō obstante Christus vere ⁊ realiter est bis natus seu generatus/quia videlicet de patre ⁊ de matre.

Quantum ad primum: Arguo primo sic. Si natiuitas vel passiua generatio est in prole forma aliqua in re extra ab ipsa distincta: ⁊ actiua generatio similiter in parente / aut est forma aliqua absoluta aut respectiua. sed nō potest poni absoluta nec respectiua ab eis distincta/ergo ꝛc. ¶Probatio minoris. Et primo q̄ non sit forma absoluta. Primo. quia oīs forma absoluta prior potest fieri sine posteriori a qua realiter est distincta: sed nec actiua generatio nec passiua seu natiuitas ipsa posset fieri sine generato termino siue nato/cum tamen quodlibet horū sit prius ipso: supposito q̄ sit aliquid in re extra. ergo ꝛc. ¶Secūdo/q̄ nulla forma absoluta accidentalis destruitur postq̄ est in esse posita nisi vel ab agente contrario/vel destructo eius subiecto: sed vtrūq; horum destruitur/si est aliquid in re extra videlicet tam actiua generatio q̄ passiua seu natiuitas ipsa/subiectis ipsorum manentibus nullisq; existētibus presentib⁹ cōtrarijs agētibus. habito enim vero generato/cessat secūdum omnes taz actiua generatio q̄ passiua ⁊ natiuitas ipsa: saltem quando (sicut est in proposito) generatum a generante dependet tantū i fieri nō in esse. ergo ꝛc. ¶Tertio. quia ad formam substantialem generatiōis terminū in materiam presuppositam inducendū nulla accidentalis forma prima est necessaria nisi illa per quā materia ipsa disponitur ad formam ipsam substantialem in eam naturaliter inducendam. sed talis non potest esse actiua generatio nec passiua/quia forma accidētalis ad formā substātialē disponens est cōpossibilis cū ipa: ⁊ stat cū ea vel illa vel alia eiusdē rationis cū ipsa. sed nec actiua generatio aliq̄ nec passiua vel natiuitas ipa stat cū ple aliqua generata/nec cū aliquo alio genito. ergo ꝛc. ¶Nec valet si dicatur q̄ illa requiruntur non p modum dispositionum/ sed p modum priorum effectuū/sine quibus non potest fieri vltimo generatū. quoniā agens naturale cōtinens virtualiter plures effect⁹ realiter distinctos/potest agere seu in esse ponere priorem sine posteriori ab ipo realiter distincto/ deo ipm ad priorē ⁊ nō ad posteriorem agere permittente: sed impossibile oīno videt/ actuā generatiōnē vel passiuā seu natiuitatē fieri sine genito aut nato. q̄ ꝛc. ¶Secō ꝓbo q̄ nullū predictorū posset poni forma aliqua respectiua distincta realiter ab extremis. Qm̄ si actiua generatio patris vel matris est forma aliqua respectiua/aut terminat ad materiā ꝓlis presuppositam/ aut ad formā substātialem in materiam introductam: aut ad vtrūq;: aut ad prolem genitā. sed non pōt poni aliqđ predictorū. q̄ ꝛc. ¶Probo minorē: ⁊ prio q̄ nō ad materiā ꝓsuppositā. qm̄ posito totali fundamēto ⁊ termino ponit relatio omni alio circūscripto. sz nec actiua generatio nec passiua pōt poni sine genito. ergo ꝛc. ¶Ex eodē arguo q̄ eius totalis terminus nō sit forma: q̄ tūc generatio posset terminari ad formā sine materia ꝓsuppositā/qđ est falsum. ¶Nec pōt tertio terminari ad vtrūq; simul. q̄ sm eos vnus respectus vnicum terminū habet tm̄. ¶Nec ad ꝓle totā/q̄ ipa habita cessat actiua generatio ⁊ passiua: respectus aūt nō destruit sed magis in esse ponit/posito termio. q̄ ꝛc. ¶Preterea ad principale secūdo arguo sic. Si actiua generatio est i generante forma aliqua in re extra/⁊ passiua in genitore aut sequitur ipm genitū/aut precedit/aut est simul. sz nō potest poni primum/videlicet q̄ sequatur genitum. oīno ēm est irrationabile/ponere productionē sequi ꝓductū quod cū aliquo posito destruitur/ ipm nō sequit̄: sed generatio dicitur destrui posito genito: ergo ipm nō sequit̄ ¶Nec pōt secundo precedere. Primo/q̄ tunc posset sine genito poni tam actiua generatio q̄ passiua: cū prius possit separari a posteriori a quo realiter est distinctū. Secundo/quia quero/ex quo precedit genitum vbi recipitur subiectiue: cū habeat poni accidens si aliquid est. nō pōt aūt dici q̄ in materia presuppositā/q̄ illa vt cōtent dicit est primū ⁊ immediatū forme substantialis non aliquis accidētalis subiectum. ergo ꝛc. ¶Preterea q̄ primū qđ omne generans genitū consequēter nō tm̄ antecedenter attingens inducit in materiā vltimate dispositam/est substantialis non accidētalis forma. sed tā generatio actiua q̄ passiua est accidēs/supposito q̄ sit aliquid distinctū a generante ⁊ genito in re extra. ergo ꝛc. ¶Nec pōt dici tertio q̄ hmōi forme introducant simul cū genito/qm̄ sm oēs corrūpunt seu esse desinūt ipso posito. sed quod aliquo posito esse desinit/simul cum ipo esse non incipit. q̄ ꝛc. ¶Preterea tertio ad idez sic arguo magis specialiter ad propositū de parentibus ⁊ de ꝓle. Si actiua generatio in parente/⁊ passiua in ꝓle seu natiuitas est forma aliqua per se vna: quero a quo causabitur effective? Non potest dici q̄ natiuitas ista seu generatio passiua causetur a prole: quoniam proles nullam in se causat formam substantialem/nec accidētalē maxime ipsam nature ordine precedētem/cuiusmodi forma ponitur tā actiua generatio q̄ passiua seu natiuitas ipa

Non esti est verisimile q̄ natiuitas seu generatio sequat̄ plē genitā.q̄re ꝛc. ¶Hec pōt dici q causet̄ a generāte/ qz generans non causat nisi genitū/vel ꝓsequēter si pōt vel aliquo modo dispositiue ꝛ antecedēter/si formam generati vel nati nō cōtinet virtualiter. ſz hmōi natiuitas siue generatio passiua nō potest esse forma aliqua dispōnēs ad prolē generandā.Cōstat esti q nō dispont ad animā/qz ad aiam inducendā nō requirit nisi debita corporis organizatio cū alia semper manens . nec ad formam corporis.quia subiectum huiusmodi forme est ipsa materia/que nullius accidentalis forme sed substantialis dicitur cōmuniter esse immediatū ꝛ primū subiectū . ℈ ꝛc. ¶Consimiliter arguam de generatione actiua.quia si ē forma aliqua in parente vel in quocunq; alio generante quero a quo causatur:nō a generāte:qz generans ad producendum genitū non habet necessario producere aliqd in seipso.Nec a genito.non esti est verisimile q genitum causet aliquid in generāte.ergo ꝛc. ¶Si forte dicas/q illa/videlicet actiua generatio ꝛ passiua/non sunt ab aliquo effectiue : sed sunt medium p quod genitus ad quod talia terminātur/progreditur ab agente: ¶Contra hoc potest argui Primo/quia omne nouiter in esse positum realiter est productum.Secundo/quia sicut non minus est in aliquo subiectiue quod est in ipso immediate/q̄ qō est in ipso alio mediante:ita non minus ab aliquo est effectiue quod ab ipso ponitur immediate in esse/ q̄ quod ab eo ponitur alio mediante.sed si actiua generatio seu passiua est aliquid in re distinctus a genito/ est immediate a generante/ꝛ genitum mediāte ipso.ergo ꝛc. ¶Deterea quarto ꝛ vltimo ad idem sic arguo.Nō min⁹ Christus potest dici de virgine natus seu generatus realiter absq; natiuitate distincta realiter ab ipo ꝛ a xp̄gine eius matre/q̄ dicatur filius eius sine filiatione ab vtroq; distincta.sed Christus vere ꝛ perfecte est virginis filius:ꝛ econuerso virgo mater eius/absq; filiatione ꝛ maternitate distictis realiter ab extremis.ergo ꝛc. ¶Minor fuit probata superius in secunda questione distinctionis quarte. ¶Et pōt iterū cōfirmari.qñ nec beata virgo fuit nec esse potuit Christi mater ipo mortuo.sed si ipsa diceretur Christi mater maternitate tanq̄ quodā accidente in ipa/ꝛ Christus eius filius filiatione vt quodā alio accidente in ipso formaliter existente : ꝛ ipsa potuit esse mater eo mortuo/ꝛ ea mortua econuerso Christus eius filius.Probo/quia Christus potuit mori quocūq; accidente in quocūq; alio subiecto ab ipso realiē differēte p diuinā potentiā remanēte.sed maternitas (vt dicis)ē accidens in virgine existēs ab ipsa ꝛ a Christo realiter differens.ergo ꝛc. ¶Idem potest argui de filiatione/videlicet q potuit mōre mortua remanere:quare ꝛc. ¶Et hec de primo.

Quantum ad secundum:vbi est videndum quō Christus potuit dici ꝛ concedi dis genitus siue natus:premitto ad ei⁹ euidētiā duo. ¶Primum est q per natiuitatem siue generationem passiuam vel actiuam/non intelligo in re extra aliquid per se vnum sed si mul plura.quodlibet enim horum est nomen significans vnū ꝛ connotās alterū.vt actiua generatio significat generantē/ꝛ connotat genitū/ꝛ generatio passiua vel natiuitas ipsa significat genitum siue natum primo:ꝛ connotat generantem secundario. Vnde dicere prolem esse genitam vel natam/non est aliud q̄ dicere ipsam prolez insimul ꝛ parentē vt ab ipso prolē huiusmodi primo realiter ꝓcedentē. Hec econuerso dicere parentem generantē est aliud q̄ dicere ipsum parentē primo ꝛ scdo prolem non absolute/sed vt ab ipo emanantē:sicut nec dicere deum creare/est aliud q̄ dicere deū primo / ꝛ creaturam vt ab ipso in esse positam secundo.ꝛ econuerso rem creari ē dicere ipam rē primo: ꝛ cōnotare deum/vt a quo ipsa in esse posita est/scdo. Nec esti passiua creatio a creatura/ nec actiua a creante distinguit in re extra. ¶Scdm premittendum/quod sequitur ex predicto/est q Christ⁹ veraciter ꝛ realiter sm naturā humanā fuit ꝓcept⁹ de virgine atq; natus. Hoc apparet.Constat esti hoiem verbo vnitū in virgine formatū fuisse: ꝛ de ipa postea exiuisse. sed hoiem de muliere ꝓceptū ꝛ natū fuisse nō est aliud q̄ ipsum in ea formatum de ea postea exiuisse.℈ ꝛc. ¶Et si queras/quomodo Christum virgo concepit ꝛ genuit si ad nullam eius substantialem formam egit? Respōdeaz q̄ plē ꝓcepit/qz formatā realiter suscepit/ꝛ ad ipam formandā corporaliter materiā ministrauit . Et hoc modo non alio ois alia mulier dicit prolem concipere ꝛ postea parere. Nec esti proles aliqua est a matre nec etiā a patre vt ab attingentibus effectiue aliquā eius substantialem formā/vt in prima questione dist.quarte est ostēsum sed est ab eis vt ab administrantibus materiam: ꝛ a matre vt a concipiente/hoc est formatā suscipiēte in vtero ꝓfouente susceptā ꝛ postmodū pariente ipam. ſz his modis omnibus Christus vt hō verus fuit cōceptus ꝛ genitus de virgine gloriosa.ergo ꝛc.

His præmissis: pro solutione quæstionis pono quatuor cōclusiones. ¶Prima est: q Christ⁹ vt deus est a patre semel natus ꝛ semp nascit natiuitate passiua eterna/ab ipo nato filio indistincta. ¶Hec quātum ad primam partem videlicz q Christus vt deus sit a patre semel natus/est euidēs per fidem. qñ constat catholico deū filiū esse a patre generatum ꝛ natū: sed Christus nō supponit pro alio supposito q̄ pro dei filio : ℈ ꝛc. ¶Secūda pars/vez q huiusmodi natiuitas sit eterna/ ꝛ ab ipso nato supposito indistincta/ est in primo ꝓpter ꝓbata. Ex quo sequitur q dei filius semper nascit/cuz natiuitas eius sit eterna/ꝛ omne eternum sit semp stans quare ꝛc. ¶Secunda cōclusio est/ q Christus vt homo fuit de virgine semel natus natiuitate ab ipso ꝛ a virgine realiter ꝛ in re extra totaliter indistincta. ¶Hec patet ex precedentibus. Prima enim eius pars : videlicet q fuerit de virgine semel natus apparet ex duobus immediate premissis. Secunda videlicet q natiuitas eius non sit distinctum aliquid ab extremis/in primo articulo est ꝓbata. ¶Sed cōtra. Primo.quia Christus natiuitate realiē est natus:ergo natiuitas ipa est aliquid in re extra. ¶Secundo/quia si natiuitas illa Christi non differt ab extremis/videlicet a Christo ꝛ a virgine ei⁹ matre/ergo eis existentibus semp manet:ꝛ per consequens Christus semper de virgine gignitur ꝛ nascitur / quod ē falsum. ¶Ad primum/concedo Christum realiter de virgine generatum seu natum/ non tamē natiuitate tanq̄ forma aliqua distincta(vt accipis)realiter ab extremis si autem per natiuitatem intelligas precise extrema/cō cedam Christum natiuitate natum/hoc est scipso de virgine exiuisse . sicut res dicitur realiter creari creatione passiua/ꝛ deus creare creatione actiua:non tanq̄ aliquo a se distincto/sed quia creat scipso: de quo vt ipsi correspondet aliquid per ipsum in esse immediate positū/dicitur creatio actio:sicut ꝛ econuerso creatio passio significat primo creaturam/deum vt a quo ipsa immediate in esse ponitur/secundario connotādo. ¶Ad secundū dicēdum:q sicut res creata non dicitur creari nisi quando ꝓmo in esse ponit/nec deus creare nisi qñ rē primo ponit in esse/cum tñ nec actiua creatio nec passiua differat ab extremis:ita nec aliqua mulier dicitur parere nisi quando prolem a se amittit:nec proles nasci/nisi quando primo nouiter in esse ponitur ꝛ a matre emittitur. Et ratio

huius est. qñ licet illa nola/creatio/generatio/vel natiuitas vocãt precise extrema/nõ tñ ipa significãt absolute/sed sicut creare significat deũ cõnotando creatũ non absolute sed vt primo in esse positum/ et creari econuerso similiter nasci significat prolem connotando parentem non absolute sed vt actualiter parentẽ. quare ꝛc. ¶ Ex predictis sequitur corollarie: q nec Christus vt homo nec Christus vt deus bis dicãt sed tantũmodo semel natus. ¶ Tertia cõclusio est/q tam dei filius q̃ hõ ab ipo assumptus potest dici veraciter licet differenter bis natus. ¶ Hec apparet: qñ dei filius natus seu genitus de patre/natiuitate seu generatione eterna sibi intrinseca propter increatã diuinitatẽ: dicãt esse/ et est/natus tẽporali natiuitate de matre propter assumptã humanitatẽ cuius est primo illa natiuitas diuino suppposito extrinseca temporalis. ¶ Et sicut dei filius a patre natus dicãt a matre natus/quia est homo assumptus: et ideo hois assumpti natiuitas dicitur de ipso scõdo propter cõicationem idiomatũ: ita econuerso homo ab ipso assumptꝰ primo de virgine natus: quia deus/ideo etiam dicitur scõdo per cõicationẽ idiomatũ de patre genitus siue natus Sicut enim illa est vera/dei filius est natus de virgine/ita et illa: homo assumptus est natus de patre. Sicut ẽ prima est vera quia dei filius est homo natus de matre/ita et secunda: ꝛz homo est natus de patre: quia ipse homo est dei filius q̃ est natus de patre. quare ꝛc. ¶ Quarta et vltima conclusio q̃ sequitur ex tertia supradicta / p quã directe soluit questio/ est/ q Christus est bis natus nõ tñ sm eandẽ naturã. ¶ Hec apparet: qñ aut Christꝰ supponit pro verbo/aut pro homine assumpto. ſz siue supponat pro verbo siue pro homine assumpto/põt predi q est natus tã de pfẽ q̃ de mfem p qlis bis: vt dicit tertia conclusio supradicta: ãre ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationẽ in principio patet ex dictis q Christus nõ dicãt natꝰ de virgine natiuitate tã q̃ forma aliqua p se vna distincta ab ipo et a virgine ei⁹ matre: ſz qui fuit immediate ab ipa nullo mediãte qõ ipo Christo nato fuerit interruptus quo tñ nõ obstãte/vere et ꝓpue bis dicãt esse natꝰ. Sicut licet passiua creatio non differat a creato/nec actiua a creante/ tamẽ si quod nũc est annihilaretur et postea iterũ crearet/bis creatũ veraciꝫ diceret/ſz creatio tã q̃ forma aliq̃ a creãte et creato distincta nõ generaret. et ita in ꝓposito/quãtũcunq; Christi natiuitas de virgine/nõ sit forma aliq̃ p se vna ab extremis distincta/vt dictũ ẽ / vere tñ Christꝰ bis natꝰ dicãt/qr semel de pfe natiuitate eterna et ab ipso sm aliquos aliquo modo distincta/ et iteruz de matre humanitate assumpta.



Circa distinctionẽ nonã: in q̃ mgr̃ indrit do actꝰ reuerentie sit Christo hoi/ siue humanitati vnite dei filio/exhibẽdus: Quero Primo vtrũ cultꝰ latrie sit deo a quolibet necessario exhibẽdus. ¶ Et videt q nõ: qr nullus tenet ad actũ aliquẽ exercendũ seu cultũ nõ expressũ in aliq̃ ꝓceptoꝝ dei. ſz cultꝰ latrie nõ videtur ꝓtineri in aliq̃ ꝓceptoꝝ dei. q̃ ꝛc. ¶ Sz ꝓtra hoc arguit p illud Luce. iiij. Dñm deũ tuum adorabis et illi soli seruies. ſz adoratio ẽ cultꝰ latrie. q̃ ꝛc. ¶ Respõdeo. i qua prima videndũ est qd ẽ latrie cultꝰ. Secõ an sit deo debitus et quare. Tertio quo precepto ad actum siue cultum huiusmodi obligemur.

Quãtum ad primum: dicitur cõiter &

bñ/q tã latria q̃ dulia/q̃ etiã hyperdulia est quedã reuerẽtia alia tñ et alia in ordine ad obiectũ. Possumꝰ etiã et debemꝰ reuereri deũ/et etiã aliqũ eius creatũ. Reuerẽtia deo debite exhibita vocat latria: q nõ est aliud q̃ bonitatẽ dei extollere tã q̃ sũmã/ et tã q̃ illã a q ipe magnificat et extollẽs habet totã suã bonitatẽ. Dulia aũt est reuerentia debita creature/vt q exhibet sãctis et dñus tpalibus quibuscunq; : Hyperdulia aũt ẽ summa dulia: q ẽ debita p excellentissime vel dignissime creature. ¶ Latria de q̃ nũc est sermo: põt accipi trib⁹ modis. Põt etiã accipi vno mõ p actib⁹ interioub⁹ supradictis/quib⁹ vez interiꝰ deũ magnificamꝰ et extollimꝰ/ipm vt summe bonũ et dñm optimũ/a q̃ sunt bona oia/agnoscẽtes et diligentes. Secõ p actib⁹ exterioub⁹: cuiusmodi sunt genuflexiones/sacrificia et similia/q̃ sunt signa interioꝝ actuũ pdictoꝝ/quibus actib⁹ exterioub⁹ ꝓtestamur exteri⁹/sũmã dñationẽ eẽ in illo cui talia exhibemꝰ/et ẽ exhibẽte subiectionem: et tã ab ipo sũmã ei reuerẽtiã exhibẽdã. Tertio mõ põt sumi p habitu ex pdictis actib⁹ siue interioub⁹ siue exterioribꝰ generato. Sic̃ etiã ex oi actu idebito frequẽter elicito põt generari/imo generat̃ i elicitẽte habituabili habitus vitiosus/ita et ex laudabili virtuosus. ſz actꝰ exhibẽdi reuerẽtiã siue interioꝝ siue exterioꝝ/ẽ actꝰ laudabil: dũ tã trãseat sup obiectũ debitũ/vt sup deũ: q̃ ꝛc. Sic q̃ patet/ q latria põt sumi vel p actu interioꝝ: vel p exterioꝝ: vel tertio p habitu ex talibus gñato. et ita alia ẽ latria q̃ est actus/et alia q̃ ẽ hꝫtꝰ. ¶ Et si querat q̃lis virtꝰ ẽ? Respõdeã q sub iustitia ꝓtinet. Dis etiã hꝫtꝰ q̃ inclinat ad reddendũ debitũ alicui/iustitia põt dici. ſz hoc facit latria/q̃ est virtꝰ. inclinat etiã ad reddẽdũ et exhibẽdũ honorẽ supra debitũ. ¶ Ex q̃ scõdo infert/q nõ ẽ virtꝰ theologica ſz moralis. Qõ ꝓbat: qñ virtꝰ theologica habet p immediato obiecto bonũ increatũ ꝛz ipm deũ: hec aũt non respicit tale obiectũ/ſz aliqõ creatũ/puta honorẽ pdictus deo vt supmo dño deferẽdũ. ¶ Sed cõtra ista põt argui Et primo q latria non sit iustitia ꝓpue. qñ cuiꝰ actus ẽ deũ credere seu intelligere nõ est iustitia/ ſz potiꝰ videt ee virtꝰ fides vel charitas. ſz actꝰ latrie interioꝝ est/vt videtur/intelligere vel diligere deum vt summe bonũ et dñm optimũ. ergo ꝛc. ¶ Nec videt valere rõ qua ꝓbatur contrariũ/ vez q sit iustitia/quia inclinat ad reddendũ debitum: qz ita etiã fides et charitas et spes inclinant ad reddendum deo debitum et proximo. Debitꝰ etiã est deo actꝰ diligẽdi propter se q; per se bonoꝝ et proximo ꝓpter deũ. Debemus etiaz credere in ipm et sperare: nec tñ propter hoc aliq̃ illarũ ẋtutũ iustitia appellat̃ q̃ ꝛc. ¶ Secundo ꝓtra secundũ quo dicitur q non est virtus theologica/ videt esse illud quod dictũ est/vez q eius actus interioꝝ est deũ diligere et vt summum dñm estimare et tenere seu credere. Et hoc est qõ magister I ſa innuit/ vbi dicit q cultus latrie deo debitus cõsistit in dilectione et sacrificij exhibitione atq; reuerentia/ qui latine dicitur pietas: grece autẽ theosebia. i. dei cultus/vel Eusebia. i. bonus cultus. Per dilectionẽ etiñ videt expumere ei⁹ actũ interioꝝ: per sacrificij exhibitionẽ actũ exterioꝝ: pietatẽ vero habitũ ad actus hmõi inclinantẽ. ¶ Nec valet ratio que in contrariũ adducit/qñ arguit q obiectũ hmõi virtutis nõ est obiectũ theologicum videlicet bonũ increatum sed creatũ/puta honor huiusmodi exhibẽdus. qñ honor hmõi exhibendus non est eius obiectũ ſz actus: sicut nec amor est charitatis obiectũ/nec credere fidei: sed actus. Obiectum aũt charitatis et fidei est obiectũ talium actuũ/videlicet ipe deꝰ. Idẽ etiñ est obiectum actus et habitus. Et ita in proposito diceret/qr deus ipe est obiectũ istius honoris exhibiti/q̃ est actus latrie elicitus/q per qlis est etiã obiectũ latrie q̃ est virtꝰ. ¶ Et ita sm hoc tunc videret dicendũ q latria nõ esset aliqua specialis virtus distincta a fide et a charitate. ¶ Si tñ teneat prima opinio/videlicet q est iustitia: põt dici q eius actus nõ est deũ diligere nec etiã intelligere/ſz ipm

intellectū ⁊ dilectū in alio interi⁹/vel in signo aliq̄ exteri⁹ extollere. ꝑ̄ōt em̄ ds aliū diligere nō tñ reuereri nec extollere. Ex q̄ videt q̄ alius actus sit reuereri seu extollere/⁊ aliq̄ diligere ⁊ credere. ⁊c. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum: præmitto duo

Primum est: q̄ reuerentia exhibet aliq̄n propter illius cui exhibetur gradum bonitatis. Aliq̄n propter statum dignitatis. Et hoc est ꝓpter quod est honorand⁹ omnis ds ꝑlat⁹ ⁊ prelat⁹ quilibet licet mal⁹. Et aliq̄n tertio propter debitū obligatiōis quo quis alteri obligatur ꝓpter bñficium quod ab ipso recepit vel recepit. ¶Scōm quod premitto est/ q̄ inter tria p̄dicta ꝓpter que consuetum est aliquis honorari/primū est precipuū: post quod sequitur scōm: tertium autē est infimū. Hoc apparet. Magis em̄ reuerentia scōm rectum iudiciū rōnis debetur alicui propt̄ bonitatē suam ⁊ sanctitatē. q̄ ꝓpter aliquā dignitatē. ¶Et si ꝯ hoc arguat: q̄: tūc magis scōm hec esset honorādus quilibz homo simplex bon⁹ q̄ ꝑlatus mal⁹. ¶Respōdeā q̄ verū est secūdum se vt sic vez: nō tñ in ordine ad officium vtriusq̄. Vt sic em̄ ⁊ in ordine ad deum magis est honorādus hoc est extollend⁹ rusticus bon⁹ q̄ ꝑlat⁹ malus. In ordine aūt ad officium dei cuius vicez gerit ꝑlat⁹ licet malus/magis est saltē in exterioribus honorādus. Nō em̄ ꝓpter dignitatis ei⁹ gradum quantūcunq̄ magnū ⁊ sanctum/ teneor ipsum/ si maluz eum video/interius honorare/ipm̄ secundū se extollēdo sed vt vicarium dei tñ. ¶Tertium aūt videlicet bñficiū ab alio habitum/hec est infimū motiuū ad aliquem reuerendū. Immo nec ex hoc precise scōm rectuz rationis dictamen videtur aliquis reuerendus. Licet enim beneficienti mihi sim obligatus/non tamen ad istuz actū ipsi impendēdū saltē tantū ꝓpt̄ū ꝓpt̄ vtrūq̄ reliquoz duoz.

His premissis pro solutiōe quæstionis

peto ātuor conclusiones. ¶Prima est q̄ latrie cultus p actu interiori predicto i p̄cedēti articulo sumpt⁹/est deo debit⁹/⁊ a qualibet creatura rationali ipsi necessario exhibēd⁹. ¶Hec quantū ad primā partē vez q̄ hmōi act⁹ sit deo debitus/potest probari facilē ex predictis. quoniam actus summe reuerētie/qualis est ille act⁹ latrie/illi precise debetur i quo perfecta bonitas ⁊ suprema dignitas reperitur/a quo etiā omne bonū ⁊ cōmodū habetur. Hoc apparet. q̄n si simpliciā ⁊ simpliciē: ⁊ magis ⁊ magis: ⁊ maxime ⁊ maxīe. ſz vt in p̄cedētib⁹ dictū ē p̄dicta tria vt simpliciā sūpta sunt ꝓpt̄ q̄ est alicui reuerētia exhibēda: q̄ vbi illa reperiunt in sup̄mo gradu ei summa reuerētia est debita. ſz solus de⁹ ē optim⁹/pfecte bon⁹. Nemo em̄ bon⁹ nisi solus de⁹. Matthei. x. Ipse etiā solus est dignissimus ⁊ sup̄mus ds. Est em̄ rex regū ⁊ ds dominantiū/vt dicit Apocal. xix. Ipse etiā est a q̄ oē bonū. Et em̄ dicit Jacob. i. Oē datū optimū/⁊ oē donū pfectū desursum est descēdēs a pfe luminum. q̄ ⁊c. ¶Scōa pars ꝯclusionis p̄dicte/vez q̄ ille actus sit deo a q̄libet creatura rationali necessario impēdendus: apparet. Nō em̄ pōt ipse impēdi seu exhiberi ab aliq̄ alia creatura: cū cuilibet alteri sit impossibilis. nullus aūt est ad impossibile obligat⁹. Ex quo sequit: q̄ nec etiā ad actum hmōi obligatur aliqs hō carēs vsu debite rōnis. Qis aūt alius ad hoc est obligatus/cū qis seruus ad recognoscendū ⁊ reuerendū dñm suū ⁊ maxime talē ⁊ tātū aliq̄n obligek. ſz quilibet tenek soluere alteri quod ipsi debet: ergo actus latrie interior est a creatura rationali deo necessario exhibēdus. ¶Scōa ꝯclusio est: q̄ etiā actus latrie aliqs exterior supradictus interioris significatiuus ⁊ expressiuus est deo aliquādo exhibendus. ¶Hec apparet. quoniā sicut non sufficit corde credere/sed oportet etiā confessionē ⁊ fidē verbo aliq̄n exp̄mere: sic ꝛc. Ipso ad Romanos. x. Corde credit ad iusticiā/ore aut̄ ꝓfessio fit ad salutem. Ita etiā non sufficit deuz reuereri seu extollere mente interius: sed etiā oportet cū magnificare ⁊ laudare ac reuereri voce vel aliquo alio signo exterius. Qđ intelligendū est de illo cui est possibile tale signū exterius exhibere. Multi em̄ possent deū reuereri ⁊ extollere mēte interius/nō valētes cū p signū exteriora hmōi corporalia reuereri. ¶Tertia ꝯclusio est/ q̄ vterq̄ horū actuū latrie esset deo debitus ⁊ ipi a nobis sibiter exhibēdus/ esto q̄ impossibile q̄ nihil boni haberem⁹ ab ipo. ¶Hec pōt ꝓbari. q̄n ꝓpter eandē cām de⁹ est summe reuerendus ⁊ summe diligēdus: q̄ manēte cā diligibilitatis ei⁹ ipse est etiā reuerēdus. ſz deitas ipsa seu summa bonitas intrinseca/nō aliq̄ extrinseca nobis exhibita seu ipēsa/est causa diligibilitatis eius. Probo/ q̄: nullus est diligibil⁹ in infinitū ꝓpter aliqđ bonū finitū: sed tñ ꝓpter infinitū sed omne bonū nobis a deo exhibitū est finitū: ipse aūt est diligēdus in infinitū. q̄ ⁊c. ¶Confirmat: q̄: si ꝓpt̄ bonitatē cōcreatā creature deus esset adoratione latrie adorādus ⁊ diligēd⁹/ergo ⁊ ipa bonitas creature esset adoratione hmōi adorāda. Propter em̄ qđ vnūquodq̄ tale ⁊ illud magis. ſz hoc ē falsū: q̄ ⁊c. ¶Ex hoc pōt argui ad ꝓpositū. q̄: manēte rōne sufficientis adorationis seu reuerētie alicui exhibēde ipm̄ est adorādum ⁊ reuerēdū quocunq̄ alio circūscripto. sed bonitas dei intrinseca cū sufficiens rō ārē ipe est adorādus ⁊ amandus. q̄ ⁊c. ¶Nec huic obuiat qđ supradictū est in ꝓbatiōe pme ꝯclusionis: vez deū esse adorādū: q̄ ab ipo est omne bonū. Hoc em̄ nō est intelligēdū tā q̄ ꝓpter illud qđ sit p se rō adorationis: ſz tā q̄ ꝓpter illud qđ est ad adorandū ⁊ diligendū allectiuū: maxime qñ ē in illo vbi est rō sufficiēs adorationis ⁊ sup̄me dilectionis. q̄ rō p̄dca ē bonitas infinita. ¶Ex hoc sequit corollarie q̄ si essent duo dij q̄ duos creassent mūdos vnus vn⁹ ⁊ alterū alter/nō min⁹ creature rationales vn⁹ mūdi seu vniuersi tenerentur adorare ⁊ amare deū a q̄ tñ nihil haberēt/q̄ alterū a q̄ existerēt effectiue. ¶Hoc apparet. qñ licet i vno esset aliquid alle ctiuū ad cū diligendū ⁊ reuerēdū/puta bñficiū receptū/ qđ nō ess in altero/tñ in vtroq̄ existeret summe diligibilitatis ⁊ reuerētie exhibēde rō p̄dca: q̄ est bonitas intrinseca infinita. quare ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio ē/ q̄ nullus tenek ad latriā q̄ est virt⁹. ¶Hec apparet. qñ licet rōne vtētibus multi actus sint necessarij ad salutem nullus tñ virtuosus habet⁹ ē necessari⁹: sola charitate ficte ⁊ spe/ifusis virtutib⁹ nō acquisitis/exceptis. Quod pōt ꝓbari. qñ illud nō est alicui necessariū ad salutē/ cuius oppositū habēs ⁊ q̄ ꝯsequēs illo carēs pōt esse vita eterna dign⁹. ſz ois in charitate existēs ē vita eterna dignus licz oēm aliū habitū virtuosuz habens: q̄ latria q̄ est virtus/suppositio q̄ a fide ⁊ spe ⁊ a charitate sit distincta nō est alicui necessaria ad salutē. ¶Hec de secundo.

pōt recipere quantā agens cui illa est possibilis effectiue/pōt efficere.quia si non:sed determinaret sibi ipam se cundū aliquē certum gradū/sequeretur q̄ forma illa accidentalis in aliquo gradu esset possibilis:in quo non esset in subiecto receptibilis/quod est falsum.sed alia Christi ꝛ quelibet alia creatura gratificabilis respicit gratiā vt formam non sibi disconuenientem/sicut aqua respicit calorem/ꝛ ideo non potest cū recipere secundū quotcūq; sed secundum aliquod tm̄ gradus:ꝛ respicit eā mere passiue vt sibi a deo possibilem supnaturaliter effectiue. ergo ꝛc. ¶Nec valet si dicaꝫ q̄ anima Christi est inferior natura angelica:ꝛ ideo nō est perfectibilis seu gratificabilis tanta gratia quanta illa. quoniam sicut in corporalibus perfectibilib⁹ formis materialibus cuiusdē ratiōis imperfectius nō est perfectibile seu informabile forma remissior:seu imperfectior q̄ perfectius/tāte enim albedinis ꝛ eque intense est receptiua substantia vealbabilis infima quante suprema: ita et in spiritualibus seu immaterialibus respectu perfectionum accidentalium immaterialium eis possibilium est dicendum. quare ꝛc. ¶Et ex hoc potest propositum sic iterū confirmari:quoniam sicut summa forma accidentalis possibilis materialis/vt albedo/se habet ad infimum subiectum naturaliter vealbabilem:ita etiam summa forma accidētalis immaterialis/puta gratia/ad infimū gratificabile.sed quelibet forma accidentalis corporalis quantacunq; possibilis/est eque receptibilis in subiecto cuius receptiue cōtrarium non habente infimo et imperfecto/vt in supmo. Nec enim intēsior albedo est receptibilis in homine q̄ in equo vel in mure.ergo nec perfectior gratia in gratificabili supremo q̄ in infimo.ergo omnis gratia possibilis est in quacunq; natura intellectuali gratificabili receptibilis.sed gratia suprema negatiue est possibilis. ergo ipsa fuit anime Christi communicabilis. Confirmatur. quia gratia que non potest communicari anime Christi nec alicui alteri nature intellectuali.sed oīs gratia possibilis est alicui intellectuali nature cōmunicabilis:nisi ponas accidens esse possibile cui repugnat in subiecto existere.ergo ꝛc. ¶Sed contra conclusionem istam potest argui.quoniam si gratia infinita nō est possibilis sed finita/cum omnis intensibilis forma finita possit intensiue perfici seu perfectior fieri:sicut ꝛ omne quantum finitum crescere seu extenduper consequens sicut est impossibile dare aliquod quantum finitum quo non possit fieri maius: ita ꝛ formam intensibilem finitam qua nō possit fieri perfectior intensiue. sed nulla talis forma potest existere summa negatiue.ergo ꝛc. ¶Et quādo arguitur/ q̄ si gratia nō potest fieri infinita / ergo determinat sibi certum numerum graduum. hec consequentia negatur. Nullum enim quātum potest esse actu diuisum in infinita:sed tm̄ in finita/cum tamen non determinet sibi certū numerum partium in quas diuisum vlterius non possit diuidi.Et ita in proposito posset dici.propter quod conclusio supradicta non videtur esse vera: nisi facta hypothesi / videlicet q̄ sit possibilis gratia infinita. Nullo enim modo aliud intensibile finitum videtur posse fieri summum intensiue magis q̄ quātum finitum summum extensiue.quare ꝛc. ¶Secunda conclusio est/q̄ summa gratia secundo modo/videlicet positiue seu affirmatiue non est alicui communicabilis.Hāc probo.quoniam impossibile nulli est communicabile:sed summa gratia isto modo/est impossibilis. Probo.quoniam summū hoc modo sumptum est quod excedit omne eiusdem ratiōis possibile:nec aliqd potest esse ipsi equale.sed quacunq; gratia data / potest alia fieri ipsi equalis: ita q̄ gratia que nō potest habere equalem/vel albedo/ꝛ sic de omni alia forma/est impossibilis.ergo ꝛc. Probo minorem.quoniā aut gratia que summa ponitur est finita aut infinita.si finita/cuicunq; induiduo finito potest fieri aliud equale/ et etiā forte maius. si infinita/qua ratiōe deus potest vni dare gratiam vel glouam infinitam/eadem ꝛ alteri.nulli enim potest dari tāta gratia cui equalis nō possit dari alteri.ergo ꝛc. ¶Tertia ꝛ vltima conclusio est/q̄ summa gratia positiue de facto potuit dari Christo. ¶Hec apparet.quoniam omnis gratia fieri possibilis fuit ipsi cōmunicabilis/vt superi⁹ est probatum.sed summa gratia positiue de facto est possibilis. Probo. quia summa gratia affirmatiue de facto est illa que non tm̄ a nulla alia posita non excediturised etiam omnes excedit: nec aliqua ipsi equalis existit/licet de possibili existere possit.sed constat q̄ licet sit impossibile fieri gratiam / oēm aliam fieri possibilem excedentemnon tamen est impossibile fieri gratiam / omnem aliā de facto positam excedentem.quare ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicitur a quibusdam/q̄ gratia Christo communicata est finita / ꝛ tamen summa negatiue.quia videlicet non potest ipsa aliqua esse maior licet ipsi equalis. ¶Hoc probāt.quoniā vt magister in litera arguit:tātā deus alicui Christi gratiā contulit quantam conferre potuit.sed potuit ipsi conferre summam isto modo/videlicet negatiue.ꝛ tamen citra infinitā.quia infinita est impossibilis nec per consequēs communicabilis.ergo ꝛc.Minor videlicet q̄ summa tamē finita sit possibilis fieri/probatur. quoniam aut quacunq; gratia finita data/potest alia maior fieri in infinitum/aut non.sed est dare aliquam finitam qua nō potest fieri maior.sed non potest poni primum . qua tunc deus videret omnes gradus possibiles gratie infinitos se excedētes/ꝛ per consequens videret aliquem in infinitum istam finitam gratiam excedētem.hoc autem est impossibile.quia tunc gratia infinita posset fieri: quod est falsum.ergo relinquitur secūdum/quod est propositum/videlicet q̄ aliqua posset esse gratia summa licet finita. ¶Sed videntur mihi illa duo inconuenire:videlicet dicere formam aliquam intensibilem ꝛ remissibilem esse finitam/ꝛ tamē sic summam q̄ non posset fieri ea maior. Unde arguo contra hoc sic.Nulla forma intensibilis est intēsiue summa ꝛ isto modo/videlicet negatiue. ¶Hec apparet.quoniam omnis forma que potest intendi potest maior fieri.sed omnis gratia finita ꝛ quecunq; alia intēsibilis forma potest intendi.ergo ꝛc. Probatio minoris Quoniam sicut se habet forma extensibilis/puta quantitas ad esse extensibile/ita ꝛ forma intēsibilis ad esse intensibile:et econuerso sicut esse extēsibile ad formam extensibilem:ita ꝛ esse intensibile ad formam intensibilem. sed esse extensibile conuenit omni quantitati finite: non est enim possibile dare aliquam quantitatem quantumcunq; magnam/dum tamen sit finita/que non possit crescere et extendi per appositionem alterius quantitatis eiusdem rationis:vt vna linea per aliam sibi additam. ergo nec est dare aliquam gratiam: nec formam aliquā intensibilem ꝛ remissibilem finitam/ cui repugnet intendi per appositionem graduum forme eiusdem rationis/ quos gradus non habet:magis q̄ remitti p̄ subtractionem aliquorum graduum quos habet.quare ꝛc. ¶Confirmat.quia suppono q̄ sicut quātitas extēditur p̄ partes quantitatis:ita ꝛ omnis forma intensibilis intenditur per gradus seu individua talis forme.ergo sicut oīs quātitas finita est extēsibilis: ita ꝛ gratia finita intensibilis.Sicut enim quantitati puta linee finite potest apponi alia linea: ita et gratie finite alia gratia.ergo sicut omnis quantitas finita est extensibilis per aliam quantitatē:ita ꝛ oīs qualitas est intensibilis per aliam quali

tatē. ¶ Nec valet si dicat q̄ pōt tanta gr̄a fieri et facta communicari/q̄ nulla poterit ipsi addi:quoniā non pōt aliqua fieri nec facta alicui cōmunicari / cui equalis altera nō possit fieri ⁊ alteri cōferri.sed oēs gradus seu individua forme intensibilis et remissibilis sunt vnibiles. ergo gratie alc Christi a Christo separate est vnibilis alia gratia siue ipsa sit finita siue infinita. sed licet infinita nō posset intēdi/ oīs tamē finita est intēsibilis sicut ⁊ quātitas finita extēsibilis.ergo gratia alc Christi si finita potest intendi/⁊ per consequēs alia maior ipsa fieri.ex quo sequitur q̄ ipsa non sit summa etiam negatiue. ¶ Ad rationem in contrarium quando dicitur q̄ tantā ipsi deus gratiam contulit quātam conferre potuit:Dico q̄ verū est si contulit infinitam:non autē si finitam:cū omnis finita possit intendi ⁊ per consequēs alia perfectior fieri. ¶ Ad primam in contrarium quādo dicitur:q̄ si quecūq̄ finita posset maior fieri in infinitū/ ergo deus videret gratie gradus infinitos/⁊ per consequēs aliquē illā gratiā finitā excedētē in infinitū:Pōt dici dupliciter: Uno modo negando cōsequentiā. q̄m sicut quātitas est sic dicibilis in infinitū q̄ quecūq̄ eius parte minori potest dari adhuc alia minor:nec tñ sequit q̄ in quantitate aliqua deus videat aliquā minimā quātitatē/cū nec sit ibi nisi ponas ipsam ex minimis ⁊ indivisibilibus componi ita ⁊ in ꝓposito pōt dici/vez q̄ licet quecunq̄ gratia data finita posset fieri gr̄fectior:⁊ quecunq̄ quantitate finita maior/non tñ potest fieri aliqua infinita/nec deus aliquā factibilē talem videt. Secō ab aliquibus respōdet aliter.conceditur enim cōsequētia ⁊ ꝓns/vez q̄ pōt fieri gratia ⁊ q̄libet forma alia intēsibilis infinita. ¶ Et ideo dico aliter. ¶ Ad cui⁹ evidētiā p̄mitto quoddā superi⁹ dictum/vez q̄ Christo fuisse summā gratiā collatam siue negatiue/siue positiue/potest ītelligi dupliciter. Uno modo de facto.q̄ videlicet eius gratia a nulla alia posita exceditur/ nec etiā aliquam habet equalem. Alio modo de possibili : q̄ vez non pōt alicui conferri gratia aliqua maior illa.

Hoc p̄missō: pono quinq̄ conclusiones. ¶ Prima est:q̄ gr̄a collata alc Christi est summa tā negatiue q̄ etiā positiue/primo mō/vez de facto . Hoc patet.q̄ excedit gratiā non tñ cuiuslibet beatorum:sed etiā omniū oēs gratias simul sumptas/ita q̄ si oīm oēs insimul vnirentur:vel aliqua oībus equivalens crearet ⁊ alicui conferretur/adhuc illa non esset eque perfecta sicut gratia Jesu Christi. Hoc tñ non posset dēmōstrari sic esse:tñ credendū est q̄ sicut in corporalibus vita principalius residet in capite et in corde q̄ in alijs mēbris oībus simul sumptis:ita cum Christus sit ſpiritualiter caput oīm electoꝝ/maior ⁊ perfectior vita tā gratie q̄ glorie residet in ipso solo/q̄ in omnib⁹ alijs simul sumptis. ¶ Cōfirmat.q̄ null⁹ videt mereri alijs plus q̄ sibi : magis enim actus meritorius meretur ipsum exercenti si est capax effectus meriti q̄ alicui alteri. sed Christus ut videbitur in distinctione decimaoctava/meruit tam sibi q̄ electis alijs omnibus hominibus vitam gratie ⁊ glorie.ergo non meruit omnib⁹ insimul plus q̄ sibi. ¶ Preterea.quia nō est verisimile:omnes creaturas simul sumptas esse trinitati tātū gratas seu acceptas quantū est solus homo assumptus.sed magis deo gratum/maioꝝ ⁊ perfectioꝝ gratia est informatum.quare ⁊c . ¶ Secūda conclusio est/q̄ si gratia collata anime Christi est infinita/ipsa est summa negatiue/non tñ de facto : sed etiā de possibili/non tamen positiue. ¶ Hec apparet. quia si est infinita/nō pōt cē aliqua alia maior ipsa . pōt tamē ipsi fieri alia equalis.ergo est summa de possibili negatiue: quoniam a nulla possibili potest excedi: non tamen positiue/cū nō omnem possibilem excedat : sed sibi equalem habere valeat. ¶ Tertia conclusio est/ q̄ si gratia Christi est finita intēsiue/nō est summa de possibili negatiue: nec per consequens positiue:cum non omnes possibiles gratias possit excedere.sed quecūq̄ gratia finita potest alia esse maior ⁊ perfectior intensiue:sicut omni quantitate finita alia extensior. ¶ Hec apparet. q̄ gratia que potest fieri maior seu perfectior non est summa de possibili negatiue/ cū possit ab alia possibili fieri excedi : nec per consequens positiue.quare ⁊c. ¶ Quarta conclusio est/q̄ si omnis gratia finita est communicabilis: non autem infinita/que tamē est possibilis: adhuc gratia Christi si finita/non est summa de possibili/nec gr̄fectior omni communicabili. ¶ Hec apparet.quoniam nullū finitum efficitur infinitum propter aliud finitum sibi additum. ergo si gratia anime Christi ē finita/poterit ipsi addi alia gratia finita/ex qua cum ipsa nō resultabit aliqua infinita sed finita/gr̄fectior tamen prima.ergo si omnis gratia finita est communicabilis/cum possit fieri aliqua finita perfectior q̄ sit illa Christo collata/suppōsito q̄ sit finita:per ꝓns sequit propositum/videlicet q̄ gratia Christi nō est superior quecūq̄ possibili etiā cōicabili. ¶ Quinta cōclusio est/q̄ si non oīs quātacunq̄ gratia finita est receptibilis in subiecto: sed p̄ esse in aliquo certo gradu q̄ tunc gratia anime Christi est superior non quacunq̄ possibili:sed quecūq̄ cōicabili/non positiue: sed negatiue. ¶ Prima pars apparet.q̄ sive gr̄a infinita sit possibilis siue non/perfectior est absolute possibilis q̄ sit illa suppōsito q̄ finita.g̃ ipsa nō est gr̄fectior oi possibili. Secūda pars/vez q̄ nec sit superior omni cōmunicabili ponitur/apparet. quia potest cōmunicari alteri alia eque perfecta/licet non perfectior.g̃ non excedit omnē cōmunicabilē:nec per consequēs est superior positiue. Tertia pars conclusionis predicte/ videlicet q̄ sit suprema negatiue/apparet.quoniā tantam gratiam anima Christi potuit recipere quātam quecūq̄ alia rationalis creatura quantūcunq̄ gr̄fecta.sed si creatura rationalis nō pōt quātēcūq̄ etiā finitā gratiā recipere: sicut nec calidum calorem quātūcunq̄ intēsum/licz finitū/ꝑducere effectū:credendū est q̄ fuerit ipsi collata scōm vltimū ⁊ supremū possibilem ipsi gradū.g̃ ⁊c. ¶ Hec quantū ad scām.

Quantum ad tertium & vltimum: Apparet ex p̄cedentibus dā dicēdū. Q̄m aut gratia anime Christi est finita aut infinita. Si finita/ꝛ̄ps est simpliciter plenus.quoniā non posset habere gratiā aliquā maiorē cū nulla possit maior seu perfectior fieri infinita. Si aūt est finita:aut creatura rationalis est receptiua cuiuscunq̄ ⁊ quantecunq̄ gratie finite/ aut nō nisi scōm aliquos certos gradus.si ponat secundū/etiā est gr̄a simpliciter plenus:⁊ hoc siue gratia infinita sit possibilis siue nō.q̄ plenā gratia nō dicit aliquid quia habet gratiam suprēmam possibilē absolute/sed q̄ supinā habet cōicabilem et ab ipso receptibilē subiective. Nō potest cēri subiectū aliqd esse plenū aliquo scōm gradū sibi ipossibilē.⁊ ideo si maior gratia est possibilis fieri absolute q̄ a subiecto receptibilis/ alia Christi non pōt dici gr̄a plena q̄ habz suprēmā possibilē absolute:sed q̄ habet supremā ab aliquo receptibilē subiective.Sz si creatura rationalis est gratie receptiua nō quātecūq̄ sed scōm aliquos certos grad⁹ apta habet suprēmā cōicabilē:⁊ quantā aliqua rationalis creatura pōt recipe ⁊ habere.g̃ ⁊c.Si aūt ponatur primū/vez q̄ creatura rationalis est receptiua gratie quantecūq̄ etiā infinite vel nō infinite: sed omnis finite/sic non videtur q̄ anima Christi sit plena gratie absolute ⁊ simpliciter.quoniā nullus participās aliquam formā scōm gradū inferiorē sibi possibilē pōt dici simplr

plen⁹ forme hmõi.sed si creatura rationalis est receptiua gratie infinite vel non infinite:sed quantecunq; finite anima Christi participauit gratiã quã habz si est finita/inferiorẽ sibi possibili. ¶Probo.quia quanta est possibilis seu cõmunicabilis cuicunq; etiam supreme nature intellectuali:tanta ⁊ anime Christi ⁊ cuicũq; quantũcũq; inferiori/vt in primo articulo est deductum. sed supponimus q creatura intellectualis sit receptiua gratie quã tecunq; saltẽ finite.est autẽ possibilis maior q̃ sit gratia Christi supposito q ipsa sit finita:cũ possit alia finita ipsi addi:ex qua addita cũ prius erit gratia perfectior:nec tñ infinita.ergo anima Christi est receptiua perfectionis gratie illa quam habet:illis duobus suppositis supradictis.qz gratiã licet finitã habet in gradu notabili ⁊ tam magno/q (vt dictum est) ei⁹ gratia excedit oẽs gratias aliorum cũm beatorum simul sumptas.Quod non cõceditur de beata virgine cuius matre / quã tñ sancti dicunt gratia esse plenam:quod etiã angelus asserit quãdo dixit ei Luce.i.Aue gratia plena dñs tecum. Sup qõ Hieronymus:Aue gratia plena/ ⁊ bene plena.qz ceteris per partes prestatur/Marie vero se totã infudit gratie plenitudo. ¶Ex quo potest argui ad propositum:quoniam si beata virgo in qua fuit gra multo inferior gratia Jesu Christi/dicitur plena gratie/non quin potuerit habere maiorem:cum tantam habere potuerit quãtam Christus:multo magis potest dici gratia plenus ipse eius filius Jesus Christ⁹/ tã formaliter scõm se q̃ etiã causaliter:cum omnium electorũ hominũ gratie ⁊ gloie meritorie sint ab ipso. ¶Si autem queratur an gratia infinita sit possibilis:Dicã q non:vt in primo prolixius est ostẽsum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio patet solutio ex predictis.

SEcundo quæro de secundo:videlicet de plenitudine gloie. Et qz gla principaliter ⁊ formaliter consistit in actu fruẽdi.Quero:Utrũ alia Christi sit plena beatifica fruitione dei. ¶Et videt q sic.quia plen⁹ gratia est plenus beatifica dei amicitia:cum illa detur cuilibet secundum gradũ gratie.sed Christus fuit ⁊ est plenus gratia/vt patet ex questione superiori. ergo ꝛc. ¶Cõtra.qz perfectior potentia tã appetitiua q̃ cognitiua circa obiectum sibi ostẽsum pfectiorẽ põt elicere actum.sed volũtas cuiuslibet angelorum est perfectior volũtate anime Christi.ergo circa deum sibi ostensum elicit perfectiorẽ fruitionis actum.ergo Christus non potest dici esse plenus fruitione:cũ in eo sit inferior fruitione cuiuslibet angeloum. ¶Respõsio.in qua primo videbitur an fruitio Christi beatifica possit esse summa absolute.Secũdo an fruitio summa possit esse sine summa gratia. Tertio an de facto aĩe Christi fruitio beatifica sit summa. Et quarto ex illis inferetur solutio questionis.

Quantum ad primũ dicitur q voluntas Christi potest habere summã fruitionẽ dei passiue/ipsam ab alio recipiendo:non tñ actiue ipsam efficiẽdo. Primum probatur.qz est receptiua fruitiõis possibilis quanticunq.ergo ꝛc.Secundum etiam patet. qz voluntas imperfectior non põt in actũ perfectiorẽ:sed voluntas Christi est imperfectior voluntate angeli.q̃ ꝛc. ¶Sed contra distinctionem istã arguo.qm̃ aut voluntas cuiuslibet beatorũ respectu fruitionis beatifice se habet precise passiue:aut non:sed aliquo modo actiue.Si primũ.ergo distinctio que ponitur non valet. qz voluntas Christi nec summam fruitionẽ/nec aliquam quãtũcunq; paruã potest habere actiue:sicut nec aliquis beatorum. Si autem detur secundum/videlicet q volũtas beata sit actiua siue fruitionis:aut igit vt totalis causa siue fruitionis aut tñ vt partialis.Sed non põt poni causa totalis/tũ quia scõm eos obiectum est causa partialis actus tã intelligendi q̃ etiã diligendi:tũ qz si voluntas beati cẽt totalis causa siue fruitionis:⁊ intellectus similiter beatifice visionis:tũc deus nõ beatificaret aliquẽ effectiue:sed quilibz beatorũ beatificaret seipsum:quod est absurdum. ergo relinquit q si voluntas est causa actiua fruitionis q̃ sit causa pcialis tantũmõ non totalis. ¶Tũc ex hoc sic arguo.Potẽs cũ aliquo alio agẽte pcialiter agere ad aliquẽ effectũ ꝓducibilẽ/põt pcialiter agere ad ipm quantũcunq; intẽsum producibilẽ ab agẽte alio partiali principali.Hoc patet in exemplo.potens enim cũ alio movere aliquod grave/põt movere quantũcunq; graue possibile moueri ab alio fortiori pcialiter cũ eo coagendo.Si etiã tantus calor potest cum deo agere ad tantum calorẽ/ndẽ calor potent deo coagere ad infinitũ calorẽ agendo ad ipsũ illud idẽ/⁊ nõ amplius/qõ ageret ad finitũ. sed actus fruitiõis beatifice principaliter est a deo.ergo si deus est alicuius fruitionis virtualiter partialiter cõtentiuus/ad tantã quilibet quãtũcunq; imperfectus potent coagere partialiter quãtam deus in ipso causabit principaliter.ergo licet voluntas anime Christi sit imperfectior voluntate angeli:ex hoc non sequitur quin tanta fruitio sit ipsi possibilis etiã effectiue quãta cuilibet angelorum. ¶Confirmatur.qz si oẽs beatorum alioꝝ potẽtie agũt ad actus beatificos suos: verisimile etiã est/ q voluntas Christi ad actũ beatificum suũ agat.sed vt cõstat fruitio ei⁹ est summa. q̃ summa fruitio est possibilis ipsi etiã actiue/cũ de facto ipsam habeat isto mõ/hoc psupposito qõ videt pfupponere ⁊ cõcedere ille doctor/videlicet q potẽtie beatoꝝ sint cause effectiue licz partiales beatitudinis sue:quod tñ non existimo esse verum.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidentiã pono quatuor cõclusiões. ¶Prima est/q alia Christi posset frui quãtacũq; fruitiõe possibili creabili. ¶Hãc ꝓbo qz alia Christi posset frui ol fruitione sibi possibili seu cõcabili.q̃ oĩs fruitio quãtacũq; pfecta est ipsi cõcabilis. q̃ ꝛc.Maior est euidens.qm̃ sicut oẽ subiectũ est albũ qõ est albedine informatũ/ ⁊ dealbabile qõ est albedine informabilcata etiã oĩs voluntas potest frui fruitione que in ipsa pe.est recipi/⁊ actu fruit ea que in ipsa actu recipitur.Minor fuit ꝓbata in questione precedenti. Et cum ibi dictum est/nulla forma accidẽtalis potest fieri cui repugnet in subiecto recipi,sed oĩs fruitio creabilis est forma accidentalis.q̃ ꝛc. ¶Ex ista cõclusione sequit corollarie q summa fruitio est possibilis voluntati Christi:et hoc supposito q fruitio possit fieri infinita. Hoc ptz.qm̃ infinita fruitio est sũma negatiue/cũ a nulla possit excedi.sz cũ ãlibet possibilis sit aĩe Christi cõcabilis/ si infinita põt fieri/põt ⁊ ipsi cõcari.q̃ ꝛc. ¶Sed quid si fruitio infinita est ipossibilis/nũquid posset cõcari Christo summa fruitio? Respondet q nõ/vt videt. qm̃ sicut non potest fieri aliqõ quantũ extẽsiue finitũ ita magnũ quin possit fieri adhuc maius:ita nec forma ⁊ aliqua intensibilis videt posse fieri nec aliqua cõcari ita pfecta et intẽsa si finita/quin posset fieri adhuc pfectior.sed nulla forma quãtũcunq; perfecta alicui cõmunicata est summa/si pfectior põt ipsi cõcari.ergo cũ omnis fruitio possibilis sit creature cõcabilis/⁊ quecũq; fruitione finita possit fieri perfectior,per cõsequens sequitur q si infinita/ qua sola nulla pfectior põt esse.est ipossibilis:summa fruitio est incõcabilis. ¶Secũda conclusio q̃ sequitur ex predictis est/q fruitio Christi nõ potest esse summa etiam negatiue/supposito q fruitio infinita sit ipossibilis. ¶Hec apparet.qm̃ nulla forma ab alia extẽsibilis põt esse sum

ma negatiue.sed oīs fruitio Christo ⁊ cuilibꝫ alteri cōcabilis est ab alia extēsibilis /suppositō ꝙ infinita sit impossibilis. ¶Hoc apparet.qr hoc supposito/oīs fruitio cōcabilis est finita:q̄ quacūꝫ alia forma finita pōt pfectior fieri ⁊ cōcari.quare ꝛc. ¶Tertia cōclusio est / ꝙ siue fruitio infinita sit possibilis siue possibilis:Christi fruitio non pōt esse summa positiue. Hec apparet ex questione p̄cedēti.qm nulla forma pōt esse summa positiue quā cuiꝫ alia excedendo/cū alia creabilis est possibilis.sed siue Christo cōcabilis sit fruitio infinita siue nō/ pōt fieri alia illi cālis.ꝫ ꝛc. ¶Quarta cōclusio est/ꝙ siue fruitio infinita sit possibilis siue non/Christo potuit cōcari summa fruitio tū negatiue q̄ etiā positiue de facto/licet nō de possibili. Hec est ꝙ se nota:⁊ in q̄stione superiore declarata.qr etiā de facto sic credim⁹ ipsam esse summā/qr oēm aliā positā nō tm̄ poni possibilē excedentē. Nā sicut eius gr̄a excedit gratiā non tm̄ singulariter cuiuslibet/ sed etiā vniuersaliter oēs simul oim electoꝝ:vt in q̄stione precedenti dictū est/data ⁊ de ei⁹ fruitione beatifica respectu fruitionis aliorum oim est dicendū. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundum : dicit doctor ille cui⁹ fuit opinio in p̄cedenti articulo recitata:ꝙ cū voluntas ⁊ gratia sint due cause p̄riales ad causandū actū beatificū fruitionis simul cōcurrētes:aut deus pōt supplere causalitatē cuiuscunꝫ sēde cause nate cū alia causare aliquē effectū/nō supplendo causalitatē alteri⁹:⁊ ꝙ ꝑhis causalitatē gratie respectu fruitionis beatifice non supplendo causalitatē volūtatis beate:aut non. Si p̄mū ponat:dicendū est ꝓiter/ꝙ in tātū fruitēs actū potest voluntas sine gratia in quantū potest cū ea/ deo cuius vicē ⁊ causalitatē supplente. Si aūt detur secūdum/ tūc licet voluntas posset equalē fruitionem sine gratia sicut cum gratia recipere passiue/nō tm̄ elicere actiue. ¶Sed qr hic doctor ille explicat qō in p̄cedenti articulo innuebat/vez ꝙ potētie beatoꝝ sunt cause beatitudinis ipsoꝝ:non tm̄ materiales seu subiectiue:sed etiā ouginales ⁊ effectiue/qō ego non credo esse verū.tum qr nulla creatura est beatifica nec per ꝑhis beatitudinis productiua: tum qr oēm actum quē voluntas elicit libere elicit / et perꝑhis suspendere pōt ipsum:nō pōt aūt suspēdere actū fruitionis beate:Ideo dico aliter quantū ad istum articulū/ista duo. ¶Primū est.ꝙ de facto summa fruitio eo modo quo est possibilis nō est sine summa gratia.cui⁹ rō nulla est nisi statutū diuinū.statuit enim deus nulli dare gloriā nō habenti gratiā:⁊ habēti maiorem gratiā dare maiorē gloriā:⁊ summā gloriā non nisi habēti summam gratiā:cū tū si vellet posset facere ecōuerso. ¶Secundū qō dico/est/ꝙ fruitio posset quātacunꝫ possibilis cōcari sine oī gr̄a. ¶Hoc apparet.qm gr̄a nec est nata ad eliciendū fruitionis actum:cū(vt hic suppono)actus hmōi beatificus totaliter sit a deo/nō a potentia nec per ꝑhis ab habitu gratie/cū nunq̄ habitus agat ad actū impossibilē potentie habituate effectiue/ qualis est oīs actus beatificus.nec est necessaria ad ipsam recipiendam:cum beati essentia vel potētia sit eius immediatū subiectum nullo mediante alio receptiuū.quare ꝛc. ¶Ex hoc sequitur ꝙ summa fruitio posset esse sine summa gratia: qr sine aliquacū nulla sit necessaria absolute. ¶Confirmat. qr quomodocūꝫ essentialiter distinctoꝝ quoꝝ neutrum includit alterū pōt deus cōcare indifferēter vnū altero circūscripto.sed fruitio beatifica est a gr̄a essentialiē distincta/nec magis includit gratiā q̄ ecōuerso gr̄a includat eā.ergo non magis fruitio beatifica arguit gratiam q̄ gratia fruitionē beatificam.quare ꝛc. ¶Si dicas vel arguas contra hoc.qr deus non potest premiare nisi sibi gratū.sed nullus est ipsi gratus nisi ꝙ gratiā.quare ꝛc.

Dicā ꝙ deus eodē actu odit reprobū ⁊ diligit iustū electū.q̄ actus vt transiēs sup electū/dicit amoꝝ ꝓpter bonū ad quod ipsum acceptat:vt vero sup reprobū/odium nuncupat ꝓpter penā ad quā eū ordinat. Tunc qñ dicit ꝙ nō potest ꝓmiari nisi deo gratus:detur.sed qñ additur ꝙ nō pōt esse ipsi grat⁹ nisi ꝙ gratiā:falsum est. Quis enim eo ipo dicit deo grat⁹ ⁊ ab ipo dilectus.qr ad p̄miū ordinat⁹:sicut eo ipso odiosus qr ad suppliciū deputatus. Si fine oī gr̄a pōt quis de potētia absoluta ordinari ad gloriam ⁊ recipere ipsam.ergo ꝛc. ¶Hec secundo.

Quantū ad tertiū:Dico ꝙ fruitio Christi est fugior oībus fruitionib⁹ beatoꝝ:⁊ visio ei⁹ beatifica visionib⁹ beatificis non tm̄ vnius sed etiam omnium etiam/omnibus videlicet omnium simul sumptis.

Ex quo sequit quo ad quartū:ꝙ ipse est plenus gloria:modo quo fuit dictum in q̄stione p̄cedēti/ ꝙ est gratia plenus. Utrū aūt ei⁹ fruitio sit summa simpliciter:dicēdū est sicut ibi de gratia est dictū. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rōnes i p̄incipio ptz solutio ex p̄dictis.



Circa distinctionem decimā quartā:i qua magister determinat de Christi sapiētia/ oīdēs qualē ⁊ quātam habuit ipse Christus: Quero de duob⁹. Primo de sapiētia beatifica qua alia Christi deum facialiter intuetur. Secūdo de scīa alioꝝ/vez beatoꝝ. ¶Quātum ad primum/quero vtrū visio aie Christi sit perfectior alia visione beatifica cuiuscunꝫ alterius beatorū. ¶Et videtur ꝙ sic.qr habens fruitionem perfectiorem/habet ⁊ visionē.sed Christus habet perfectiorem fruitionē fruitionibus aliorum oim beatorum:vt dictum est in questione precedenti.ergo ꝛc. ¶Cōtra.qr perfectius videntis visio est pfectior qr acutior.sed angelus est in naturalibus ⁊ per ꝑhis in intellectu perfectior q̄ sit Christi⁹. ergo ꝛc. ¶Respōdeo. In qua primo videndū est quesitū. an videlicet visio beatifica anime Christi sit perfectissima. Secundo/an ad visionem perfectionē necessario sequat perfectior fruitio. Tertio/ an visio beatifica necessario exigat formam aliquam se puriorem.

Quantum ad primū:p̄mitto primo ꝙ visionem siue beatificam dei intellectionē esse pfectionē potest intelligi dupliciter:quia aut secundū se quiditatiue:aut in ordine ad obiectum terminatiue. Actus ille intelligēdi est perfectior quiditatiue ⁊ nobilior qui est intensior:sicut alia omnis forma intensibilis ⁊ remissibilis quanto intensior tanto perfectior: ⁊ econuerso quanto remissior tanto imperfectior. Obiectiue autem actus intelligendi vel volendi potest dici perfectior dupliciter. Uno modo quia perfectius obiecti / modo quo dicim⁹ ꝙ intellectio angeli est perfectior q̄ intellectio hominis. Hoc enim non est intelligendum quiditatiue:cum homo possit intensius intelligi vel diligi q̄ angelus:sed tantūmodo obiectiue ⁊ terminatiue. Alio modo actus potest esse perfectior obiectiue / non quia perfectioris obiecti sed quia eiusdem / perfectius tamē intellecti vel dilecti. Non est enim inconueniens nec impossibile idem obiectum intelligi vel videri secundum magis ⁊ minus / a diuersis habentibus actus intelligendi vel videndi eque intensos.ergo actus subtilius intelligentis vel videntis erit pfectior in hoc casu actu alteri⁹ non quiditatiue siue quantum ad substātiam actus/ nec ratione perfectioris obiecti:sed quia obiecti magis intellecti. Assumptū

videlicet q̄ per actum eque intēsum ⁊ perfectum quidditatiue possit obiectum inequaliter comprehendi/ probo sic. Actus intelligēdi potest cōmunicari alicui per ipm nihil intelligenti: vel actus volendi nihil volenti. ergo ⁊ actus intelligendi vel volendi eque perfecti cuiscūq obiecti/possunt communicari diuersis per ipsos inequaliter intelligentibus et volentibus. ¶ Probo primo antecēdēs. quia deus propter nullam positā creaturam a beato distinctam realiter necessario beatificat: sed mere contingenter. ergo quecunq̄ posita potest non beatificare/ ⁊ per consequens seipsum non ostendere: sed visio beatifica ⁊ fruitio sunt quedam creature distincte a beato essentialiter et a deo. ergo possent esse in aliquo nō beato: nec per consequens deum videntē nec diligentē. ¶ Cōfirmatur. quia deus est obiectum voluntarium non tm̄ q̄ contingenter et libere causat actum: sed etiam quia contingenter ⁊ libere terminat actum causatum ⁊ communicatum: ⁊ per consequens po[illegible] quecunq̄ actu et communicato libere non necessario se ostēdit. ¶ Nec valet si dicatur q̄ huiusmodi actus sunt beatifici/et ideo impossibile est ipsos habere aliquem non beatum. quoniam nō sunt beatifici quidditatiue: sed tātūmodo obiectiue. Nec enim in eis vt distinctis ab obiecto est beatitudo: sed tātummodo in obiecto. ⁊ ideo si ponant non terminati ad obiectum in nullo beatificant/cum nec nunc ipsi beatificent: sed obiectū/licet eis mediantibus. quare ⁊c. ¶ Secundo probo consequentiam. quoniam sicut posito quocunq̄ actu deus contingenter non necessario beatifice diligitur et videtur: ita posito ⁊ communicato quantocunq̄ visionis vel fruitionis actu/ non necessario sed libere tm̄ diligitur ⁊ videtur. ergo per actum substantialiter perfectiorem posset minus/ et per perfectiorem magis diligi ⁊ videri: ⁊ per consequens per equales inequaliter a diuersis. ¶ Confirmatur. quia sicut nulla creatura posita de⁹ necessario beatificat: ita nec posita aliqua quantumcunq̄ perfecta habet necessario magis beatificare siue maiorem beatitudinem conferre/q̄ posita qua cunq̄ alia imperfecta. ergo habēs actum visionis ⁊ fruitionis imperfectiorem posset esse beatior: ⁊ habens perfectiorem minus beat⁹. sed nullus est magis beatus nisi quia magis deum diligit ⁊ intelligit. ergo ⁊c. ¶ Preterea secundo arguo sic ad idem. Non minus quecunq̄ intellectio vel volitio cōmunicata creature est in potestate dei communicantis/vt per eā ipsam habens transeat vel non trāseat super obiectum/q̄ intellectio vel volitio increata qua deus intelligit ⁊ vult alia a se. sed cum ipe non necessario sed contingēter alia a se velit ⁊ intelligat per consequēs posset ipsa nō intelligere/neq̄ velle/ eius actu quo nunc ipsa intelligit ⁊ vult/ in nullo penitus variato. ergo etiā non videtur impossibile ipsum communicare posse alicui intellectionem vel volitionem qua ille cui communicaret super obiectum non transiret: nec per consequens ipsum intelligeret nec vellet. sed si habens actum intelligendi vel volendi non necessario intelligit nec vult: nec habens actum tante perfectionis necessario tantū intelligit aut vult. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. quia intelligere vel velle non est idem quod actum habere. ergo potest esse vnum sine alio. Non obiectum intelligere sine actu ipsorum in hoc includatur actus. sed actus sine obiecto intellecto/cum actus non includat obiectū vt terminans actum. sine quo non potest aliquis intelligere per aliquem possibilem sibi actū. ¶ Probatio antecedentis ⁊ consequentie simul. Quoniam deus posset assumere ⁊ hypostatice sustentare actum intelligēdi vel volendi quēcunq̄ possibilem/vt suppono ex dictis in superioribus/non tamen posset per eū intelligere. ergo posset esse actus intelligendi vel volendi in aliquo nihil intelligente nec volente per ipsum. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur q̄ deus per actum intelligendi quem assumeret intelligere non posset: quia cum actus huiusmodi nō informaret nec in aliquo actuaret. quoniam si deus infunderet alicui actum intelligendi cum nō informantē nec actuantem/sed tm̄ in ipso realiter existentem: quod cōcedit possibile esse deo: nihilominus ille per huiusmodi actum intelligere videretur. quia nec modo homo intelligit per actum vt per eum informat⁹: sed vt ad obiectū ipsi demōstratum terminatum. quare ⁊c. ¶ Ex dictis cō cludo corollarie/q̄ licet beati perfectiores actus videndi ⁊ fruendi habentes sint deum perfectius intuentes ⁊ diligentes de facto/quia beatiores: tamen de possibili loquendo/totum contrarium posset esse / videlicet q̄ habentes huiusmodi actus imperfectiores essent beatiores: ⁊ econuerso.

Hoc præmisso: in quarto forsitan prolixius declarando/pono duas conclusiones ad propositum accedēdo. ¶ Prima est/q̄ visio beatifica alie Christi est quidditatiue secundum suam essentiam qua ab obiecto distinguitur perfectior visionibus omnium beatorū. ¶ Hanc probo. quoniam licet actum habēs remissiorem seu imperfectiorem quidditatiue posset esse beatior: tamen de facto supponimus contrarium: videlicet q̄ actus beatior est quidditatiue perfectior quia intēsior. ergo beatior omnibus simul sumptis habet actus videndi ⁊ fruēdi perfectiores visionibus ⁊ fruitionibus simul sumptis omnium aliorum. sed anima Christi est beatior sicut ⁊ deo gratior aliis omnib⁹ sumptis simul. ergo ⁊c. Minor non potest demōstrari cum sit de inesse dependēs contingenter a diuina volūtate. Licet enim posset demōstrari q̄ deus potest magis vnum q̄ alium premiare: nō tamen q̄ magis hunc q̄ alium premiet de inesse. Sic tamen de Christo est credendum: tū quia caput est omnium: tum quia magis deo creditur esse gratus q̄ alij omnes simul. Tamē ista ratio secunda probat idē per idē. quia esse magis gratum deo vel dilectum non est aliud q̄ esse ab ipso magis beatificatum vel ad maiorē beatitudinē ordinatum. Nec tamē actus diuine dilectionis secundū se potest intendi in aliquo nec remitti. quare ⁊c. ¶ Secunda conclusio est/q̄ visio beatifica vel fruitio anime Christi/est aliis omnibus visionibus et fruitionibus aliorum beatorum perfectior obiectiue/nō primo modo: sed secundo. ¶ Nec apparet quantum ad primam partem. quoniam actus dicitur obiectiue perfectior illo modo/ videlicet primo superius explicato / qui est perfectionis obiecti. ⁊ nec visio nec fruitio beatifica Jesu Christi est perfectionis obiecti visione ⁊ fruitione aliorum beatorū: cum omnium actus beatifici sint penitus eiusdem obiecti. ¶ Nec valet si dicatur: q̄ licet omnes sancti beati videant idem obiectum/aliquid tamen superior videt in illo obiecto quod non videt inferior. quia simplicissimum a quocunq̄ videtur/totum (si potest totum dici) videtur. Non habens enim partem ⁊ partem/nec aliqua quomodocunq̄ distincta in re extra/non potest secundum vnum videri ⁊ secundum aliquid aliud non videri. sed beatitudinis obiectum est simplicissimum non habens aliqua quomodocunq̄ distincta/exceptis personis inter se distinctis: sed ab ipso obiecto beatifico realiter indistinctis: que omnes videntur ab omnibus beatis. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. q̄ esto q̄ attributa a diuina cētia obiecto beatifico sint distincta/tamē ola omnes vident ⁊ diligunt. ergo actus vnius non est alio perfectior obiectiue. quia videlicet perfectionis obiecti. ¶ Secunda pars/vez q̄ actus vnius vt Christi/sit perfectior aliis omnib⁹ obiectiue secūdo modo/videlicet q̄ ipso mediāte anima Christi ma

gis deum intelligit ⁊ diligit q̄ alicui⁹ alio⁹: patet ex eodem medio quo prima conclusio est probata. qm̄ constat Christum esse beatiorem quocunq; alio beato: etiā (vt credit) omnibus simul sumptis. sed solus ille est magis beatus/qui obiectum beatificum magis videt et magis diligit. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia sicut beatitudo nō consistit in actu visionis vel fruitionis vt a deo cum terminante distincto: quia nec aliquis est beatus per actū: ita nec magis beatus aliquis dicitur quia actū vt a deo distinctū habet magis intēsum: sed quia q̄ ipsum qualiscunq; in se sit/magis tendit in deum. sed actus quo magis habens ipsum tēdit in obiectum est obiectiue perfectior isto modo. ergo act⁹ anime Christi quia beatioris/ et per consequēs magis in deum tēdentis est hoc modo alijs perfectior obiectiue. Et idem de omnibus alijs beatis est dicēdum/videlicet q̄ quanto quilibet beatior est/ tanto eius actus est isto modo obiectiue perfectior. quia nec est aliud aliquem beatiorem esse q̄ deū magis actu illo videre ⁊ diligere. Quod probo. quoniam sicut se habet videre deum facialiter ⁊ diligere ad esse beatum: ita magis ipm̄ videre ⁊ diligere se habet ad magis esse beatum. sed esse beatum nō est aliud q̄ videre ⁊ diligere deū: ergo nec magis esse beatum erit aliud q̄ deum magis videre ⁊ diligere. ¶ Confirmatur. quia si simpliciter ⁊ simpliciter: magis ⁊ magis: ⁊ maxime ⁊ maxime. ergo si videre ⁊ diligere deum simpliciter/est simpliciter esse beatū: ⁊ videre eum ⁊ diligere magis/est magis esse beatum: et maxime/maxime. ¶ Ex hoc sequitur corollarie / q̄ licet anima Christi habeat actum videndi ⁊ fruēdi perfectiorem alijs tam quiditatiue q̄ etiā obiectiue/modo dicto/ ⁊ hoc quia beatior: non tamen vniformiter sed difformiter. Quod apparet. quoniam cum magis esse beatū non sit nisi magis tendere in deum: quod est habere actū perfectiorem obiectiue modo predicto: per consequens impossibile est aliquem esse beatiorem non habentē actum isto modo obiectiue perfectiorem. ergo eo ipso quo Christus est alijs beatior sequitur necessario q̄ eius actus sit obiectiue perfectior. Licet autem de facto sit eius actus beatificus etiam quiditatiue intensior / tamen hoc non est ad magis esse beatum necessario requisitum. quoniā cum esse beatum non sit absolute actum aliquem habere: sed per eum in obiectum tendere: nec magis esse beatum necessario requirit perfectiorē habere actum quiditatiue: sed tantūmodo obiectiue. Ex quo apparet assumptum/videlicet q̄ non similiter oportet beatiorem habere actum perfectiorem quiditatiue ⁊ obiectiue. quia primum licet sit de facto/non tamen est necessarium ad maiorem beatitudinem: sed secundum. quare ⁊c.

Si q̄ras: an visio animę Christi sit summa? Respondeam/ q̄ aut quero si est summa quiditatiue: aut an obiectiue: et si obiectiue an primo an secundo modo predictorum vnoꝝ. Si an quiditatiue: dicam sicut dictū est supra de gratia ⁊ fruitiōe in precedēti distinctione. Si aūt queras an sit summa obiectiue primo modo: quia videlicet summi obiecti: sic dicam q̄ est summa negatiue. quia nulla potest esse alia superiorus seu perfectior obiecti. Nō est autem summa positiue. quia quelibet alia cuiuslibet beatorum est eiusdem / et per consequens equalis obiecti. Si vero queras tertio/an sit summa obiectiue secūdo modo: quia videlicet est obiecti magis visi ⁊ dilecti: Dicam q̄ hoc modo est summa de facto obiectiue scilicet ⁊ quiditatiue. Sicut enim omnes excedit aliorum visiones quiditatiue ita ⁊ obiectiue hoc modo de facto. de possibili autem nō est sic summa quin posset alia ipā esse in hoc equalis/ ⁊ forte etiam perfectior isto modo obiectiue si perfectior quiditatiue: cum ad vnum horum sequatur alterum de facto/licet nō necessario/ vt superius est deductum. ⁊ ideo si deus potest intelligi ⁊ diligi infinite sicut ⁊ actu infinito tamen creato ab aliqua creatura / visio Christi nō est summa isto modo videlicet obiectiue/nisi ponatur infinita ⁊ infinite q̄ eam deus intelligi. Si autem ponatur q̄ non potest intelligi nisi finite/semper tamen magis ac magis/ nec vt sic visio Christi potest esse summa si finita/ ⁊ per ipsam finite intelligitur ipse deus. Si autem ponatur q̄ deus nō potest intelligi nec diligi a creatura nisi finite ⁊ in aliquo certo gradu vltra quem nō potest amplius diligi nec intelligi: sic dicēdum et credēdum est Christi visionem ⁊ fruitionem obiectiue esse summam non positiue/ cum possit ab alio equaliter diligi ⁊ intelligi: sed tātūmodo negatiue/ cum non possit ab alio magis intelligi nec diligi hoc supposito. ¶ Dec de primo.

Quantum ad secundum: pono tres cōclusiones. ¶ Prima est/ q̄ de facto sicut non est visio sine fruitione: ita ⁊ in quibus est perfectior visio tam quiditatiue q̄ etiam obiectiue / modo preexposito in precedenti articulo/ est etiam perfectior fruitio vtroq; modo. Dec probari non potest. sed ab omni theologo catholico supponitur ⁊ tenetur. ¶ Secunda conclusio est/ q̄ ad visionem beatificam nulla sequitur necessario fruitio absolute. ¶ Dec probatur. quoniā aut huiusmodi fruitio beatifica efficitur a beato/aut infunditur a deo. Si primum cum posito quocunq; effectu priori deus possit suspendere actionem cuiuscunq; secunde cause respectu cuiuscunq; effect⁹ posterioris distincti realiter a priori/ sicut fruitio distinguitur a visione: ⁊ per consequēs potest poni visio vel a deo/vel a beato effectiue sine fruitiōe aliqua cōsequente. Preterea. quia voluntas creata nullum dilectionis actum elicit necessario. sed tūc contingēter. quare ⁊c. Si autem ponatur secundum/quod credo verum/ videlicet q̄ huiusmodi fruitio sit a deo/ ⁊ etiam visio effectiue/idem sequitur. quoniam propter nullum priorē effectum positum deus necessitatur ad producendum aliquem posteriorem distinctum realiter a priori. sed fruitio est posterior natura ordine visione/ ⁊ distincta realiter ab ipsa. ergo ⁊c. ¶ Ex hac cōclusione sequitur corollarie q̄ ad visionem perfectiorem non necessario sequitur perfectior fruitio/ cum nulla ponat necessario propter ipsam. ⁊ ita sicut visio posset absolute stare absq; aliqua fruitione nata ⁊ perfecta seu intensa visio cum imperfecta et remissa fruitione. sic actus huiusmodi sint effectiue a deo sic etiam a beato. Non enim necessario quod magis intelligitur magis diligitur: sed minus intellectum potest amplius diligi: ⁊ plus intellectū minus. qm̄ potētia actū libere eliciēs ipm̄ elicit libere pfectū vel iperfectū. sz oīa creatura intellectualis est libera in eliciendo volēdi vel nolēdi actu circa obiectum preintellectum ⁊ quomodocunq; intellectum/imperfecte videlicet vel perfecte. ergo est etiam libera in eliciendo ipsum tantum vel tantū imperfectum videlicet vel perfectum. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est/ q̄ nec etiam econuerso fruitio exigit necessario visionem. ¶ Dec probatur. quoniam non tūm per diuinam potētiam potest puus a posteriori separari: sed etiam econuerso/quando posteri⁹ non includit puus/ vt totum includit partes. sed fruitio non sic includit visionem ea posteriorem. ergo licet fruitio sit posterior visione/ tamen potest communicari per diuinam omnipotentiam sine ipsa. ¶ Dico autem ipsam a deo posse communicari sine priora visione non autem ab aliqua creatura rationali elica. Nullus enim potest circa ignotum / actum volendi vel nolēdi elicere: sed bene a deo recipere. ¶ Ex quo sequitur: q̄ cognitū pōt diligi actu a deo infuso etiā

non a nobis productorum enim possumus circa incognitum elicere actum. Et hoc modo illud dictum beati Augustini est intelligendum: q̄ incognita diligere possumus / incognita non possumus / videlicet naturaliter: sed bene supernaturaliter / vel deo infundente actum diligendi sine actu precio cognoscendi: vel ipso conseruante actum diligendi naturaliter producti / destructo omni actu intelligendi dilecti. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum : dico tria.

Primum est / q̄ visio beatifica non exigit necessario formam aliquam se ipsa. Secundum / q̄ tamē de facto aliqua forma supernaturalis ab ipsa distincta est in quolibet beatorū. Tertium est / q̄ huiusmodi supernaturalis forma seu habitus est in anima Christi p̄fectior q̄ in aliquo beatorum / vel etiā q̄ in oibus beatis aliis simul sumptis. ¶ Primum probo eadē ratione qua superius fuit probatum ad fruitionē nō esse necessariam aliquam gratiam. quoniam si ad visionē aliqua forma puta / puta speciei vel lumē gloue / vel quēcunq; vocetur / est necessaria / aut requiritur ad producēdum hmōi visionis beatificum actū / aut ad recipiēdum / aut tāq̄ aliquid ad p̄fectam beatitudinē necessarium. Sed non p̄t dici primo / q̄ requiratur ad producēdū. quia nullū creatum est beatificatiuum: nec p̄ consequēs actus beatifici p̄ductiuus / nec virtualiter contentus. Nec secundo ad recipiēdū: cū actus huiusmodi vnionis recipiatur immediatissime in beato: cuius essentia vel intellectus potētia si ponat ab ipsa distincta (quod nō credo ponendū) est immediatā sub iecti receptiuū. Nec potest dici tertio q̄ sit necessariū ad perfectā beatitudinē. q̄ tota beatitudinis p̄fectio cōsistit in actu fruēdi & videndi. ḡ &c. ¶ Secundum / videlicet q̄ de facto ponatur aliquis habitus ab actu visionis diuinus / qui lumē gloue cōmunter appellatur: licet nō necessario / vt dictum est / ad beatitudinē requiratur / apparet. quoniam ad hoc est determinatio ecclesie specialis. ¶ Dic tamē dicant aliqui / q̄ illa ecclesie determinatio non compellit ponere in beatis: nec dicit in eis existere lumē aliquod creatum: sed tantūmodo increatū / quo aliqui errantes dicebant beatum non indigere ad deum videndum / ipsoq; beatifice perfruendū. ¶ Sed contra hoc arguo. quoniam per huiusmodi lumen increatum non intelligo nisi deum. quia nec est increatū aliquid nisi deus. ergo dicere / posse aliquem esse beatum & videre deum sine lumine increato / est dicere posse aliquem esse beatum deum videndo sine deo: quod contradictionem implicat euidēter. Nec p̄ consequens hoc aliquis diceret sane mētis nisi vocē propriam ignoraret. Qui ergo dixerūt nullum lumen gloue existere in beatis / non intellexerunt se hoc dicere vt videtur de lumine increato: sed tātūmodo de creato. sed hoc ecclesia reprobat & cōdemnat. ergo &c. ¶ Et si queras ad quid lumen gloue habitualis huiusmodi est ponēdum? cum ad beatitudinē lumen sufficiat actuale quod est visio ipsa dei. Et ego quero a te / ad quid est necessaria gratia seu charitas & habitualis amor / cū etiam non faciat aliquid ad perfectionem beatitudinis in actuali actu amoris tantūmodo cōsistētis. Tūc ergo dico: q̄ sicut preter fruitionē actualē ponit de facto gratia tanq̄ quedam habitualis dilectio nullo modo necessaria absolute ad beatitudinē: ita & preter visionē huiusmodi talis habitus dictus lumē gloue potest poni: cui⁹ ratio nulla est alia nisi ordinatio diuina. Statuit enī de⁹ his duobus habitibus / videlicet gratie & gloue distincte ab actibus beatificis consignare & adornare ad maiorē decorem / vel propter quācunq; rationē aliam sibi notā / quēlibet beatorū. ¶ Si queratur secūdo / qualis ordo est inter hmōi habitū seu lumē gloue beatoq; / & actum visionis ipsorum? Respōdeō / q̄ nullus iter ipsa est ordo tpis cū simul supernaturaliter infundātur. Nec propue etia est ordo nature: cum non magis actus habitū presupponat q̄ ecōuerso habitus ipsum. Qz tamē magis dei habit⁹ propter actum / q̄ ecōuerso actus propter habitū: qz etiā actus est p̄fectior q̄ habit⁹: ideo p̄fectiōe & intēsiōe act⁹ potest dici prior. executione vero aliquo mō habitus potest dici prior q̄ actus: modo quo ordinata ad finē dicuntur communiter aliquo modo executione precedere ipm finē / licet hoc vniuersaliter non sit verū. ¶ Tertiū & vltimū / vez q̄ hmōi habit⁹ seu lumē gloue sit in Christo perfectior q̄ in aliquo beatorum: apparet. qm̄ ita videt dicendum esse de isto habitu seu lumine gloue correspondēte actui visionis / sicut de gratia correspōdēte actui fruitionis. ergo sicut Christus excedit omnes beatos in habitu gratie & actu fruitionis beate: ita credendū est ipm omnes excedere in habitu hmōi gloie seu luminet ita in actu visionis diuine. ¶ Confirmatur. quia indubitanter credēdum esse videtur Christum oēs alios beatos excedere in quacunq; supernaturali tam actuali q̄ etiā habituali p̄fectione / que in ipso & in aliis cōmuniter & vniuersaliter reperitur. ergo & in hmōi habitu. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio / qm̄ dicit q̄ p̄fectior visio est p̄fectionis videtis: Respondeo q̄ verū est de visione naturali in qua videns effectiue naturaliter per se pōt non autem de visione supernaturali / ad quam videns se habet mere passiue / & nullo modo actiue. Loquendo eñ de tali visiōe qualis est beatifica / deus ipse qui solus est eius virtualiter contentiuus & causaliter productiuus / perfectionem potest dare imperfectionis et imperfectionē perfectioni. quare &c.

SEcundo quæro de scientia animæ Christi & aliorum olim beatorum: vez Utrum anima Christi videat actualiter in verbo oīa alia creata vel creabilia verbo nota. ¶ Et videtur q̄ sic / per magistrum dicētem in litera q̄ deus posuit Christo conferre & cōtulit omnia sibi nota cognoscere / licet non omnia sibi possibilia posse agere. ¶ Contra quia si cognoscit omnia / aut eodem actu / aut alio & alio. si eodē actu: ergo actus huiusmodi est infinitus / cum obiecta cognita sint numero infinita. Quod p̄batur. quia vbi maior pluralitas maiorem arguit perfectionem / ibi infinita pluralitas arguit infinitā. sed plura obiecta posse intelligi vno actu est maioris p̄fectionis actu q̄ pauciora. ergo omnis actus est infinite perfectiōis / que possunt actualiter intelligi infinita. quare &c. Si aūt dicas q̄ alio & alio actu anima Christi intelligit: ergo cum obiecta a Christo intellecta sint infinita: & actus intelligēdi etiā essent numero infiniti. sed vtrūq; predictorum videtur inconueniens. Nec enim in alia Christi est aliquis actus intelligēdi intēsiue infinitus: nec sunt in ipsa act⁹ numero infiniti. ergo &c. ¶ Responsio. Primo premittā aliquid ad questionis intelligentiam seu expositionem. Secundo procedam ad eius solutionem.

Quantum ad primū: est aduertendum

SEcundo quēro de pœna tristitie conuenienti non tm̄ anime corpori coniuncte:sed etiam separate.Vtrum pena tristitie fuerit in Christo? ¶ Et videtur ꝙ nō.quoniam nullum contrariorum maxime in summo habetum cōpatitur secum alterum.sed letitia ꝛ tristitia sunt cōtraria/in Christo autem fuit secundum partem intellectiuam summa letitia ꝛ perfecta/ratione fruitionis beatificez:ergo nulla in eo potuit esse tristitia. ¶ Cōtra:quia tristitia est fm Augustinum de ijs que nobis nolentib⁹ accidunt:sed Christus multa noluit que acciderunt.ergo ꝛc. ¶ Responsio. Ibi videndū est primo quid sit tristitia. Secundo an in Christo fuit tristitia. Tertio quanta fuit in ipso tristitia. Quarto vtra predictarum duarum/ que sunt dolor et tristitia/ fuerit maior pena in Christo.

Quātum ad primum:dico ꝙ secūdum

Augustinum in superiore questione allegatum/ tristitia est dissensio ab ijs rebus que nobis nolentibus accidunt. Ex quo sequitur ꝙ tristitia vt sumpta ꝓprie/vel est ipse actus nolendi aliquod inexistens: vel volendi impossibile absens/ vel aliqua passio huiusmodi actum sequens. sicut de dolore ꝛ actu sentiendi in questione superiore fuit dictū.Sed non potest poni (vt videtur) ꝙ sit actus volendi vel nolendi.Quod sic probatur . Illud non potest poni tristitia quo immutato ꝛ vniformiter se habente/aliquis nunc potest tristari antea non tristatus. sed omni actu volendi vel nolendi vniformiter se habente/ qui prius non tristabatur postea contristatur. Hoc apparet.quoniam posito/ꝙ aliquis nolit actu elicito aliquid euenire/q̄diu nolitum non euenit non tristatur:ꝛ statim vt euenit contristatur.sed constat ꝙ actus nolendi propter euentum noliti non mutatur:ergo tristitia sequens actum nolendi huiusmodi essentialiter immutatum est ab ipso actu distinctum aliquid in re extra. ¶ Tunc ergo fm hoc est dicendum/ ꝙ sicut dolor est pas

ſio ſequens actum ſenſitiuum reſpuendi obiectum aliquod diſconueniens ſenſibiliter apprehenſum: ita triſtitia eſt paſſio quedam ſequens actum nolendi obiectum aliquod quod euenit intellectum. Et ſicut delectatio dolori contraria eſt paſſio ſequens actum amplectendi obiectum conueniens ſenſibiliter apprehenſum/ ita ⁊ letitia triſtitie contraria eſt paſſio ſequens actum volendi obiectū preintellectū aliquod qđ exiſtit. Unde ſicut ad dolorem concurrit obiectum ſenſatum diſconueniens/ actus ſentiendi ipſum apprehendens/⁊ actus ipſum apprehenſum reſpuens: ita ⁊ ad triſtitiam/obiectuz actus intelligendi ipsum:⁊ ſecundo actus nolendi / poſt quem vltimo ſequitur triſtitia. Ita ⁊ cōſimiliter de delectatione dolori ⁊ de letitia ſeu gaudio triſtitie contrarijs eſt videndum. In hoc tamen eſt diuerſitas inter paſſiones huiuſmodi quantum ad ipſaruz obiecta/quoniam delectatio nunq̄ ſequitur actum ſenſus niſi obiectum ſenſatum ſit conueniens ſecundum ſe/nec dolor econtrario niſi ipz obiectum ſenſatum ſit diſconueniens ſentienti. Quia nec actus ſenſitiuus reſpuendi poteſt elici niſi circa obiectum diſconueniens/ nec actus ſenſitiuus appetendi niſi circa obiectum conueniens/ſenſibiliter apprehēſuz. ſecus autem eſt de letitia ⁊ de triſtitia que ſunt paſſiones ſequentes actum appetitus intellectiui/ volendi videlicet ⁊ nolendi. Cum enim quodcunq̄ poſſit quilibet velle libere ⁊ nolle (ſunt enim huiuſmodi actus reſpectu cuiuſcunq̄ obiecti creati in cuiuſlibet poteſtate / et per conſequens quodcunq̄ / licet ſm ſe in veritate ſibi non diſconueniens poteſt nolle / ⁊ diſconueniens poteſt velle)hinc eſt q̄ huiuſmodi paſſiones triſtitia videlicet. ⁊ letitia actus huiuſmodi conſequentes non neceſſario exigunt ſeu reſpiciunt obiectum ſm ſe conueniens vel diſconueniens/ſicut faciunt due alie ſenſitiue/ videlicet delectatio atq̄ dolor. In hoc tamen eſt conuenientia inter iſtas: q̄ ſicut ad apprehenſionem obiecti conuenientis / ⁊ actum appetendi ſenſitiuum neceſſario ſequitur delectatio / ⁊ dolor ad reſpuitionem obiecti diſconuenientis ſenſibiliter apprehenſiata ad actum nolendi obiectum aliquod intellectum inexiſtens/neceſſario ſequitur triſtitia / et ad actum volendi letitia. huiuſmodi tamen actus ad iſtas paſſiones preuij / videlicet actus volendi ⁊ nolendi libere ſic elicuntur q̄ poſſint non elici circa quodcunq̄ obiectum quantumcunq̄ vt conueniens vel vt diſconueniens apprehenſū / cuius contrarium eſt de actibus ſenſitiuis appetitiuis/qui ſic neceſſario elicuntur q̄ non poſſint non elici circa obiectum ſenſibiliter apprehenſum. et ideo dolor ⁊ delectatio que ſunt paſſiones actus huiuſmodi conſequentes/ ſunt quodammodo neceſſarie vel neceſſario cauſate in anima tam antecedēter q̄ etiam conſequenter: triſtitia autem ⁊ letitia neceſſario ouiuntur in anima conſequenter / contingenter tamen ⁊ libere antecedenter / pro quanto actus volendi ⁊ nolendi quos conſequuntur/ ſunt in hominis poteſtate. q̄ ſi non / ſicut in damnatis/ tunc nec etiam ipſe huiuſmodi paſſiones ſunt in poteſtate alicuius talium in quorū poteſtate non ſunt actus quos ipſe immediatiſſime conſequuntur/ vt triſtitia cōſequitur actum cuiuſlibet damnatorum/⁊ letitia cuiuſlibet beatorum actum ſic neceſſario q̄ nec aliquis horuz poteſt non letari / quia nec carere actu quem conſequitur letitia : nec aliquis aliorum / videlicet damnatorum non triſtari/ quia nec carere actu quem conſequitur triſtitia. ¶Ex quo tamen paſſiones huiuſmodi ab actibus realiter differre ponentes oportet concedere ipſas ab actibus ⁊ econtrario actus ab ipſis poſſe realiter per diuinam potentiam ſeparari:⁊ per conſequens oportet dicere(vt videtur)q̄ beatus poſſet videre deum ⁊ diligere/ ſicut facit / abſq̄ aliqua in ipſo letitia conſequente/⁊ damnatus ſimiliter in actu in quo eſt manere ſine aliqua triſtitia. immo videtur q̄ per diuinam omnipotentiam damnatis in actu in quo ſunt remanentibus poſſit communicari letitia beatorum:⁊ beatis in actu videndi deum ⁊ fruendi eo remanentibus/ triſtitia damnatorum. ¶Hoc poteſt ſic probari. Omne accidens in aliquo ſubiecto receptibile alio mediante ab ipſo realiter diſtincto/poteſt per diuinam potentiam in eo recipi illo circunſcripto ⁊ omni alio poſito ei formaliter non contrario nec per conſequens repugnante: ſed letitia beatorum eſt quoddam accidens receptibile in anima ⁊ creatura qualibet intellectuali mediantibus actibus beatificis deum videndi et eo fruendi. ergo poteſt per diuinam potentiam communicari cuilibet talibus actibus carenti / et ſub quibuſcunq̄ aliis letitie non contrariis exiſtenti. ſed actus volendi vel nolendi damnatorum non ſunt formaliter contrarij letitie / quia ſola triſtitia a qua actus ipſorum ſupponuntur eſſe diſtincti realiter / ſicut ⁊ letitia ab actibus beatorum/ eſt letitie contraria: ergo damnatis manentibus in actibus in quibus nunc ſunt / poſſet auferri per diuinam potentiam triſtitia/⁊ communicari letitia beatorum : et eadem ratione econtrario beatis in actibus remanentibus beatificis auferri letitia / ſi ab ipſorum actibus realiter eſt diſtincta / et communicari triſtitia damnatorum. ¶Et ideo quia hoc apparet inconueniens /dicit huiuſmodi paſſiones eſſe ab actib⁹ indiſtinctas/licet etiam hoc dicendo/oporteat (vt videtur) concedere argumentum: cum etiam per diuinam potentiam contraria forte poſſint exiſtere in eodem. De hoc autem quid tenendum ſit/in quarto libro prolixius oſtendetur. ¶Hec de primo.

Quantum ad ſecundum: dico ex prędictis inferendo / q̄ in Chriſto vere fuit triſtitia. Quod ex dictis in precedenti articulo ſic probatur. In quo cunq̄ eſt nolitio alicuius inexiſtentis/ in eo poteſt eſſe et eſt / naturaliter loquendo / neceſſario vere triſtitia. Hoc apparet / quia vt predictum eſt/triſtitia eſt de iſs que nobis nolentibus accidūt:ſed Chriſtus aliqua que euenerunt ⁊ infuerunt / noluit: ergo de eis triſtitiam habuit. Probo minorem.quia conſtat q̄ Chriſtus malum culpe damnatorum/ damnatorum iudeorum / ⁊ aliorum omnium damnatorum vidit/quod malum noluit et tamen infuit.malum etiam inflicte pene ſibi quod ſenſit ⁊ intellexit / noluiſſet/ ſi humanum genus aliter redimi potuiſſet: ergo de vtroq̄ malo tam culpe videlicet q̄ pene quod infuit / Chriſtus triſtitiam habuit. ¶Sed contra rationem predictam argui poteſt/⁊ primo contra maiorem. Quoniam beati videntes culpas ⁊ penas damnatorum vel damnandorum nolunt ipſas. Non enim eſt veriſimile q̄ ipſi velint malum culpe nec pene etiaz alicuius. ſed omnis nolens aliquid inexiſtēs triſtatur/ ſm maiorem rationis predicte: ergo beati habent triſtitiam aliquam : quod eſt falſum. ergo maior illa non continet vniuerſaliter veritatem. ¶Secundo arguo contra minorem. Quoniam voluntas humana Chriſti nunq̄ a diuina voluntate in aliquo volito vel nolito diſcordauit. omne ergo quod voluit deus /voluit ⁊ Chriſtus. ſed deus voluit Chriſtum pati: ergo et ipſe Chriſtus: ergo malum pene ſibi inflicte non noluit / vt minor illa rationis predicte dicit / ſed voluit: nec per conſequens de ipſo triſtitiam

habuit quis infuit ⁊ euenit. ¶Ad primum potest dici duplicater vno modo/ q beati licet deo reuelãte vel quo modocunq; aliter videant malum culpe ⁊ pene reproborum/circa tamen huiusmodi malum intellectum nullus volendi vel nolendi elicitum habent actum. cum enim sint impassibiles/nec per consequens penam aliquã doloris vel tristitie possint pati/nullus actus est eis naturaliter possibilis/ quem passio aliqua tristitie vel doloris necessario consequat. ⁊ ideo quia ad huiusmodi actũ nolendi aliquid inexistens sequitur passio tristitie/ sicut ⁊ ad actum sensibiliter aliquid respuendi passio doloris per consequens non possunt in aliquem talem actum. ¶Ex quo videtur corollarie concludendum/ q esto q aliquod disconueniens sensibile obiectum/vt ignis/ deo permittente ⁊ volente/agat in corpus alicuius beati ipm realiter alterando/quod quidẽ obiectũ agens vt disconueniens ipse sensibiliter apprehenderet/non doleret. Ratio cuius est:quia sicut ad actum intelligendi qualecunq; obiectum non sequitur tristitia nisi mediante actu nolendi obiectum huiusmodi intellectum: ita nec dolor sequitur actum aliquem sentiendi nisi mediante actu sensibiliter respuendi. Sicut autez beati possunt aliquid intelligere quod non possunt nolle ne tristentur/ ⁊ per consequens patiantur:ita possent obiectum sensibile disconueniẽs eis presens sentire/absq; hoc q ipsuz sensibiliter respuerent ne dolerent. ¶Confirmatur/ quia non est inconueniens primam causam coagere secũde/⁊ coassistere ad aliquem effectum primum producendum/ non coagendo ipsi ad secundum posteriorem distinctum realiter a priori.sed actus intelligendi est ab actu volẽdi/ ⁊ actꝰ sensitiuus apprehendendi ab actu sensibiliter respuendi realiter distinctus/⁊ nature ordine prior ipsoergo ⁊c. ¶Secundo potest dici aliter/concedẽdo q beati videt ⁊ nolunt malum culpe ⁊ pene reproborum/ nec tamẽ aliqua tristitia sequitur actum nolendi ipsorum .quoniam licet naturaliter loquendo ad actum nolendi quodlibet inexistens sequatur necessario tristitia/ sicut ad presentiam agentis passum habentis proximum actio/ nõ tamẽ necessario absolute/cum per diuinã potentiam possit poni omne prius sine posterioi distincto realiter a priori. dolor autem supponitur esse posterior actu sensitiuo respuendi ipsum sequens: ⁊ tristitia simuliter actu nolendi ⁊ ab ipso realiter distincta:ergo non est impossibile/ diuina potentia mediante/poni actum nolendi inexistens/⁊ respuendi sensibiliter quodcunq; obiectũ sensibile disconueniens absq; aliqua consequente tristitia/vel dolore:ergo ⁊c. ¶Ex quo videtur necessario concedẽdum: q damnati actualiter sentientes ignem infernalem .ac etiam sensibiliter respuentes/possent nullum habere dolorem/ supposito (vt supponitur) q dolor eorum ab huiusmodi eorum actibus sensitiuis apprehensiuis ⁊ appetitiuis realiter sit distinctus. ¶Tunc ergo ad propositum dico q licet beati culpas reproborum videant ⁊ nolint/ non tamen tristantur deo supernaturaliter prohibẽte ne tristitia in eis actum huiusmodi consequatur. Ratio autem rationis predicte intelligenda est naturaliter loquendo/non quin supnaturaliter possit cõtrariũ euenire/vt videlicet actũ nolendi inexistẽs aliqua tristitia nõ sequatur. In Christo autem nõ fuit impedita aliqua tristitia sequens in ipo actũ nolendi aliquid inexistẽs. Ratio cuius est/quia ipse secundũ portionem inferiorem fuit passibilis ⁊ actu passus/quia ⁊ per hãc nobis meruit. Omnis aũt actus nolẽdi in ipo ad inferiorem pertinet portionem:quoniã portio inferior nature intellectualis est actus intelligendi vel volendi ⁊ nolẽdi inferiora. Superior vero/actus quo tendit in supremum/videlicet in deum. Per actum autem nolendi Christus non tendit in deum sed in ista inferiora:⁊ ideo actus nolendi quecunq; inferiora inexistentia consecuta fuit in Christo tristitia:quare ⁊c. ¶Ad secundum est dicendum q Christus absolute ⁊ simpliciter noti voluit/quoniã ⁊ deũ hoc velle cognouit:tñ secundũ quid ⁊ cõditionaliter noti noluit. Vidit enim mortis penã sibi disconuenientẽ/ ⁊ ideo licz simpliciter ipsam voluerit quia nobis vtilem ⁊ deo acceptabilem fore nouit/noluisset tamẽ ipsam si deus hominem aliter redimi ordinasset: ⁊ hoc ipse si deus voluisset amplius acceptasset:⁊ ideo sicut merces in tempestate proiciens vt euadat triste proicit licet volens/ qz nollet si periculz euadere aliter posset:ita in proposito est dicendũ. Tristitia enim nõ tñ sequit nolle impermixtum/ sed etiã nolle aliquid de voluntario habens admixtũ/ vt apparet in exemplo. ꝓposito euidenter.quare ⁊c. ¶Dec de secundo.

Quãtum ad tertium dico duo. Primũ

est q tristitia q̃ fuit in Christo sequens actũ nolendi malum pene/non fuit magna. Secũz q tristitia q̃ fuit in ipo sequens malũ culpe nolitum fuit magna ⁊ multo maior q̃ puma. ¶Primum apparet: quoniam cum tristitia sequatur nolle/quanto actus nolendi est intensior/ tanto tristitia eum sequens est vehementior: ⁊ per contrarium/vbi magis de voluntario q̃ de nouoluntario/⁊ per cõ sequens actus nolendi est remissior/vbi ⁊ tristitia consequens est minor.sed actus nolendi penã mortis vel quã cunq; aliam fuit in Christo remissus/qz nec impermixt⁹ sed conditionatus ⁊ cum voluntario mixtus.immo fuit in eo plus de voluntario q̃ de inuoluntario propter rationem predictam. Simpliciter enim voluit / secundũ qd ⁊ conditionaliter noluit:vt de proiciente merces in mare ad periculum euadendum est dictum. Sicut enim talis plus habet de velle q̃ de nolle ⁊ iõ proiectitia ⁊ Christꝰ ⁊ ideo voluntarie penam mortis subiit:ergo ⁊c. ¶Secundum videlicet q tristitia sequens in ipso nolitum malũ culpe/fuerit in ipso magna: ꝓbatur per idem.quoniam quanto actus nolendi est impmixtior ⁊ intensior tanto tristitia eum sequens est maior:sed actus nolẽdi malum culpe fuit in Christo impermixtus ⁊ absolut⁹ nihil habens de voluntario:nullo enim modo voluit malum culpe:ergo ⁊c. ¶Ex hoc sequitur/q magis Christus fuit tristatus de malo culpe aliorum/q̃ de malo pene alicuꝰ sibi inflicte.qua de magis nolito inexistẽte maior est tristitia in nolente:sicut ⁊ de magis volito maior letitia in volente:sed Christus magis ⁊ intensius nolut malũ culpe q̃ pene.ergo ⁊c. ¶Minor probatur primo:quia vt dictum est actus nolendi culpaz fuit in Christo impmixtꝰ non autẽ actus nolendi penam. Secundo/qz malus malum magis fuit ab ipso nolitum/sed culpa est peior q̃ sit pena.ergo ⁊c. Tertio/quia quilibet magis ⁊ intẽsius nõ vult seu respuit annullionez eius quod magis diligit: sed Christus magis dilexit in nobis vitam spiritualem que est per gratiã in presenti ⁊ per gloriã in sequenti seculo/ q̃ vitã ꝓpriã corporalẽ. Qõ etiã apparet/qz p vita huiusmodi spirituali electorum vedit vitã suam ꝓpriã corporalem:ergo magis nolut culpam vite gratie ⁊ glorie ablatiuã/q̃ penã sibi inflictã/ interimentẽ vitã ꝓpriam corporalem.quare ⁊c. ¶Dec de tertio.

Quãtum ad quartum & vltimum: dico q cum in Christo fuerit tristitia de duobus: videlicet de nolito malo culpe/ ⁊ de nolito malo pene: aut quaeritur de tristitia sequente nolitionem culpe / aut de tristitia sequente nolitionem pene. ¶Tunc hoc premisso po

no quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q maior pena fuit in Christo doloꝛ sequens actum sensus ꝗ tristitia sequens noluntatem pene. ¶ Secunda: q doloꝛ predictus fuit etiam in Christo maioꝛ ꝗ eius tristitia nolitam culpam sequens. ¶ Tertia est: q huiusmodi doloꝛ non fuit simpliciter maioꝛ pena immo aliquo modo minoꝛ tali tristitia. ¶ Quarta est: q tristitia de malo culpe habita simpliciter et vniuersaliter fuit in eo maioꝛ pena ꝗ tristitia habita de malo pene. ¶ Primã probo: quia doloꝛ fuit in Christo maximus: vt patuit ex precedenti questione tam extensiue ꝗ etiam intensiue modo ibi exposito: sed tristitia sequens penam nolitam/vt predictum est/non fuit in eo magna: ergo ꝛc. ¶ Confirmatur: quia quanto actꝰ quos sequuntur pene huiusmodi sunt intensiores tanto etiam pene ipse sunt maiores: sed actus sensitiuus respuendi penã sensibiliter apprehensam fuit in Christo maioꝛ et intensioꝛ/ꝗ actus nolendi penam intellectam sibi inflictam/cum iste (vt dictum est) habuerit multum de voluntario/qđ non habuit nec habere potuit actus eius aliquis sensitiuus/cum iste non sit in hominis potestate: ergo maioꝛ fuit in Christo doloꝛ sequens actum sensitiuum respuendi penam ꝗ tristitiã sequens actum nolendi illatam sibi huiusmodi penam. ¶ Secunda conclusio: videlicet q doloꝛ ille maioꝛ fuerit in Christo ꝗ tristitia de nolito malo culpe: ex hoc videtur posse probari: quoniam actus sensitiui non sunt in hominis potestate: ergo cum Christus obiectum sensibile disconueniens: puta penam sibi inflictam sensibiliter apprehenderit et respuerit/apprehendit et respuit sensibiliter intensius quo potuit: sed intensissime/et magis ꝗ aliquis alius homo potuit: pro quanto corpꝰ quo mediante huiusmodi actus sensitiui eliciuntur melius dispositũ atq; cõplexionatum ꝗ aliquis alius habuit: ergo magis huiusmodi penam sibi inflictam sensibiliter respuit: et per consequens de ipsa magis doluit sensibiliter ꝗ aliquis alius de ipsa pena sibi inflicta dolere aut ipsam respuere potuisset: sed actus omnis nolendi quãcũq; culpam esse/est in nolentis potestate/vt videlicet sit intensioꝛ vel minus intensus: in cuius autem potestate est ad quantum ad intensionẽ eius/et remissionem: est et cõsequens qđ ẽm ipsum antecedens intenditur vel remittitur: cum igitur tristitia sit consequens ad actum nolendi/intensibile ꝛ remissibile/ẽm intensionẽ ipsius actus nolendi: per consequens quantus fuit actus nolendi quo culpam noluit/tanta fuit in eo tristitia huiusmodi actum sequens: sed actus huiusmodi potuit in eo moderari ẽm dictamen debite rationis ꝛ sic fuit moderatũ: tãtũ enim ꝛ non amplius culpam aliorum noluit/quãtum nolendam eam recta ratio dictauit ac demostrauit. Nec videt q de facto tãtũ ipsam noluerit quãtũ penam sibi illatam sensibiliter respuit/cum ipsam ꝗ intensissime potuit sensibiliter respuerit: sed si maioꝛ fuit in ipso respuntio sensitiua pene ꝗ nolito culpe/etiam maioꝛ fuit doloꝛ sequens respuitionẽ pene ꝗ tristitia sequẽs nolitionẽ culpe: ergo ꝛc. ¶ Confirmatur: quia licet ẽm rectum rationis dictamen ẽm deum magis quilibet debeat nolle culpam alterius ꝗ penam propriam corporalem: et per consequens magis tristari de culpa aliena ꝗ de propria sua pena: non tamẽ videtur q ẽm debeat nolle culpam alterius: nec per consequens de ipsa tãtũ tristari quãtũ penã mortis sensibiliter sibi inflictam sensibiliter respuit velit nolit: et de ipsa per consequens doleꝛ. Omnis enim tristitia ita magna necessario impediret naturaliter loquẽdo/vsum debite rationis: sicut et doloꝛ impedit penam huiusmodi sequẽs sensibiliter apprehensam. Propter qđ talis tristitia non esset laudabilis sed magis vituperabilis. Et ideo dicit beatus Franciscus in regula nostra q cauere debẽt fratres ne irascãtur ꝛ cõturbentur ꝓpter peccatum alicuius/cuius rationem subdit: q ira ꝛ cõturbatio in se ꝛ in alijs impediunt charitatem: nec ẽm ira actum impedit charitatis: sed etiam vt videtur) tristitia excessiua: quare ꝛ turbatio ꝛ tristitia idẽ dicunt. Omnis enim in mente turbatus est contristatus et etiam ecõuerso contristatus est mentaliter conturbatus: quare ꝛc. Ergo licet Christus magis tristatus fuerit de malo culpe aliorũ ꝗ de proprio malo pene: quia et magis culpam noluit ꝗ penam: non tamen magis noluit ipsam culpã ꝗ sensibiliter respuerit suã penam: immo econuerso magis suam penam sensibiliter respuit ꝗ aliorum culpam noluit: ꝛ per consequẽs maioꝛ fuit in eo doloꝛ sequens respuitionem pene sensibiliter apprehense/ꝗ tristitia sequens nolitionẽ culpe aliorum precise. ¶ Tertia ꝯclusio: videlicet q predictus doloꝛ licet fuerit maioꝛ: non tamen simpliciter maioꝛ pena ꝗ tristitia supradicta: ex hoc potest ꝓbari/quoniam tanto pena est maioꝛ quanto est abiectior et remotior meliotis boni: sed letitia quã patiatur tristitia est melioꝛ delectatione sensitiua quã patiatur doloꝛ: sicut et actus intellectiui et appetitui quos tristitia ꝛ letitia sequuntur sunt actibus ossus sensitiuis quos doloꝛ sequitur vel delectatio doloꝛi contraria meliores: ergo ꝛc. ¶ Est tñ hic intelligendum q ꝑna potest dupliciter dici maioꝛ. Uno modo quia magis afflictiua: alio modo quia meliotis boni remotiua. Primo modo doloꝛ fuit maioꝛ: pena forte in Christo ꝗ tristitia habita de culpa nolita aliorũ: quo etiã modo videtur q pena sensus dãnatorum sit maioꝛ ꝗ pena dãni ipsorum. Propter penam enim sensus qua sensibiliter affliguntur videtur intelligenduꝫ illud Apo. verbũ in quo dicitur q desiderabũt mori et fugiet mors ab eis. Secundo autem modo pena damni ipsorum videtur maioꝛ/quia est carẽtia summi boni: videlicet visionis et fruitionis dei. Et hoc modo intelligenda est tertia conclusio supradicta: videlicet q doloꝛ in Christo nõ fuit maioꝛ pena ꝗ tristitia de culpa aliorꝫ habita/imo minoꝛ. Modo consimili posset dici de tristitia eius sequente nolitionem pene: videlicet q licet fuerit minoꝛ ꝗ doloꝛ: vt dicit etiam prima conclusio supradicta: nõ tamen fuit maioꝛ pena/secundo modo sed primo. Fuit eñ magis afflictiuus doloꝛ ille ꝗ tristitia ide sequẽs: ipsa tamen tristitia potuit dici maioꝛ pena/quia melioris passionis videlicet gaudij vel letitie exclusiua. ¶ Quarta conclusio: videlicet q tristitia de malo culpe habita fuerit in ipso simpliciter maioꝛ pene ꝗ tristitia habita de malo pene apparet. Primo/quia illa tristitia fuit in se maioꝛ: vt patet ex articulo precedenti: quanto maioꝛ autem est tristitia: tanto amplius est afflictiua. ¶ Secundo q fuit maioris gaudij exclusiua. Magis eñ Christus fuisset gaudsus de vita aliorum spirituali ꝗ de vita propria corporali: sed tristitia de malo culpe habita fuit exclusiua gaudij qđ habuisset de vita aliorum spirituali: tristitia autem de pena ipsi inflicta fuit exclusiua gaudij qđ de vita corporali propria habuisset: ergo tristitia de culpa aliorum nolita subsecuta fuit in Christo maioꝛ: tum quia magis afflictiua: tum quia melioris boni: quia videlicet maioris gaudij exclusiua/ꝗ tristitia de pena sibi inflicta. ¶ Sic ad questionem.

¶ Ad rationẽ in principio est dicendũ: q cum tristitia sit passio sequens nolitũ: ꝛ letitia volitum inexistens: per cõsequens licet illa sint vt circa idẽ obiectũ cõtrarie passiones: cũ idẽ nõ possit esse volitum et nolitum: nõ tamen circa aliud et aliud obiectũ cum possim vnũ velle ꝛ aliud nolle. Et ideo qꝫ Christus fuit beatꝰ: obiectũ qđ habuit summe voluit: de quo voluto inenarrabilẽ letitiã habuit. Tantũ enim

mortē do habuit/quātā modo/cum hoc tamen q̄ hoc obiectum voluit alia noluit: videlicet supradicta: puta culpam et penam: et ideo ad illa nolita que infuerunt extitit in ipso tristitia subsecuta: cum tristitia sit de ijs que nobis nolentibus accidunt: vt est superius sepe dictum. ¶ Si dicatur q̄ etiam modo Christus nollet culpam de qua tñ inexistente licet nolita non tristatur. Dicam q̄ hoc non est propter formalem repugnantiam inter talem tristitiam et letitiam gloriam consequentem: sed quia nunc deus non vult amplius pati Christum: sicut nec aliquem beatum: et ideo impedit ne in eis sequatur aliquid ipsorum afflictiuum. Non sic erat aut fuit de Christo morēte et in mūdo vsq̄ obitū remanente: cum passibilis passus fuerit ſm positōem inferiorem licet non ſm superiorem. Ad omnem enim actū in ipo elicitū circa quodcūq̄ obiectum aliud a supremo potuit in eo sequi et secuta fuit dolens passio: si obiectum sensibiliter apprehensum disconueniens: vel delectano si conueniens: vt in cibo et potu conuenienti fuit sensibiliter delectatiue: et tristitia circa nolitū/et letitia circa volitum.



Circa distinctionē decimam sextā in qua magister inquirit an in Christo fuerit necessitas moriendi: quero primo de passibilitate et mortalitate corporis Christi. Secundo de mortalitate totius hominis assumpti. ¶ Quantum ad primum. Quero vtrū corpus Christi fuerit necessario passibile et mortale. ¶ Et videtur q̄ sic: quia corpus Christi eiusdem rationis fuit cum corporibus omnium hominum aliorum: sed omnium aliorum hominum corpora sicut et quelibet inferiora alia necessario sunt passibilia/et corruptibilia. Sola enim supiora sunt incorruptibilia: ergo cum corruptibile et incorruptibile non sint eiusdem rationis: oportet dicere Christi corpus fuisse corruptibile et mortale. ¶ Contra: quia idem corpus qđ Christ⁹ habet nunc in celo/habuit in hoc mundo/sed nunc corpus eius non est corruptibile nec mortale: ergo ꝛc. ¶ Responsio. Primo excludam vnum modum dicendi. Secundo dicā aliter ad quesitum. Tertio tangam et soluam aliqua dubia circa dicta.

Quātum ad primum: dicitur a quibusdam q̄ corpus Christi fuit miraculose necessario passibile vel corruptibile et mortale: pro quanto videlicet gloria anime ipsi coniuncte in ipsam non redundauit. Gloria enim anime redundans in corpus cuiuslibet beatorum reddit ipsum impassibile et immortale: est autem quantum est ex se gloria anime semper in corpus sibi coniunctum nata redundare: et per cōsequēs ipsum impassibile reddere: sicut calidum est aptum calefacere naturaliter combustibile seu calefactibile sibi presens. Et ideo q̄ gloria anime Christi in corpus nō redundauit: nec per consequens ipsum impassibile reddidit: hoc factum est per diuinam potentiam et miraculose: sicut miraculum esset ſi calidum non calefaceret calefactibile sibi presens. ¶ Sed contra istum dicendi modum arguo primo sic. Illud quod non potest corpori corruptibili aliqđ imprimere nec aliqđ in ipm actuum eius destructiuū impedire: nec potest ipsum incorruptibile reddere. Hoc apparet: omne enim aliquod corruptibile faciens incorruptibile et corrumpi non posse/habet hoc facere vel producendo in eo aliquid eius a corruptione preseruatiuum: vel impediendo ne aliquod agens ipsum corrumpere potens agat in ipsum: sed gloria anime consistens in visione et fruitione diuina: cum sit quoddā accidens spirituale: non est alicuius forme corpori coniuncto anime impressiua: nec alicuius ipeditiua agētis intrinseci aut extrinseci corporis corruptiui. Hoc apparet: nec enim intellectio vel volitio dei magis q̄ intellectio vel volitio cuiuscūq̄ alterius obicet: potest in corpus aliqđ agere: nec ignem vel quodcūq̄ aliud actuum principium in ipsum modo aliquo impedire: ergo ꝛc. ¶ Confirmatur: quia aut intelligunt q̄ gloria anime accepta quiditatiue vt distincta ab obiecto: quod deus est: in corpus redundat: ipsumq̄ impassibile reddit: aut intelligunt q̄ hoc facit gloria non vt quiditatiue sed vt obiectiue accepta: videlicet deus ipse gloria mediante: sed non potest poni primum: quia per nullum spirituale accidens in corpus nihil agere potens: quale est gloria anime sic accepta: potest corruptibile effici incorruptibile: vt dictum est. ¶ Preterea: quia magis videretur corpus posse effici incorruptibile per animam intellectiuam q̄ per gloriam: tum quia anima est incorruptibilis et substantialis forma. gloria vero accidentalis: et corpori magis extrinseca forma: tum secundo: quia anima est forma actiua: non sic autem gloria. Si ergo anima non potest corpus: qđ informat substantialiter: facere impassibile: multo minus hoc poterit facere gloria anime in corpore non existens: nec in ipsum aliquid agere potens. Si autem secundo modo accipiunt gloriam: videlicet obiectiue seu in simul cum obiecto: vt sit sensus: gloria redundat in corpus ipsumq̄ facit impassibile: hoc est deus ipse: hoc mediante gloria anime in corpore operatur: tunc arguo: quia aut intelligunt q̄ deus mediante gloria anime facit corpus ei coniunctū impassibile producēdo in eo aliquam qualitatem vel quācūq̄ formam aliam ipsum a corruptione omni ꝛ a passione ipsi possibili preseruantem: aut impediendo seu suspendendo actionem omnem cuiuscūq̄ agentis corporis corruptiui. Si primū: talis in corpore producta qualitas a qua est eius ipassibilitas/nō magis exigit seu presupponit gloriam anime q̄ econtrario gloria anime exigat huiusmodi corporis qualitatem: ergo nec magis deus facit per talem qualitatem corpus impassibile mediante gloria anime/q̄ facat animam beatam mediante tali corporis qualitate: nec p cōsequēs magis quantum ad huiusmodi incorruptibilitatem redundat gloria anime in corpus q̄ corporis incorruptibilitas seu huiusmodi eius qualitas a qua est eius incorruptibilitas redundat in ipsam animam. Si autem detur ſm qđ et reputo verū: tunc arguo: quoniam non minus potest deus impedire et omnem actionem cuiuscūq̄ corruptiui agentis corporis suspendere non existente gloria in anima q̄ existente: sicut et de facto aliquando impediuit: vt patet in tribus pueris in fornacem immissis: in quorum corpora ignis nihil egit: nec agere potuit/cum tamen ipsi non essent beati: sed qua ratione deus potuit impedire et suspendere actionem ignis/eadem et alterius cuiuscunq̄ agentis tam extrinseci eorum corporibus/q̄ intrinseci: et per consequens eorū corpora sine essentiali anime gloria immortalia et impassibilia facere isto modo: ergo ꝛc. ¶ Preterea secundo ad idem sic arguo: aut intelligunt q̄ gloria anime redundat in corpus: quia deus mediante ipsa facit corpus impassibile/mediante videlicet gloria vt impassibilitatem huiusmodi corporis causaliter attingente: aut mediante ipsa absolute vt tanq̄ effectiue huiusmodi impassibilitatem corporis continente/sed primum non potest poni vt probatum est/cum gloria in corpore coniuncto anime ni-

hil possit causare/nec corruptiuum eius aliquod impedire: ergo relinquitur secundū: sed si deus facit corpus impassibile mediāte gloria isto modo vel hoc erit tāq̄ mediāte aliquo ad corporis impassibilitatem necessario exacto vel tanq̄ non necessario exacto/sed vt de facto contingenter primo producto: sed non potest poni primum vt superius est deductum. Non enim magis ad corporis impassibilitatem quomodocūq̄ intellectum necessario requiritur anime felicitas/q̄ econuerso ad anime felicitatem corporis impassibilitas: ergo relinquitur secūdū videlicet q̄ deus non facit corpus impassibile mediante gloria anime/nisi tanq̄ mediante aliquo contingenter primo ꝓducto: scz videlicet q̄ possit facere econtrario: puta q̄ primo corpus faceret impassibile antecq̄ gloriam conferret anime: ergo non est maius miraculum animam esse beatam sine corporis ipsi conuneti impassibilitate q̄ corpus esse impassibile sine gloria anime sibi/corpori videlicet impassibili coniuncte: quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum : vbi aliter est

dicendum/pono per ordinem quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ corpus Jesu Christi fuit corruptibile et mortale. Hec probatur/quoniā omne habēs materiam et formam eiusdem rationis cum materia ꝛ forma aliorum corruptibiliū corporum humanorum: ergo ipsum fuit corruptibile et passibile sicut quodlibet aliorum. ¶ Preterea secundo arguo sic ad idem. Omne habens contrarium extrinsecum ꝛ in se aliquo modo intrinsecum ex cōtrariis actuis ꝛ passiuis cōstitutum est passibile et corruptibile: sed corpus Christi non obstante anime sibi cōiuncte beatitudine/habuit in se sicut alia hominum corpora qualitates actuas et passuas: habuit etiam extrinseca actiua contraria: ergo ipsum fuit necessario corruptibile et passibile tā ab intra q̄ etiam ab extra. ¶ Sed contra istas rationes arguitur: quoniam eisdem ꝓbatur q̄ corpus Christi sit etiam nunc corruptibile in celo/cum materiam ꝛ formam ꝛ omnia alia habeat eadē que habuit in mundo: sed constat ipsum nunc esse ipassibile ꝛ incorruptibile: ergo ꝛc. ¶ Respondeo q̄ corruptibile et passibile vt in proposito sumitur/dicitur omne illud quod potest pati et destrui ab aliqua causa secūda: nulla autem secunda causa potest corrumpere nec aliquid agere nisi prima coagēte vel ipsam agere ꝑmittente: statuit autem deus nunq̄ permittere aliquam secundam causam intrinsecam vel extrinsecam agere ad corruptionem alicuius corporis glorioſi: quale est nunc corpus Christi: cōcedendum tamen videtur ipsum nunc ꝑm se ita esse corruptibile et ab eisdem causis: videlicet tam intrinsecis cōtrarijs qualitatibus in eo existētibus q̄ etiam ab extrinsecis/in celo sicut fuit in mūdo cum sit idem numero et eadem in se habens. Nisi forte dicatur q̄ etiā deo permittente nō posset pati nec corrumpi ab aliquo a quo antea corrumpi et pati poterat propter aliquam formam ipsum impassibile facientem in eo supernaturaliter introductam: quod nō videtur rationabile nec forte possibile: vt in quarto poterit apparere. ¶ Esto etiam q̄ hoc sit verum: ad huc predicte rationes concludunt intelligendo eas de corporibus ꝑm se sumptis: vt carentibus talibus formis quib⁹ mediātib⁹ corruptibile ꝑm se/incorruptibile possit reddi: sicut constat corpus Christi caruisse tali forma quā habet in presentiarum: quare ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: q̄ corpus Christi fuit non miraculose seu supernaturaliter: immo ita naturaliter corruptibile sicut fuisset si coniunctum fuisset anime nō beate. Hec probatur: qm̄ omne q̄ ex se est naturaliter tale: remanet nō supernaturaliter sed naturaliter tale quocūq̄ a se alio posito vel remoto. Hoc apparet in exēplo. Quia enim homo naturaliter per se est risibilis ideo semper est risibilis quocūq̄ ab ipso alio/posito vel remoto. Jdē apparet de calido semper calefactiuo: sed omne compositum ex contrarijs qualitatibus et habens esse cōtrarium extrinsecum in se actuum est naturaliter passibile ꝛ corruptibile ꝑm se: tale autem fuit corpus Christi: ergo ꝓpter gloriā anime positā/non minus fuit naturaliter corruptibile. ¶ Confirmatur: quia q̄ est tale quale debet esse ex natura sua/e existēre in ipso quocūq̄ alius non impediuo nō est supnaturaliter sed naturaliter tale: sed Christi corpus existens corruptibile fuit tale quale debuit ex se esse: sicut enim celum ex sua natura est incorruptibile/ita ꝛ corpus humanū corruptibile: cuius corruptibilitatis gloria inexistens alie corpori cōiuncte nō erat impeditiua/quia nec incorruptibilitatis illi contrarie inductiua: vt superius est ostensum. ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio que sequit ex dicta est q̄ corpus Christi est nunc supnaturaliter ꝛ miraculose incorruptibile ꝛ impassibile. Hec pōt probari: qm̄ q̄ aptū natū secundū se i aliquid agere nunq̄ posset in ipm agere: ꝛ q̄ aptū natū ex se pati ab aliquo nō possit pati ab ipo: hoc nō est possibile nisi supnaturaliter prime cause/ꝛ per cōsequēs miraculose: sed corp⁹ Christi quātum ex se ab eisdē agentib⁹ posset nunc pati in celo a quibus passibile fuit in mūdo: ergo q̄ talia ipsi approximata agēnia nunc nō possint in ipsum agere/hoc miraculose/ꝛ p diuinam potentiam. sicut q̄ ignis non possit stupā cōburere/habet esse. Maior est cuidēs in exemplo de igne vel de quocūq̄ actuo principio non agēte in passum debitū sibi ꝑsens. Hoc enim non potest accidere nisi supnaturaliter et p diuinā potētiā actiōem cuiuslibet cause secūde potētē suspendere ꝛ ne eueniat impedire. Minor declaratur: qm̄ sicut risibilitas est passio ꝓpria hominis: ita et corruptibilitas seu passibilitas est passio: licet non conuertibilis/sed transcēdens ipsius ac eius corpora. Et sicut ois homo eiusdē rationis est risibilis: ita ꝛ omne corpus humanū eiusdem rationis est passibile: ergo nō est minus miraculū ponere corpus humanū incorruptibile in q̄ nullū agēs secūdarū possit agere/q̄ ponere hominē qui non possit ridere: vel ignē qui nō possit calefacere: vel accidēs q̄ nō possit subiecto alicui iherere. ¶ Ex quo iferf corollarie q̄ sicut hoc est ipossibile: ita et illud. Licet enī deus possit ipedire ne accidens vnq̄ actu iheret: ꝛ ne calidū calefaciat/vl̄ hō rideat: nō tñ potest facere accidēs cui repugnet iherere: nec calidū cui repugnet calefacere: nec hoiem cui repugnet ridere. Et ita etiā in ꝓposito licet de⁹ facere possit ꝛ faciat corpora humana pati⁹ corruptibilia eiusdē rationis existētia nec vnq̄ corrūpātur: nec ab agēte iextrinseco nec extrinseco patiant: ipossibile tñ. vt videt/est ipsa fieri sic q̄ eis repugnet ꝑm se/pati ab alio agēte cōtrario ꝛ corrūpi: q̄re ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio est: q̄ nō est minus miraculum nō posse corrumpi nec pati corpus humanum cōiunctum anime beate/q̄ cōiunctum anime nō beate. Hec appareat: qm̄ idem miraculum nō est minus q̄ est cum alio posituum ad q̄ nō necessario sequitur nec naturaliter sed supernaturaliter et cōtingenter/q̄ q̄ positum sine illo tñmō p seipsum: sed corpus humanum ex se passibile ꝛ corruptibile nunq̄ actu posse ab aliqua secunda causa corrumpi nec pati est miraculum magnū: et animā habere beatitudinē est etiā miraculū ꝛ possibile soli deo: ad hoc aūt videtz ad alie coniuncte corpori beatitudinem nō necessario sequi: sed contingenter et supernaturaliter corpus nō posse pati: vt in ꝓximo articulo

est deductum: ergo ꝛc. ¶ Confirmatur: quia cōstat a deo ita fieri posse corpus informatū alia non beata nō posse vnq̄ pati ab aliqua causa secunda/sicut informatū alia beata/cū beatitudo nihil penit⁹ faciat ad hm̄ōi impassibilitatē magis q̄ impassibilitas ad ipsam animę beatitudinē seu felicitatē: ergo p hoc q̄ in eodē homine ipassibilitas ꝛ felicitas alię cōiūgūtur/miraculū nō diminuitur intēsiue/sz augetur quodāmō extensiue: p quāto tūc sunt duo miracula totaliter disparata: videlicet alię felicitas ꝛ corporis ipsi cōiuncti ipassibilitas. Si aūt esset corpus ipassibile informatū alia nō beata/vel passibile informatū alia beata: vt fuit Christi corpus/tunc esset tm̄ alterum miraculum predictorum: ergo ꝛc. ¶ Et hec de secundo.

Quātum ad tertium & vltimum : sunt

inter alia duo dubia circa dicta. ¶ Primū est: quomō q̄ sm se est corruptibile posset effici incorruptibile et ipassibile. Non esm magis videt possibile/corruptibile posse effici icorruptibile q̄ ecōtrario: sed ecōtrario est ipossibile: videlicet icorruptibile fieri corruptibile: ergo ꝛc. ¶ Secūdū est: cū corpus Christi verbo vnitū q; passibile et nutribile p actionem virtutis nutritiue mlras partes de nouo acq̄siuit ꝛ alias priores amisit/ qua virtute ꝛ quo miraculo nouiter acq̄site fuerit verbo vnite. et perdite ab ipso separate. ¶ Ad primū potest dici dupliciter/vno mō q̄ corruptibile sm se fieri icorruptibile pōt intelligi dupliciter/vno mō absolute ꝛ simpliciter: videlicet q; sic fiat incorruptibile q̄ sibi nō repugnet oīno ab oi causa secūda corrūpi et pati: ꝛ cuicūq̄ causę secunde repugnet m ipsum agere: et hoc mō nō videt aliq̄ corruptibile posse fieri icorruptibile/magis q̄ ecōuerso: nec corp⁹ Christi nec alicui⁹ alterius beator̄ videt sic esse incorruptibile. Alio mō q̄ fiat icorruptibile sm quid/sic intelligendo q̄ licet sint multa a quibus ipsum possit sm se pati: ꝛ illa in ipsum agere naturaliter/nō tm̄ pōt fieri/prima causa hoc supernaturaliter ꝓhibēte: et actiōes quorūcūq̄ agentū suspēdēte: ꝛ hoc mō corruptibile fieri icorruptibile nō est ipossibile: q; nec est aliud q̄ oē actiuū in aliud ne in ipsum agat p diuinā potētā impediri: hoc aūt ꝓstat esse possibile deo: ꝛ hoc mō forte corpus cuiuslibet beator̄ erit incorruptibile: q̄re ꝛc. ¶ Et ideo q̄si dicāt/q̄ non magis est possibile corruptibile fieri incorruptibile q̄ ecōuerso. Concedo ista videlz corruptibile ꝛ incorruptibile absolute et simpliciter accipiēdo. Nec esm simpliciter accipiēdo corruptibile pōt fieri simpliciter incorruptibile magis q̄ econuerso: corruptibile tm̄ simpliciter pōt fieri incorruptibile sm quid modo p̄dicto/ deo videlicet actionē oīs corruptiui principiū suspēdēte: qō icorruptibile sic effectū posset fieri corruptibile sicut prius deo agēte cessante corruptiua ipsius in ipsum agere p̄mittēte. ¶ Secūdo forte posset aliter dici/videlz q; corpora beator̄ efficiūtur incorruptibilia ꝛ ipassibilia simpliciter: vel p aliquā formā mediantē: vel per quācūq̄ viā alia possibilē/deo notā. Licet tm̄ corp⁹ humanū corruptibile in pīem efficiatur icorruptibile in sequēti: nō tm̄ incorruptibile puta celū potest fieri corruptibile. Et ratio huius est: q̄m incorruptibile est cui nō correspōdet aliquod agēs contrariū in natura: tale aūt nō potest pati seu recipere formā aliquā sibi icōpossibilē ab agēte aliquo limitato/ cū formā aliam incōpossibilē nō possit introducere nisi agens contrariū q̄ incorruptibile nullum habet: et ita per consequens impossibile est icorruptibile naturaliter corrumpi aut corruptibile fieri/cū nihil naturaliter possit corrumpi cōmuniter nisi ab aliquo agente formā aliquā ipsi incōpossibilē virtualiter continēte. Econuerso aūt illud q̄ est ex se corruptibile potest nūq̄ posse corrūpi: et p consequens incorruptibile fieri/deo faciente/vel imediate per se/vel mediante aliqua forma actioni cuilibet resistente: quo modo celum non est incorruptibile/ sz tm̄ formaliter per seipsum: quod aūt est tale formaliter nullo addito sed seipso/non potest nō esse tale. et econuerso omne tale per aliquod extrancū ab eo realiter distinctū/potest non esse tale. Ex quo sequitur q; corpora beator̄ quocūq̄ p̄dicto⁹ duo⁹ modo⁹ ponā tur incorruptibilia nō sunt icorruptibilia sicut celū et alia superiora corpora cū eis sm se non repugnet corrūpi naturaliter absolute et simpliciter sicut ista. De hoc aūt vtrū sit verius super quartū inquirek plurius. ¶ Ad secūdū dubiū dicēdū q; cū corpus Christi fuerit nutribile: ꝛ p cōsequēs naturaliter corruptibile/ei⁹ partes deperdite naturaliter fuerunt corrupte ꝛ a verbo separate. Omne esm vnitū alteri naturaliter corruptibile/est etiam ab eo naturaliter separabile: cum corruptū nō possit remanere vnitū. Partes esm corporis acquisite fuerūt naturaliter generate ꝛ preexistēti bus corpori partib⁹ addite: non tm̄ naturaliter sed supernaturaliter diuina virtute ꝛ miraculose antiquo/vel (qō magis videtur) nouo miraculo verbo vnite: licet enim virtus nutritiua fuerit ipsaꝫ naturaliter ꝓductiua: nō tm̄ verbo vnitiua. ¶ Et si cōtra hoc arguaꝫ: q; qua ratione partes deperdite fuerunt naturaliter separate a verbo/eadē nouiter generate potuerunt ipsi naturaliter copulari. Dicendū/q; nō est simile ꝓpter duo. Primo/q; in corruptione partiū verbo psonaliter vnitarū nō est ꝓpue separatio. Tunc esm cōiūcta ꝓpue diuidūtur qm̄ post diuisionē manēt: et hoc nō ita est naturaliter ipossibile aliquid verbo vnitum ab ipso separari sicut nō vnitū ipi nouiter copulari. q; esto q; corp⁹ Christi fuisset naturaliter diuisum ꝓpter hoc non fuisset verbū actione diuidēte ab aliqua parti separatum/ sed aut vtriq; partiū remansisset vnitum/vel si aliqua ab eo fuisset separata/hoc nō naturaliter sed supernaturaliter factum fuisset diuina virtute. Et ideo non sequit si partes corrupte naturaliter non manent vnite q; naturaliter ꝓducte ipsi vnite naturaliter sint vnite. ¶ Secundo/q; partes corruptas ipossibile est verbo esse vnitas: producte aūt possunt existere non vnite: et ideo nō sequit: partes naturaliter corrupte fiunt naturaliter nō vnite: ergo et naturaliter genite naturaliter sunt vnite. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē in pīmo pto patet solutio ex dictis in corpore questionis.

Secundo quero de mortalita-

te totius hois assumpti: videlicet vtrū in potestate Christi fuerit nō mori ex violētia passiōis ipsi illate. ¶ Et videt q; sic/ per illud. Jo. 4. vbi Christus dixit. Potestatē habeo ponēdi animā meā: ꝛ ego pono animam meā a me ipso: et nemo tollet eā a me. et similia ibi multa. Sed cōstat q; Christus nō potuit animā suā eam a verbo/sed tm̄modo a corpore separādo: ergo sicut potestatē habuit ipsam separādi a corpore/ita ꝛ nō separādi: ꝛ p ꝓsequēs nō moriēdi. ¶ Contra/q; violētia ul la passionis ipsi illate ineristēte/vnitā animā corpori remanere fuit naturaliter ipossibile: ergo ꝛ ipsum non mori: sed Christus vt homo non potest aliquid supra naturam: ergo ꝛc. ¶ Solutio. Ubi primo excludam vnum dicendi modum. Secundo dicam aliter ad q̄stum. Tertio soluam aliqua dubia circa dicta.

Quantum ad primum : dicitur a qui-

busdā q; si alia Christi fuisset absolute sibi dimissa/q; fuit gloriosa/eius gloria redundasset in corpus: et per ꝓsequēs in potestate alie fuisset nō mori ex aliqua passione: sed q; corpus tali alia informatū fuit sine aliqua

redundãtia glorie in ipsum/ideo fuit per passionẽ corruptibile: nec fuit in potestate alie ipsum a passione huiusmodi preseruare. ¶ Sed hic modus dicẽdi est irrationabilis ꝓpter duo iter alia. ¶ Primo/quia gloria anime vt accipit/nunq̃ redũdat in corpus: nec ipsum impassibile seu incorruptibile facit magis q̃ corporis ipassibilitas seu icorruptibilitas redũdet in aiam efficiendo ipsam beatã. Non cũ plus aliqua accidentalis forma alie aliquid agit vel facit in corp⁹/q̃ corp⁹ ipm vel aliqua eius forma in aiam/vt patuit ex questione ꝑcedẽti: quare ꝛc̃. ¶ Secũdo/qz esto q hoc esset verũ videlz q gloria alie redũdaret sic in corpus ipsum impassibile faciendo: tunc corpus ipsum non posset pati ab aliquo agente secundo: nec p ꝓsequẽs bene dictum est esse in potestate anime beate beatitudine in corpus redũdãte non mori ex passione ipsi illata: cũ tũc nulla passio posset iferri. ¶ Confirmatur: qz si aliqua passio corpori posset iferri: tũc corp⁹ nõ esset ipassibile cuius cõtrariũ supponit: nec etiã nõ mori esset in anime potestate si corpus iformarũ anima posset pati: quoniam l cui⁹ potestate nõ est aiam a corpore nõ diuidi nec hominẽ nõ mori: cũ hoiem mori nõ sit nisi aiam a corpore separari: sed si corpus gloriosum posset pati/puta diuidi/non esset in anime beate potestate ipsum ab eo diuidi: nõ posset enim corpus qualitercũq̃ diuisum realiter informare: ergo ꝛc̃. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi aliter est

dicẽdũ: pcmitto primo ad huius euidentiã q̃ triplex violẽtia posset inferri homini: ex qua posset contingere/imo necessario naturaliter contingeret ipsum mori. Prima est anime a corpore separatio absq̃ aliqua cuiuscũq̃ substãtialis vel accidẽtalis forme corruptiõe. Sicut cũ anima nõ necessario absolute sed cõtingenter vnitur corpori organizato ꝛ vitimate dispposito: ita posq̃ vnita est/separabilis est ab ipso cuiuscũq̃ forme corruptiõe aliq̃ precedẽte: sed nõ põt homo manere viuus ipa aia a corpore separata: ergo ꝛc̃. Secũda violentia est corruptio alicuius accidẽtalis forme requisite ad hoc vt corpus aia naturaliter informetur seu introductio alicuius qualitatis siue cuiuscũq̃ forme accidẽtalis incõpossibilis animationi seu informationi passiue humani corporis absq̃ tũ corruptiõe puta: vel expulsione alicuius forme substãtialis. Et isto nõ de cõmuni cursu accidit mors in hoibus. Tertia violentia esset si aliqua substãtialis forma: puta corporis/corrũperetur vel a materia diuideretur ꝛ separaretur. siue cũ forma humani corporis corrũperetur siue a materia diuideretur: oportet aiam a tali perfectibili separari: ꝛ p ꝓsequẽs hoiem mori cũ ꝓcedibile per ipsum sit corpus ex materia ꝛ forma corporea cõstitutum.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones.

a partib⁹ sit distictū/ipossibile est ip̄z existere sine omnibus partibus suis vnione: ergo aia a corpore realiter separata impossibile est hominē permanere: ꝛ in triduo mortis Christi anima eius intellectiua fuit realiter a corpore separata: ergo et homo assumptus destructus totaliter et corruptus: sed qđ nō est/ in aliquo esse non potest/ ergo in morte non fuit homo in verbo: sed verbum non dicit esse homo nisi quia in ipso realiter sustētat homo/ ergo in triduo nō extitit vere homo. ¶ Cōfirmat: quia sicut impossibile est subiectū aliquod esse albū destructa albedine in ipso existēte qua precise antea erat albū: ita et verbū esse hominē destructo homine quo est homo: sed in morte is homo fuit destructus cum eius partes fuerit separate a se mutuo licet non a verbo: ergo ꝛc. ¶ Nec valet si dicat ꝙ partes ābe mā serūt verbo vnite/ qm̄ partes nō sunt homo: immo ab ipso vt supponit realiter distincte: nihil autē potest dici homo quia habet aliqua quecūq; que ab homine essentialiter sunt distincta/ magis q̄z subiectū dicatur albū/ quia nigredine informatū: ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur corollarie/ ꝙ si totus homo a partib⁹ est distinctus dei filius in morte desitit esse homo aliquo dimisso qz corrupto/ videlicet ipso toto assumpto quo antea erat homo: et in resurrectione fuit nouiter secūdario factꝰ homo aliquo ꝓducto nouiter et assumpto. videlicz huiusmodi toto in morte destructo: et ita in resurrectione Christi nō em̄ fuit anime cum corpore facta vnio: sed ea ex aia ꝛ corpore vnitis totius hominis p̄corrupti ꝓductio et a verbo assumptio. ¶ Et quia oē ꝓpius distinctū realiter a posteriori potest ab ipso per diuinā potentiā separari: per cōsequēs cum partes hominis etiam vt vnite sint priores homine/ et ab ipso realiter distincte vt supponit/ opz necessario ꝓcedere sic dicēdo/ deū potuisse animā corpori vnite vt proprio ꝓfectibili per ipam vnificato et informato/ et sic vnita assumere absq; homine resultāte: et per consequēs absq; hoc ꝙ esset homo. Non potest em̄ assumēs suppositū dicta homo nisi ipsum assumptū sit homo: anima autē et corpꝰ per ipsam informatū ab homine/ vt supponit realiter distinguuntur: ergo assumens ipsa non diceret/ qz nec realiter esset homo/ ipso homine circūscripto. ¶ Cui hoc cōsequēs apparet inconueniēs/ oportet eum negare antecedēs: videlicet totuz esse distinctū a partib⁹ in re extra. Cōsequētia em̄ est necessaria euidēter. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: præmitto ad

euidentiā dicendoꝝ/ ꝙ esto ꝙ ꝓpositio cuius veritas est necessaria/ qualis dicit esse illa cuius p̄dicatū includit in subiecto: vel est idē siue significat idē cum ipsa posse esse/ forte et sit vera non existētib⁹ terminis siue rebus per terminos importatis: vt illa/ homo est alal nō existente aliquo homine in re extra: nulla tamē ꝓpositio cuius veritas est cōtingēs/ qualis est illa cuius extrema vel eoꝝ significata sunt realiter distincta nec per consequēs necessario sed cōtingēter vnita/ est vera nisi existētib⁹ terminis et vnitis seu eoꝝ significatis. Nec em̄ illa ꝓpositio/ homo est albus/ potest esse vera nisi existētib⁹ homine et albedine hominē ip̄z actualr informāte. ¶ Tūc hoc p̄misso pono tres ꝓclusiones. ¶ Prima est ꝙ ꝓpositio p̄dicās hominē de verbo in triduo mortis Christi/ non est vera. Hec apparet/ qm̄ vt predictū est/ nulla ꝓpositio cuius extrema seu eoꝝ significata realiter sunt distincta ꝛ cōtingēter vnita est vera/ nisi eis realiter existētib⁹ et cōiūctis: sed verbuz et homo ita vnūtur cōtingēter nō necessario sicut accidēs et subiectū/ ergo non magis hec est vera: verbū est homo/ non existēte homine in verbo: q̄z illa/ homo est albus nō existēte albedine in homine: sed in triduo dicto/ nō fuit homo in verbo/ vt in p̄cedēti articulo est ostensum: ergo ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est/ ꝙ ꝓpositio predicās in triduo mortis Christi hominē de hoīe assumpto/ vel de verbo hominē sustētante modo quo hoc nomē Christus importat verbū sm̄ Damascenuz non est vera. Hec probat/ quia qñ subiectū ꝓpositionis de quo aliquid p̄dicat non habet conceptum vnicum seu simplicē sed duplicē/ nisi ipsum sit in se verum nō potest aliquid de ipso esse verū: sed Christus habet conceptū duplicē. quia significat duas naturas eiusdē suppositi: ergo nisi ip̄z et⁹ significatū sit nec ip̄z de aliq̄ nec aliq̄d de ipso potent esse verum: sed in triduo huiusmodi significatum per subiectum non existebat: ergo ꝛc. Maior declarat ī exēplo: qm̄ hec est falsa. Deus est homo, cum tamē p̄dicatū sit de intellectu subiecti vel illa cui est falsa. homo albus est homo non existēte homine albo: cuꝰ ratio non videtur esse alia nisi qz subiectū vtriusq; ꝓpositionis illaꝝ significat plura/ de quib⁹ nō existētibus actualiter vl potētialiter non potest aliquid esse verū. ¶ Sed cōtra: quia hec est vera/ Deus est impossibile/ vel cōtradictionē implicās ergo de ipso licet impossibile aliquid veraciter potest dici. ¶ Respōdeo ꝙ nō potest de ipso verificari aliq̄d distinctū ab ipso: impossibile autē et Deus vel cōtradictionē implicans idē dicunt: quare ꝛc. ¶ Tertia et vltima cōclusio est/ ꝙ ꝓpositio in qua in triduo mortis Christi p̄dicat homo de illo induiduo a verbo assumpto vt absolute sumpto non vt existente in verbo/ quēadmodū homo predicatur de Socrate vel de quolibet suo induiduo/ est vera. Hec apparet/ supposito illo cōmuniter dicto et cōcesso p̄missō/ qđ tamē forsitā non est verū/ videlicet ꝙ ꝓpositio cuius subiectū et p̄dicatū idē sunt/ vt illa in qua p̄dicatur superi⁹ de inferiori/ sit vera/ quia necessaria sine existētia extremoꝝ ita em̄ homo assumptus a verbo est hoīs induiduum sicut quilibet aliozū hominū: ꝛ ita si homo verificatur semper sine existētia extremoꝝ de quolibet suo induiduo: verificatur et de isto. ¶ Tūc ergo quando queritur Utrū homo potuerit verificari de Christo in triduo illo. Dico ꝙ nō/ de Christo vt supponēte ꝓ verbo: cū de verbo nō verificet nisi homo assumptꝰ qui tūc erat mortuꝰ/ nec erat per cōsequēs homo verus vt de Christo supponēte pro verbo simul et homine assumpto vt in ipso realiter sustētato: sed forte verificari potuit de illo induiduo hominis vt per se accepto/ suppositio ꝙ ad veritatē ꝓpositiōis in qua p̄dicat superi⁹ de inferiori nō requirat existentia extremoꝝ: si autē requirit sicut forte requirit (vt alias videbitur) nec ea potuit veraciter p̄dicari de Christo taliter supponēte. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio positaz p̄z solutio ex p̄dictis in primo articulo questionis.

Secundo quero de secundo: vi-

delicet Utrū Christus sit vbiq; an tm̄ alicubi homo. ¶ Et videtur ꝙ vbiq; / quia vbicūq; verbum habet hominē est homo: sed verbū vbiq; est et vbiq; habet hominē/ nō em̄ potest dici ꝙ homo sit in verbo vt in vno loco et nō vt in alio existēte) ergo ꝛc. ¶ Cōtra/ qm̄ homo nō est vbiq; sed vbicūq; verbū est homo/ ibi est verbū et homo: ergo ꝛc. ¶ Respōdebo Primo ad questū/ videlicet an hec ꝓpositio sit concedēda Christus est vbiq; homo Secundo ad vnū aliud quod Magister q̄rit in litera videlicet Utrū sit cōcedendū hominē illū a verbo assumptū de celo descendisse et vbiq; existere.

Quātum ad primum dicit magister in

litera/ ꝙ Christus nō vbicunq; est/ homo est: quia sm̄ diuinitatē vbiq; est/ nō aūt sm̄ humanitatē/ nec huma

nitus est vnita ipsi vbiq; existenti/quia tunc humanitas esset vbiq;. ¶ Ex hoc infert secundo/q; Christus in triduo mortis licet esset vbiq; non tamē erat homo nisi in sepulcro et in limbo. Erat enī homo in sepulcro/quia parti humanitatis vnitus licet non tot: ꝛ in limbo eadē ratione. Erat enī vnitus anime in limbo et corpori in sepulcro: quare ꝛc. ¶ Sed neutrū horum videtur verū. Sicut enī albedine informatus est alb⁹ vbicūq; sit/nisi ab ipso separet albedo: ita et suppositum sustētans hominē videt posse dici homo vbicūq; vbi non dimittit assumptū hominē sustētare/sed hoc nullibi dimittit assumptū hominē sustentare. nec magis homo assumptus sustētat in ipso vt hic q; vt alibi existēti: ergo ꝛc. ¶ Cōtra secundū quod dicit/ videlicet q; Christus in triduo fuit homo in sepulcro et in limbo/argutū est in precedēti quęstiōe: tūc enī vt ibi ostē sum est) nusq; fuit homo. ¶ Nec valet quod magister dicat in litera/videlicet q; verbū fuit in limbo homo ꝛ in sepulcro: quia verobiq; vnitū parti hominis. Non enī verbū potest dici homo nisi quia vnitū homini/ ꝛ neutra pars hois est homo: ergo ꝛc. ¶ Et ideo aliter est dicendū. ¶ Ad cuius evidentiā pmitto duo. Primū est q; homo assumptus sicut ꝛ quilibet alius potest per diuinā potentiā esse vbiq;. Hoc apparet/quoniam sicut eadē ratione qua aliqua plura corpora possunt sīl esse i eodē loco et quotcūq; etiā infinita/ita qua ratiōe vnū ens creatū quodcūq; potest esse in aliquibus pluribus locis simul/eadē et simul in omnib⁹: sed constat idē corpus posse per diuinā potentiā esse in plurib⁹ locis simul/vt apparet de Christo existente in celo et in terra in eucharistie sacramēto: ergo ꝛc. ¶ Secūdū pmittēdū est q; illa ꝓpositio: de⁹ est vbiq; homo potest habere duplicē intellectū/sin q; li vbiq; potest specificare seu determinare subiectū vel predicatū. Primo mō est cuius sensus: q; deus vbiq; existēs/est homo. Secundo modo videtur si specifica: p̄dicatū quod est homo tunc est sensus q; homo predicatus de deo sit vbiq;. Unde propositio qua dicit: deus est homo vbiq; vt sic accepta equipollet isti seu cōuertit in eā: homo vbiq; existens est deus.

His p̄missis: pono quatuor cōclusiones.

¶ Prima est q; illa: verbū est vbiq; homo: est vera in primo intellectu accepta: videlicet vt li vbiq; est determinatiū verbi/nō ipsius hominis assumpti. Hoc apparet/qm sicut p̄dicatū repugnās subiecto simpliciter et absolute accepto nō potest verificari de ipso quocūq; specificato siue determinato: ita ecōtrario quod convenit realiter alicui et simpliciter vt absolute accepto/ verū est dicere illud de eo vt subiacet determinationi seu specificationi ipsi cōuenīti/ nec ipsum per cōsequens destruit hēri. Accepto dico non sub q̄cūq; reduplicatiōe sed determinatione. Licet enī hec sit vera: homo est albus: nō tn illa: homo inq̄ntū aīal est albus/ si li inq̄ntū teneat reduplicative: licet posset cōcedi si teneret specificative/ vt essꝫ sensus: homo inq̄ntū aīal est albus/ hoc est homo qui est anunal est albus: sed cōstat q; hoc p̄dicatū homo vere et simpliciter seu realiter convenit verbo vt absolute accepto: ergo et vere potest dici de ipso sub quacūq; specificatione ipsi cōuenīti nō repugnāti accepto: sed hmōi determinatio ipsi apposita/ videlicet esse vbiq;/vere et cōuenit et nō repugnat: ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur: quia sicut albedine in homine existente nulla determinatio apposita homini que albedinem non separat ab ipso falsificat ꝓpositionē in qua albū de ipso homine p̄dicatur: ita nulla declaratio apposita verbo cū qua stat ratio verificādi hominem de ipso que verificādi precisa ratio est/ vnio hominis cuꝫ verbo/falsificat propositionē in qua ipse homo predicatur de verbo/sed esse vbiq; verbo appositū non separat ab ipso homine assumptū / nec repugnat verbo vt homini assumēti: alioquī cū ante hominis assumptionem verbū ipm vbiq; existeret/homini assumere nullatenus potuisset nisi vbiq; existere desiuisset: quod cōstat esse falsum: ergo ꝛc. ¶ Secūdā cōclusio est/ q; ista ꝓpositio: verbum est vbiq; homo/in secūdo intellectu accepta/videlicet vt li vbiq; est determinatiū hominis assumpti posset esse vera/ tamē de facto nō est vera. Hec apparet p̄ prima parte: qr homo posset esse vbiq; sed ipso assumpto homine vbiq; existente predicta ꝓpositio esset vera in intellectu predicto accepta: ergo ꝛc. Secūda pars videlicet q; de facto non sit vera apparet: quia de facto homo ipse assumptus nō ponitur esse vbiq;: ergo omnis propositio que hoc de ipso insinuat est falsa: sed talis est ꝓpositio suprадicta in hoc predicto intellectu accepta: ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est. q; ꝓpositio cōuersa predicte/que est /homo est verbum/ vbiq; est vera/nō vt vbiq; specificat subiectū quod est homo/licet etiā vt sic posset esse vera sed vt specificat seu determinat predicatū/ videlicet ipsum verbū: Pars apparet. quia licꝫ verbum verificet de homine vt absolute accepto /nō tamē vt cum determinatione ipsi nō cōuenīti specificato: sed esse vbiq; ipsi nō convenit licet cōuenire posset: ergo ꝛc. Secunda pars videlicet q; possit esse vera /patet ex p̄cedentib⁹: quia omne quod est verū de aliquo vt absolute accepto potest esse verum de ipso vt quacūq; determinatione ipsi possibili ꝛ p̄dicato cōuenīti specificato: sed esse vbiq; est possibile homini assumpto nec repugnat/immo de facto convenit predicato videlicꝫ ipsi verbo: ergo ꝛc. Tertia pas videlicet q; sit vera vt specificat verbū apparet/quia verbo q̄uenit ēē vbiq;/nec ꝓpter hoc repugnat ipsi homini ꝛ hypostatice sustētare: et p cōsequēs potest verificari de ipso et veraciter predicari. ¶ Sed contra: quia sicut ad istā: Sortes est homo qui est alb⁹ vel vbiq; existens /sequitur illa: ergo Sortes est albus ꝛ vbiq; existēs: ita ad istam/homo est verbū/ qō est vbiq; existēs videtur sequi. ergo homo ipse est vbiq; existēs. ¶ Respondeo q; ideo illa: sortes est homo qui est albus vel vbiq; existens infert illā: ergo sortes est albus et vbiq; quia sortes et homo de ipso predicatus significant idē penitus in re extra/ cuius contrariū est de verbo et de homīe assumpto: quare ꝛc. Dico tamē q; eo modo quo concedit illa homo est filius dei patris / posset cōcedi illa: homo est vbiq;. Sicut enī hec est vera/homo est filius dei quia est in dei filio sustētatus: nec est alius sensus huius homo est filius dei/nisi q; in dei filio ꝑsonaliter sustentat⁹: ita hoc modo homo pōt dici esse vbiq; qr est in supposito vbiq; vniuersalr existēte. ¶ Quarta et vltima cōclusio q̄ sequitur ex p̄dictis est/ q; illa ꝓpositio/homo assumptus vel Christus vt supponens pro homine ipso simul et verbo /est vbiq; homo: non videtur vera de facto licet posset esse vera/siue li vbiq; specificet subiectū siue etiā p̄dicatū. Hec apparet ex dictis/quia licet homo assumptus possit esse vbiq;/nō tn est de facto: nec etiā ipse Christus vt hoc modo videlicꝫ pro verbo et homine simul acceptus: quare ꝛc. ¶ Ex predictis apparet solutio quęstionis. An videlicet et quomodo sit cōcedendū Christū esse hominē vbiq; ꝛ quomō nō siue Christus supponat pro verbo/siue tn pro homine assumpto/siue insimul pro vtroq;. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: premitto q;

hic non quęritur de descēsu seu aduētu Christi de celo ad eucharistie sacramētū/quia huiusmodi aduent⁹ cōstat q; est hominis/sed de descēsu Christi ad virginis vterū. Hoc supposito dicēdū breuiter cū Magistro q;

hominē descēdisse de celo vel esse vbiq; potest dupliciter intelligi. Uno modo vt illa ꝓficentē de homine ipso immediate ꝙ se sumpto. Alio modo vt dicātur de ipso per cōmunicationē idiomatū/videlicet propter ipsum diuinū suppositū de quo immediate et plura talia ꝓdicunt ¶ Tūc dicendū q primo modo intelligendo/hō assumptū nec descēdit de celo nec est vbiq;/secundo autem modo potest cōcedi vtrūq; de ipso. Quia em̄ dei filius descēdit de celo/et est vbiq;/ideo ipse homo cum sit dei filius quia in ipso personaliter sustentat⁹:potest dici et de celo descendisse et vbiq; esse. Sicut/quia homo est passus/cōcedim⁹ filiū dei passum per cōmunicationē idiomatū:quia filius dei est homo/qui est passus ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio:concedo q verbū existens vbiq; habet hominē : nō tamē verbū habet hominē vbiq; presentaliter existentē licz existere potentē:quare ꝛc.

CIrca distinctionē vigesimā tertiam in qua magister incipit determinare de fide. Quero primo incipiendo a notioribus/de fide acq̄sita:vtrū videlicz articuloꝝ omniū fides acq̄sita necessario sit ponēda. ¶ Et videt q sic. quia ex quibuscūq; actib⁹ naturaliter hoi possibilib⁹ potest acq̄ri habitus vitiosus si act⁹ vitiosi : vel virtuosus : si actus huiusmodi fuerint ꝛtuosi:sed actus credēdi articulis fidei sunt naturaliter possibiles homini. Nō minus em̄ naturaliꝝ pōt homo credere articulis fidei diuinit⁹ reuelatis q̄ aliis dictis vel gestis humanis.ergo ex actib⁹ hmōi credendi potest naturaliꝝ habitus fidei generari. ¶ Contra: quia aut fides acq̄sita esset causa infusa euidē vl alterius speciei:nō eiusdē/q3 tunc nō posset stare cū infusa cū plura eiusdē speciei accidētia nō possint simul existere in eodē:nec alterius/q3 sunt eiusdē obiecti et sub eadē ratōe formali:ergo ꝛc. ¶ Cōfirmaꝝ:quia ꝑm Apostolū ad Ephes. 4. Unus dñs: vna fides: vnū baptisma:ergo nō est fides aliqua alia ab infusa/cū illa necessario sit ponenda ¶ Respōsio. Ubi dicendū est primo quid sit fides acq̄sita. Secūdo ad qd est necessaria. Tertio vtrū sit de facto.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ

fides q̄ potest accipi ꝙ habitu vel pro actu alicui⁹ fidei seu credēdi ē actus assentiēdi alicui complexe veritati euidēti nō ex se nec ab aliquo priori sumpto ex parte obiecti cogniti:sed tm̄ ab auctoritate. Dicꝝ autez primo q est actus assentiēdi. Nō em̄ est act⁹ intelligēdi:ꝫ assentiēdi ꝑsupponēs actū intelligēdi:ita em̄ est ifidelis articuloꝝ veritates intelligēs/et eis intellectus nō assentēs/sicut nō intelligēs nec ꝙ ꝓns eis assentēs.impossibile em̄ est assentire alicui nullo modo intellecto: potest tñ aliq̄d intelligi absq; aliquo assensu supueniē te. Actus igit fidei/nō est act⁹ intelligēdi/cū intelligēs possit esse infidelis circa hoc qđ intelligit/si ei dissentit vl nō assentit:sed est actus assentiēdi ꝑsuppoēns actū intelligēdi/qui tñ nō est act⁹ fidei. ¶ Secūdo dicitur actus assentiēdi ꝛitati complexe. Nō em̄ actus fidei sicut nec act⁹ sciendi est ꝓprie incōplexoꝝ seu terminorum sed cōplexoꝝ seu ꝛitatū ꝓpositionū/vt quod deus est trinus ꝛ vnus:incarnat⁹ ꝛc. ¶ Tertio dicit q est act⁹ assentiēdi veritati euidēti:cū em̄ ois cognitio sit q̄dam manifestatio obiecti cogniti intellectui/nihil autē inuidēs possit esse manifestū/ ꝙ ꝓns oīe cognitū est aliquo modo euidēs:et ois cognitio est obiecti euidēs: ꝫ ois actus assentiēdi, q̄lis est act⁹ fidei ꝑsupponit necessario actū itelligēdi illud cui ꝑbet assensus:ergo cū obiectū assensus sit cognitū seu intellectū: ꝙ ꝓns sequit q est euidēs/et q actus assentiēdi est de aliquo euidēte cū nō sit nisi obiecti ꝑintellecti. ¶ Ex quo apparet q nō bene dicūt ponēt es ineuidentiā seu enigma esse de ratione fidei. Nulla em̄ cognitio actualis nec habitualis includit ineuidentiā nec obscuritatē aliquā seu enigma:sed magis cōtrariū videlicet euidentiā cū sit manifestatio obiecti cogniti cognoscenti: sed fides est intellectoꝝ:ergo nō est ineuidētū:sed magis euidentiū et notioꝝ. ¶ Quarto dicit q nō ē euidēs illō de q est act⁹ fidei ꝙ se.eius em̄ quod ꝙ se est euidēs vt sic est habit⁹ principioꝝ nō scientia nec fides. ¶ Quinto dicit q nō ē etiā euidēs ex aliq̄ ꝓni euidēti ex ratōe obiecti Aliter em̄ euidētis videlicet ex demōstratione ꝓcedēti/est scientia nō fides ꝓpue sumpta/que solū est euidētis ab auctoritate ¶ Predictus actus fidei sic descriptus est hoi possibilis naturaliꝝ. Constat em̄ q q̄libet naturaliter audiens aliquē quē existimat veracē aliq̄d asserentē potest illi ꝑintellecto et sibi ex auctoritate illius asserētis euidēti prebere actū assentiēdi/credendo quod ille asserit ita esse. ¶ Sed hic mod⁹ dicēdi deficit ꝗtū ad primū quod accipit quādo dicit/q actus fidei est actus assentiēdi veritati cōplexe/qm̄ veritas cōplexa non est nisi ꝓpositio in mēte formata vel ore ꝓlata:sed actus fidei qui est act⁹ assentiēdi vel credendi non respicit vt obiectū talē ꝓpositionē formatā.sed rē ꝙ eā significatā:sicut actus quo fidelis credit dei filiuꝫ incarnatū/de virgine natū/ꝛ in cruce fixū:nō est vlarū ꝓpositionū:dei filius est incarnatus:natus ex in cruce fixus/sed rei significate per eas:ergo ꝛc. ¶ Cōfirmaꝝ quia idē est obiectū act⁹ assentiēdi seu credēdi sequentis et actus intelligēdi ipsum ꝓcedēns. Hoc apparet quia nullus assentit nisi rei ꝑintellecte:res aūt ipa ꝑintellecta est talis ꝑintellectionis quā supponit et exigit assensus ipse, obiectū:sed obiectū actus intelligēdi cōplexi/qualis est ille quē ꝑsupponit assensus/non est ꝓpositio/immo ꝓpositio ipsa in mēte formata est hmōi actus intelligēdi cōplexus quē ꝑsupponit et quo mediāte causat assensus/sed eius videlicet actus huiusmodi intelligēdi cōplexi obiectū est res significata ꝙ ipsum: ergo eadē res significata videlicet per subiectū et ꝓdicatū intellectiōis cōplexe in mēte formate/non est intellectio ꝓplexa seu ꝓpositio ipsa formata ē hmōi act⁹ assentiēdi obiectū. ¶ Et ideo ꝗtū ad hoc aliter est dicendū/videlicz q act⁹ fidei est act⁹ assentiēdi rei ꝛitate per aliquā ꝛitatē ꝓplexā seu intellectionē vel propositionē in mēte formatā euidētē/nō ex se/nec ab aliquo priori sumpto ex parte obiecti cogniti sed ab auctoritate. Primū videlicz q sit assensus nō ꝓpositioni seu ꝛitati cōplexe/ꝫ rei ꝙ eā significate.non curo hic probare aliter q̄ sit probatū / quia hoc super prologū primi a nobis prolixius est ostensum. Alia oīa in descriptōe fidei supradicta sunt superius declarata. ¶ Sic igitur apparet/quid sit fidei actus. Habitus autē est ex actu ꝓdicto fidei generatus. Ex hmōi em̄ descripto actu fidei naturaliter possibili frequēter elicito potest habit⁹ generari ad similes actus inclinās:et talis q̄litas mediante actu fidei acq̄sita/est fides sumpta pro habitu. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum: pono quatuor ꝓclusiones.

¶ Prima est q fides acquisita quocūq; ꝙdictorū modorū accepta videlicz ꝙ habitu vl pro actu nō est oīb⁹ necessaria ad salutē. Hoc apparet/qm̄ nihil naturaliter homini possibile/nec habitus videlicz nec actus est homini necessariū ad salutē cū ipsam cōsequi possit, vt patet in paruulis / ratū quolibet circumscripto:nullū em̄ impossibile est alicui necessariū ad salutē deus em̄ nullū vult ad ipsi ipossibile obligari: sed par-

nullis est impossibilis oīs habitus et actus hmōi natu
ralis: ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio est/ꝙ fides acqsita
sumpta pro habitu ex actib⁹ pueris vl quomōcūq; natu
raliter acqsito nō est eīā adultis necessaria ad salutē.
Hec apparet/qm nulla virtus acqsita est necessaria ad
salutē. Dole em tres virtutes infuse. videlicet spes/fi
des et charitas/sufficiūt ad salutē: ꝫ ꝛc. ¶ Cōfirma
tur: qm ad salutē habendā sufficit credere indubitāter
presuppositā charitate: non est autē necessariū credere
ꝓmpte/delectabiliter/et faciliter/quod facit qui me
diante fide acqsita credit. Sicut em nō minus meret
ille qui actū aliquē virtuosum facit seu virtuosum repel
lit difficiliter/quia caret habitu virtuoso: ꝫ qui hec fa
cit prōpte et faciliter/quia habet virtuosum habitum
quo caret alius: ita nec credere indubitāter difficiliter
ꝓpter carentiā habit⁹ fidei acqsite est minoris meriti
ꝫ credere faciliter ꝓpter ꝓsentiā et assistentiā fidei su
peradicere: videlz habit⁹ acqsiti: ergo ꝛc. ¶ Confirmat
secūdo/quia aliquis vsq; ad vite sue terminū infidelis
ad fidē cōuersus salutē/cū tamē non habeat virtutem
seu habitū fidei acqsitū. Nec em habit⁹ naturaliter vt
ꝓmuniter/acqrit nisi ex actib⁹ ꝓcedēt⁹ frequētatis/
sed talia nō habuit plures credēdi actus/qua nec fo
rte eīā nisi vnū qui sine fidei acqsitōe habita ipsi suffi
cit ad salutē: ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝓclusio est/ꝙ actus fi
dei acqsite nō est cuilibet ratione vtenti necessari⁹ ad
salutē: sed actus fidei acqsitus. Prima pars apparet/
qm actus fidei acqsite supponit fidei virtutē acquisitā
quā nō esse necessariā in cōclusione ꝓpposita est pro
batum: quare ꝛc. Secūda pars etiam apparet/quia fi
dei actus acqsitus est actus credēdi naturaliter elicitus:
ad hūc autē quilibet adult⁹ ratione vtēs est necessario
obligatus. Oportet em accedentē credere nō ꝓ semp:
sed aliquando. Ad nullū em actū eliciendū omni tem
pore est aliquis obligat⁹. ¶ Sed nūquid si de⁹ infun
deret actū credēdi sicut infundit habitū fidei/ teneret
ille cui infunderet ad actū credēdi aliū eliciendū? Re
spondeo ꝙ sufficit/(vt videt) credere seu articulis fidei
credētib⁹ assentire: nō min⁹ autē crederet ille cui deus
actū credēdi infunderet ꝫ si actū hmōi a se eliceret ef
fectiue: quare ꝛc. ¶ Sed tamē talis per hmōi actum
nullū videret consequi meritū. Sicut em peccatū non
est nisi sit voluntariū: ita nec meritū: hmōi autē actus
nō videtur esse in hominis potestate/nisi forte diceret
ꝙ habens ipsum posset per eū tendere vel non tēdere
in obiectū: sicut anima Christi habēs actum vel actus
intelligēdi oīs creata nō necessario (vt videt) intelligit
aliquod ens creatū: et ita in proposito actus hmōi in
fusus licet non esset in hois potestate vt quidditatiue/
esset tamē vt obiectiue acceptus: meritū autē non con
sistit in actu vt sm se accepto/sed vt tendit in obiectū:
quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima ꝓclusio est, ꝙ virtus seu
habit⁹ fidei acqsite est necessarius ad ꝓmpte ꝛ faciliter
credendū. Hec apparet/qm oīs actus ꝓcedēs habi
tū est difficilis exercenti ipm: sequens vero est facilis.
Per hoc em differt habituat⁹ a non habituato ꝙ ha
bens habitū prompte et faciliter elicit actū: carēs au
tem habitu/et si possit in actum/non tamē faciliter sed
difficulter: ergo sine habitu fidei non potest quis facī
liter in actū credendi: sed huiusmodi fidei habitus ad
facilius et prōptius ac pfectius credendū necessarius
non videtur esse fides infusa. Per illā em nullus credit
facilius sine acquisita/vt patet de baptizato et per cō
sequens fidē infusam recipiēte nutrito inter infideles.
Talis em posthō adultus non crederet magis nec fa
cilius ꝫ alius non baptizatus: ergo huiusmodi fides
est acqsita. ¶ Et hec de scdo articulo questiōis huius.

Quātum ad tertium & vltimum pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est/ꝙ fidei habit⁹ acq
situs de fidei articulis est i nobis de facto. ¶ Hec ꝓ-
bat primo sic. Scōm phām secundi ethicorum tertio
signū oportet facere habituū supueniēte delectatiōi.
Ex hoc arguit sic. Delectatio/facilitas/et prōptitudo
elicēdi actū arguūt a posteriori habitū/sed fideles ex
periunt se faciliter credere et articulis fidei prompte ꝛ
delectabiliter assentire: ergo oportet in eis esse aliquez
fidei habitum ad actus hmōi inclinatiuū ipoz/sed hu
iusmodi fides nō potest esse infusa/cum propter infu
sam sine acqsita nullus possit facilius exire in actum:
ergo ꝛc. ¶ Preterea scdo arguitur sic ad idē. Ex acti
bus hmōi naturaliter possibilib⁹ frequēter eliciēdis ge
neratur in ipso habitus ad cōsimiles inclinās actus:
sed naturaliter quilibet audiēs fidēles articulos
potest eis credere et assensum prebere: ergo ex talibus
actib⁹ credēdi seu assentiēdi articulis fidei ex auditu
generabit habitus fidei acqsite. Per infusam em fidē
nullus potest in actū sine fide acquisita: potest autem
per acquisitam sine infusa/ vt patet de puero non ba
ptizato inter fideles nutrito et in illis que sunt fidei
instructo. Talis em licet fide infusa carens quia nō ba
ptizatus/nō minus crederet ꝫ baptizatus fidē habēs
infusam. ¶ Preterea fidē ēē acquisitā aperte ostēdit
Apostolus ad Roma.10. vbi dicit. Quomodo inuoca
būt eū in quē non crediderūt: aut quomō credēt ei quē
non audierūt: quomō autem audient sine predicante?
Ex quib⁹ infert et cōcludit Apostolus: ergo fides ex
auditu. Cōstat autē fidē infusam nō esse ex auditu seu
a ꝓdicāte: ergo Apostolus hic non loquitur de infusa fi
de sꝫ de acqsita/siue de eius actu ex quo ipsa fides que
est habitus/postea generat. ¶ Cōfirmatur per Augu
stinū dicentē in epistola contra fundamentū manichei:
nō credere euāgelio est nō credere ecclesie/sꝫ fides ifu
sa nō licinat ad credēdū euāgelio mediāte ꝓdicatione
seu doctria ꝛ testimōio eccle: sꝫ hoc em facit fides acq
sita: ergo ꝛc. ¶ Secūda ꝓclusio est/ꝙ habitus fidei acq
situs ex actib⁹ fidei a nobis eliciens presuppositas ne
cessario loquēdo naturaliter est ponendus. Hec apparet
qm habitus non est in nostra potestate vt possit nō po
ni actib⁹ eius positis. Sicut em nō potest naturaliter
poni seu fieri sine actibus precisis a subiecto habit⁹ eli
citis/ita actib⁹ ipsis positis non potest non poni natu
raliter loquēdo. Impossibile em est quēcūq; habituabilē
ex actibus ab ipso elicitis ad actus simules nō inclina
ri seu habilitari/et per cōsequens in ipso habitū nō ge
nerari. Dico autē ex actib⁹ ab ipso elicitis. Si em act⁹
huiusmodi nō eliceretur effectiue sed tm reciperent
in aliquo subiectiue ex mere passiue/ex talib⁹ actibus
forte in tali non generaret habitus: ergo actib⁹ credē
di seu assentiēdi fidei articulis a nobis elicitis ex audi
tis non est in nostra potestate nō sequi seu poni in no
bis aliquē tm ex talib⁹ actib⁹ frequētatis: sed talis nō
est aliud ꝫ virtus fidei acqsite: ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclu
sio est/ꝙ fidei habitus acqsitus non potest naturali
ter poni in aliquo sine actu vel actib⁹ credēdi ꝓcedēt⁹.
Hec apparet/qm nulla cā scōa connēs aliquos
plures effectus ordine quodā/potest in posteriorē sine
priori producto: sed oīs potētia habitualis est actus ꝛ
habitus virtualiter quodā ordine cōtinua/quia vide
licet prīo cōtinet actū ꝛ secūdo habitū: ergo nō pōt in
habitū sine actu. ¶ Cōfirmat: quia quilibet experiatur
nullū sibi possibilē habitū posse producere in instanti/
sed quodāmodo successiue per actus illius habit⁹ fre
quētatos. ¶ Quarta et vltima cōclusio est ꝙ licet ha
bitus fidei acqsitus necessario actib⁹ ꝓexistēt⁹ sit po
nendus/nō tamē vt actuū sequentiū aliquo modo cau
sa. Hāc probo vniuersaliter de oi habitu: videlicz ꝙ
nullius sit causa effectiua actus habitus. Et hoc sic. si

habitus aliquis est causa effectiua actus aut igitur totalis aut partialis. Sed nō totalis. Primo quia tunc separatus per diuinā potentiā a subiecto posset in actū tāmodo per seipm. Secūdo quia tūc virtuosus nō mereret per actū aliquē virtuosus. Nullus enim meret ad actū ad quē nihil operat cū talis non sit in eius potestate/sed si habitus esset totalis causa actus/actus virtuosus esset totaliter a virtuoso habitu et vitiosus a vitioso:et ita nec habēs habitū virtuosum posset agere ad actū virtuosū nec per ꝓns mereri per ipōs:nec vitiosum ad actū vitiosum:nec per cōsequēs etiā demereri. Vn ūq; horum est falsum:ergo ꝛc. Nec potest poni causa totalis. Primo:quia ois causa partialis actus aliqui⁹ effect⁹ intātū potest intēdi q̄ potest esse ei⁹ causa totalis/vt patz in exēplo de vno homine partialiter trahente aliquod magnū pondꝰ/cui⁹ virtus motiua intātū potest pfici et intēdi vt ad illud mouendū sufficiat per seipōs. Confirmat:quia ad eundē effectū nūq̄ necessario habēt cōcurrere infinitū plures cause effectiue nisi ꝓpter imperfectionē actus ipāz:ergo quelibet potest intantū intendi q̄ sine alia potest in effectū:sed nullus habitus cuiuscūq; intēsius posset in actū aliquē per seipm: ergo ꝛc. Secūdo:quia aut habit⁹ attingit effectiue totū actū aut tm̄ aliquā eius partē:sed nō totū:quia impossibile est/vt videt/vnū ꝛ idē fin se totū esse effectiue a duab⁹ causis secūdis essentialr distinctis cuiuscūmodi sunt habitus et eius subiectū.nec aliquā partē tm̄:quia tūc illius partis seu gradus actus esset causa totalis/et per cōsequēs ipm posset producere per seipm. Cōsequētia ex hoc videt tenere qm̄ ad illū gradū seu partē act⁹ potest habitus p seipm/aut nō nisi potētia cōcurrēte secū sed non secundū:quia potentia habituata si cū habitu causat/causat totū actū/nō cōcausat autē vt coagit ipsi ad aliquā partē sui tm̄:et ita si habit⁹ nō causat nisi aliquā ptē actus ad illā nihil facit potentia effectiue:ergo ꝛc. Primo eterea/quia ab illo effectiue est totaliter meritū cui⁹ debet esse finaliter et totalr premiū/sed actus virtuosus ois mediāte charitate elicit⁹ est meritor⁹/ergo ab illo pcise causat qui premiat:sz habit⁹ virtuosus nō premiat nec vitiosus punit sed habituat⁹:ergo nec act⁹ virtuosus est effectiue ab habitu vitioso/nec virtuosus a vitioso. Cōfirmat: quia nullus meret per aliquem bonū actū/nec demeret p malū vt eū recipiat passiue/sz vt eū eliat effectiue:quia vt sic actus est non autē primo modo in potestate:sed non minus meret virtuosus per actū bonū/nec min⁹ demeret vitiosus per actū malū/q̄ non virtuosus vel nō vitiosus:ergo actus virtuosus elicit⁹ ab habēte habitū virtuosum nō minus est ab ipso elicit⁹ effectiue q̄ nō ad habēte habitū: sed nō habēs virtutē ꝛ actū opans virtuosum/eū totaliter opat:ergo et habēs virtutem:quare ꝛc.

Sed contra istam conclusionem arguitur multipliciter.

Primo quia habēs habitū pfectum potest elicere actū q̄ non habēs habitū:sz hoc nō esset nisi habit⁹ ipse ad actū aliquid faceret effectiue:ergo ꝛc. Secūdo/qz aut habitus requirit in potentia ad recipiendū actū/aut ad ꝓducendū ipsum/sed non ad recipiendū/qz potētia ipsa est subiectū eius receptiuū sufficiēs q̄cūq; alio circūscripto:ergo ꝛc. Tertio quia qd sup actū nullā habet causalitatē nullā tribuit potentie ad eum causandū facilitatē/sed habitus tribuit potētie facilitatē ad causandū actū removendo ab ipa difficultatē:ergo ꝛc. Quarto/quia habēs virtutem reparatiue dicit aliquid habet causalitatē respectu act⁹ reparatiui/sed virtus habet virtutē reparatiue potentiā ergo ꝛc. Ad primū pcedo q̄ habēs habitū pfectum potest eligere actū/nō tm̄ ꝓpter habitū vt pcausantē ad actū/qz si sic/aut ꝓpter ipm vt pcausantē ad totum actū/aut ad aliquā partē tm̄/vt supius est argutū/sed ꝓpter habitū vt ꝓpter primū effectū respicientē actus vt secundariū eiusdē cause habit⁹ videlicet potentie effectū/sicut enim potentia nō potest in habitū nisi p precedentē actū primū imperfectū/cum tamen actus ipse primus imperfect⁹ non sit causa effectiua habitus:ita nec potest in actum pfectū nisi habitu precedēte.cuius causa est non causalitas habitus ad actū ipsum pfectū/sz ordo primū ad secūdū actū et habitū/sicut ideo non pōt in habitū nisi mediāte actu imperfecto/quia primus cōtinet actū imperfectū q̄ habitū. Sicut enim se habet act⁹ imperfectus ad habitū/ita habit⁹ ad actū perfectū: nec magis habit⁹ est causa actus perfecti q̄ actus imperfectus sit causa ipsius habitus:ergo ꝛc. Ad secundū dicendū q̄ habitus nō requirit ad recipiendū actū nec ad ꝓducēdū/tūq̄ ꝓcausans cum potētia ad ipsum/sz tanq̄ primus effect⁹/sine quo precedēte non potest potentia in actū pfectū/modo quo actus imperfect⁹ est ad ꝓducendū habitū requisit⁹. Ad tertium dico q̄ necessario exigēs aliquē vnū effectū primū ad alterū producendū non tm̄ est ei difficile: sed etiā impossibile posse in effectū virtuosum sine primo precedēte:et ideo effectus ipse primus /licz nō sit causa effectus alterius/tamē tribuere facilitatē vel possibilitatē potentie ad effectū posteriorē/alīū producendū. Sicut enim act⁹ imperfect⁹ tribuit facilitatē potētie ꝛ possibilitatē ad habitū ꝓducendū.Nō magis enim potētia potest in actus pfectū sine habitu q̄ habitū sine actu primo imperfecto cū tamē act⁹ non sit magis causa habitus q̄ ecōuerso. Et hoc modo intelligendū est vel ꝓpter illā causam habituatū posse delectabiliter/ꝓmpte/et faciliter elicere actū videlicet pfectū vt dicit philosophus.6.ethicorū/vt fuit superius allegatū. Eo enim modo /seu ꝓpter eā causam habēs habitū elicit faciliter ꝛ delectabiliter actū pfectū/ꝓptereā q̄ post actus primos imperfectos faciliter ꝛ ꝓmpte potest in se habitū generare.in quē nullo modo posset sine huiusmodi actu vl actib⁹ precedēt⁹ quī tamē ipsius habit⁹ non sit causa/ quare ꝛc.

Ad quartū cōsimiliter est dicendū/q̄ videlicet virtus nova est effectiue passionis reparatiue/ sed potentia ipsa virtus tamē mediāte. Quia tamē nihil videt esse necessariū ad effectū aliquē producendū nisi quod est ei⁹ causa in aliquo genere cause/cum omnis causa totalis possit in suū effectū quocunq; alio circumscripto quod nullo modo ponitur eius causa/ ideo cum habitus ad talē actum ꝓducendū necessario requirat/per ꝓns videtur q̄ possit poni ipius causa in aliquo genere cause maxime illo cōcesso /videlicet q̄ ad effectū ꝓducendū non requiruntur nisi causa/sed habitus non potest poni causa actus nisi efficiēs:quare ꝛc. Hoc tenēdo facile esse respondere ad ea que in oppositū superius sunt adducta. Sic ad questionē.

Ad rationē in principio dicendū q̄ fides acquisita ab infusa specie est distincta: vt dicet in questione sequēti/licet sit eiusdē obiecti. de eodē enim obiecto esse possunt actus et habitus alterius speciei.

Secūdo q̄ro de fide infusa videlicet vtrū de credibilibus nobis reuelatis vltra fidē acquisitā sit ponenda necessario fides infusa.

Et videt q̄ non: quia habitus virtuosus non ponit nisi ad actū virtuosum prōptus ꝛ delectabil⁹ ꝓducendū:sed ad sic ꝓducendum actū vnicū virtuosum sufficit vnicus habit⁹ virtuosus ergo ad faciliter credendū fidei articulos sufficiat vna fides : non ergo ꝓpter acquisitā est necessaria alia. Cōtra:quia fides acquisita non infunditur in baptismo/ sed fides in baptismo infusa est ad salutē necessaria/nō autem aliqua alia:ergo ꝛc. Respōdeo vbi primo videt

dum est vtrū fides infusa sit ab acqsita distincta specie. Secūdo an necessario sit ponēda.

Quantum ad primum: Sciēdum q̄ nō

oportz hic distinguere iter fidē infusam que est frūs: et fidē infusam que est actus: sicut de fide acqsita distinctū fuit in questione supiore: qm̄ deus ipse licet infundat virtuosum habitū fidei in baptismo/tamē non infundit tūc nec postea de cmuni cursu/actū credēdi seu assentiēdi articulis fidei/ si tamen ifunderet talē actū ille posset cōsimilr deserdi sicut actus fidei acqsit⁹ in questiōe p̄cedenti est descriptus. qui actus infusus ibi videret esse ab actu credēdi naturalr possibili distict⁹ sicut habitus infusus est distinctus ab habitu acquisito. Iduiusmodi autē habitus/ videlicet fides infusa. et acqsita distinguunt: qm̄ ꝓpter fidē infusam nō videtur hō posse in aliquē actū p̄fectiosē q̄ sine ipsa nec promptus seu facilius/ vt apparet in baptizato fidē ifusaz habente sine ofu acqsita. et sine infidelitate ipsi opposita/qualis esset ille qui nūq̄ de articulis fidei aliquid audiuisset. talis em̄ non magis crederet licet nec discrederet q̄ si fidē infusam aliquā non haberet. Cui⁹ ratio est/quia act⁹ credēdi est actus assentiēdi actū intelligē di necessario p̄supponēs: qui autē de articulis fidei nihil audiuit/nihil de eis intelligit nec per cōsequēs eis assentit/ꝛ nec dissentit/quia etiā act⁹ dissentiēdi p̄supponit actū intelligēdi eius cui actualiter dissentit. Cōtrarū est de fide acqsita. talē em̄ habēs potest ipa mediāte facilius et delectabili⁹ in actū credēdi et in p̄fectiosē q̄ sine ipsa. Cuius ratio est cōtraria supiadicte/ qm̄ habēs hmōi fidē nouit actualiter ea de quibus est ipsa fides/cū fides hmōi acqrat per act⁹ assentiēdi p̄ tios articulis intellectus: cū nullus (vt in p̄cedēti questiōe dictū est) assentiat intellectualr nisi p̄intellecto: et ideo mediāte fide acqsita potest actus credēdi elicz/nō autē mediante sola infusa sine aliquo alio succedente. ¶ Ex hoc videtur posse ꝓbari q̄ hmōi habitus fidei acqsitus videlicet et infusus specifice sint distincti: qm̄ habitus quo mediāte habentes⁹ potest in aliquem actū/ videl. esse specie alius ab illo p quē non potest in aliquem talē actū: sed fide acqsita mediāte habitus⁹ potest in actū p̄fectiosē et facilius q̄ sine ea/non autē mediāte fide infusa sine aliqua acqsita/ vt apparet in exēplo p̄dicto de baptizato qui nihil vnq̄ de aliquo articulo⁹ fidei audiuit ꝛ de alio non baptizato in articulis fidei eruditō/qui prompte et faciliter omnib⁹ fidei articulis assentiret. /esto q̄ nullā haberet fidē infusam sed mīmodo acqsitā: ergo ꝛc. ¶ Ꝓterea ad idē potest argui/quia que sunt eiusdem specifice rationis in eisdē causis virtualiter continent: sed fides acqsita est p̄dicta virtualiter in causa secunda cū sit possibilis per naturā/non autē infusa: ergo illa alteri⁹ spēi ꝛa est ab ista. ¶ Sed est hic dubiū cui⁹ habens intellectualē habitū per illū possit exire in actū: et fides sit habitus cognitus⁹/quomodo possit infundi nō valenti exire in actū aliquē cognoscēdi. ¶ Si dicatur q̄ per habitus non potest aliq̄s exire in actū nisi quādo habitus ipse est ab habituato ex actib⁹ similib⁹ acquisit⁹: cōtrariū est de fide ifusa quā nullus act⁹ credēdi p̄cessit. Iste non valet: qm̄ si deus ifunderet cuicūq̄ alicuius scientie habitum vt logice vel alterius cuiuscūq̄ sine actu illius habit⁹ aliquo p̄cedēte nō mun⁹ ille posset in act⁹ illius habitus infusi q̄ alius qui ipsum habitū mediāt⁹ actib⁹ naturalr acquisiuisset. ¶ Ad hoc forsitā posset dici q̄ sicut ab⁹ est act⁹ credēdi seu assentiēdi ꝛ ali⁹ est act⁹ intelligēdi: ita in qualibet scientia et in quocūq̄ alio habitu cognitiuo alicui⁹ est act⁹ intelligēdi p̄mise rei illius habit⁹/ꝛ alius act⁹ assentiēdi talib⁹ p̄mitt⁹ seu p̄clusionib⁹ demōstratis siue (vt magis ꝓprie ꝛ ve rius loquar) reb⁹ p̄clusionatis. ¶ Ex quo sequitur q̄ licet naturalr non possit esse actus assentiēdi sine actu p̄uio cognoscēdi/nec p̄ ꝓpria acqrī habit⁹ inclinās ad assentiēdū sine habitu inclināte ad intelligendū/tñ supnaturalr nō est impossibile deo ifundere alicui habitū inclinantē ad assentiēdū sine aliquo inclināte ad intelligendū: ꝛ quia nullus naturalr potest in actū assentiendi sine actu p̄uio cognoscēdi/ ideo talē habens habitū in nullū p eū posset exire actū: ꝛ ideo licet omnis habēs infusum scientificū habitū inclinantē ad intelligendū possit p eū exire in actū cognoscēdi/et illo mediāte in actū assentiēdi cōclusionib⁹ intellectis/nō tamē hoc posset facere habēs habitū inclinantē tm̄modo ad assensum nisi prius illa que hmōi habit⁹ respicit cognosceret vel supnaturalr deo reuelāte vl naturaliter eā alio edocēte. Et ita i ꝓposito posset dici q̄ fides infusa non respicit actū intelligendi/qz nec iste est alicui⁹ fidei/sed actū assentiēdi: et ideo p ipam nō potest exire in actū etiā istū assentiēdi quousq̄ illa circa que debet elicz iste actus/sint intellecta vel deo ipsa supnaturaliter reuelāte et actū intelligēdi ipsa infundēte/vel alio talia naturalr edocēte: quare ꝛc. ¶ Sed tunc sm̄ hoc oportet p̄cedere q̄ habēs habitū fidei infuse in baptismo instruct⁹ postea de credēdis ctinus posset assentire illis oib⁹ que vt credēda et agnoscēda sibi ab alio p̄ponunt/q̄ alius qui nullā habz fidē infusam. Ex quo em̄ fides infusa inclinat ad actū assentiendi/p̄ p̄sequēs facit illa ad quoz assensum seu assentiēdi actū iclinat fides infusa circ⁹ assentit q̄ ali⁹ nō habēs fidē infusam ad actū huiusmodi inclinantē: sed hoc patet per expliciā esse falsum. Non em̄ baptizatus circa assentiet articulis fidei credēdis ab alio sibi p̄positis siue eoz̄ significatis q̄ alius non baptizatus apueritia in fruate fidei enutrit⁹. Et ideo non video q̄ fides ista infusa in aliquē inclinet actū intelligendi/nec etiā assentiendi. ¶ Si tamē dicat q̄ immo/ tūc oporteat concedere q̄d infert supert⁹ vt videl./ videlicet q̄ mediante fide infusa ctinus ac facili⁹ et delectabili⁹ homo credat. Et hec de primo articulo.

Quantum ad secundū vbi est videndū

an fides infusa necessario sit ponēda: p̄mitto duo ad euidentiā dicendoz̄. Primū est q̄ fides infusa potest dupl̄r acapi. Uno modo pro fide effectiue possibili soli deo/qualis ponit⁹ esse illa que infundit⁹ in baptismo: de qua i p̄cedēti articlo est p̄batū q̄ a fide acqsita specifice est distincta. Alio mō magis vniuersalr fides infusa potest dici ois fides a deo creata ꝛ alicui supnaturaliter acqsita/licet eandē fuisset possibile acqrere p naturam. Omnē em̄ fidē et aliā quācūq̄ virtutē quā possum⁹ naturalr acqrere/ potest deus creare et ifundere et ideo ois talis virtus licet naturalr possibilis potest dici supnaturalis qz a deo est creata supnaturaliter et infusa ¶ Secūdū p̄mittēdū est/q̄ nullus habit⁹ frūs vel vitiosus ꝓbatur nec arguit inexistere nisi a posteriori q̄ actū. Dico a posteriori/qz actus habitū p̄cedētes nō arguūt inexistētē habitū/sed sequētes. Ꝓcedētes em̄ actus imperfecti bene habitū aliquo modo efficiūt sed ipsum effectū p̄fectū nō arguūt. Dico autē aliquo modo actus efficere habitū quia em̄ nō actus ipsum causalr attingēdo/tñ aliquo modo vt dictū fuit in q̄stione p̄cedēti ad ipsum potentiā disponēdo. Solus ergo ille potest arguere se habere habitū qui prompte et delectabiliter experitur se exire posse in actum.

His p̄milis pono tres cōclusiones pro

solutione questionis. ¶ Prima est/q̄ esse in nobis fidem de credibili⁹ infusam primo modo predicto superius sumptā non potest naturalr aliqui esse notum.

diffiniant nec innotescāt nisi p actus, ideo potest dici q habitus intellectiuus est q̄litas spūalis difficulter mobilis ex actibus intelligēdi p̄ueniens naturalr introducta vel supnaturalr infusa, qua informatus est ad faciliter ꝛ delectabiliter p̄ducēdū actus intelligēdi similes inclinatus. ¶ Dicit primo q est qualitas, ꝓstat enī q nō est substāna nec aliqua forma accidētalis a qualitate puta q̄ntitatiua aut respectiua. Si enī esset q̄ntitas nō posset recipi in alia si esset forma respectiua non posset producta naturalr nisi p̄ducto aliquo priori absoluto semp secū manēte. Cōstat autē q habitus licet nō p̄ducatur nisi actibus precedētibus, tñ manet eis nō manēntibus nec ipsi requnt ad habitū p̄ducēdū tanḡ eius terminus vel subiectū seu fundamētū: ergo ꝛc. ¶ Secundo dicitur q est qualitas spūalis, qr est subiecti spiritualis ¶ Terno difficulter mobilis, ꝛ per hoc differt a dispositione que fm philosophū est facilr mobilis. ¶ Vbi tamē est aduertēdū q dispositio potest sumi multiplr. Primo enī potest accipi p oi forma subiectū aliquod ad recipiēdū formā aliā disponēte, vt forma corporis organici est dispositiua ad aiam: ꝛ hoc modo nulla forma est in anima sic disponēs, ipsa enī anima est sapia, quocūq; alio circūscripto subiectū cuiuscūq; actus vel forme alteri⁹ receptiuū. ¶ Secūdo potest sumi dispositio pro forma aliqua disponēte nō ad recipiendū, sed ad aliqd p̄ducēdū: et hoc modo tā species si ponat in anima q actus, ḡ etiā habitus potest dici dispositio. species enī disponit ad eliciendū actū p̄sentādo obiectū actus etiā p̄cedētes habitum disponūt ad causandū ipm, qui videlicet ꝛ habitus causatus disponit etiā ad actus alios p̄ducēdos sequētes: et ideo dispositio vt hic sumpta nō distinguit ab habitu nisi sicut ꝓmunius a particulari⁹. Omis enī habitus est dispositio sed nō ecōuerso. nec de rōne dispositōis vt sic sumpte est q sit nec faciliter nec difficulter mobilis. ¶ Tertio mō potest sumi dispositio, et sic sumitur a philosopho ipsam cōtra habitū distinguēte, p p̄incipio habitus seu aliquo gradu eius, modo quo dicimus subiectū habēs aliquē caloris gradū licet remissum esse magis dispositū ad vlteriorē calorē ꝛ intēsiorē ḡ illud in quo non est aliquis grad⁹ forme. Hoc modo habēs aliquē gradū habitus dicit esse dispositus. Et dispositio sic accepta nō differt ab habitu nisi sicut imp fectū a p fecto vt minus album a magis albo. Et quia forma quāto intensior tāto est stabilior: ꝛ ecōtrario ḡto remissior tāto est mobilior ꝛ instabilior, ideo habitus dicit q̄litas difficulter mobilis: dispositio autē ab habitu specie indistincta, q̄litas faciliter mobilis. ¶ Quarto et vltimo dicitur q habitus intellectiuus si naturaliter acquiritur acqrit̄ur ex actib⁹ intelligēdi ad quos eliciēdos inclinat postḡ est naturalr vel supernaturalr introductus. Et q hoc p̄cise distinguit ab omni habitu appetitiuo, ꝛ a quocūq; alio nō intellectiuo: sicut enī habitus appetitiuus dicit q̄ inclinat ad actū appetitiuū: ꝛ sensitiuus quia ad actū sensitiuū qui potest in brutis animalibus ḡfiari: ita intellectiuus q̄ eius actus tā sequēs ḡ precedēs est intelligēdi actus. Semp enī habitus denominatur ab actu non ab obiecto nec a subiecto. Idē enī est

obiectū et obiectū habituū diuersoꝝ. ¶ Hec de pria

Quantum ad secundum dicendum est

ꝙ tot possunt poni habitus intellectiui quot sunt intelligēdi actꝰ specie distincti. Actꝰ aūt distincti semp arguunt distinctos habitus. Actus ēm intelligēdi est duplex Est ēm vnus ꝓplexus et alter simplex. Cōplexꝰ dicit ꝓpositio ipsa affirmatiua vel negatiua in mēte formata/qua aliquid intelligit eē vel nō esse/vt actꝰ quo intelligo hominē esse albū vel nō esse albū. Actus simplex dicit actus intelligēdi aliqd absolute non ipm de aliquo nec aliqd de ipso/hoc est sine affirmatione et negatione/et talis actus est vel esse potest pars ptis videlꝫ ꝓplexi actꝰ puta ꝓpositionis. Nec ēm actꝰ simplex distinguit a ꝓplexo nisi sicut pars a toto/vel vnū a multꝫ quoꝝ vnū affirmat vl negat de alio. ¶ Tūc potest dici ꝙ sicut sunt duo actus intelligēdi tm̄ ꝑdicti/ita sunt ꝑ se duo habitꝰ correspōdētes habitꝰ intellectui/quoꝝ alter est inclinās ad actū intelligēdi simplicē/et alter ad actū intelligēdi ꝓplexū. Nō ēm video licet cōiter nō dicatur quare magis homo possit habituari seu assuefieri ad intelligendū aliqd affirmatiue vel negatiue/ꝯ ad intelligēdū aliquid absolute. Ertia quot sunt obiecta simplicia quoꝝ actꝰ intelligēdi simplices sunt specie distincti/tot possunt poni habitꝰ ex talibꝰ actibꝰ acqsiti et ad similes inclinātes: qui possunt dici habitꝰ simplices/modo quo ipsoꝝ actꝰ sunt simplices. Alius autē habitus ꝙ magis est vsitatꝰ potest dici duplex nō formaliter sed ꝛtualr. Non ēm est cōpositus alio supradicto ꝙditatiue seu formalr/licet quodāmō ꝛtualr: videlꝫ ratione actus quē respicit/qui ꝓplexus dicit dicto modo. Hmōi autē habitus sic acceptus est duplex sicut et eius actus. Est ēm vnꝰ cui⁹ actus est ꝓncipū per se notū in mēte formatū: et obiectū eius videlicet talis principiū significatū: et talis habitꝰ dicit habitus principioꝝ Alius aūt est cuius actus est ꝛclō demōstrata in mēte formata/vel assensus eā sequēs/et obiectū ipius ꝛclusionis ꝛcatū: et talis habitꝰ dicit scięntia. Et ēm cōiter dicitur/et est verū si sane intelligat/intellectꝰ est habitꝰ principioꝝ: scięntia aūt ꝛclusionū. Trerꝝ istoꝝ habituū subdiuidit in speculatiuū v practicū. Cū ēm scia practica habeat ꝓpriā ipsa practica quoꝝ ꝓsideratio est practica: et speculatiua/speculatiua quoꝝ ꝓsideratio est speculatiua: per ꝓpria tū principioꝝ ꝯ ꝛclusionū habitꝰ est speculatiuꝰ aliqs et alius practicus. ¶ Ex quo apparet ꝙ male dicūt dicētes habitū primo diuidi in practicum et speculatiuū: et speculatiuū in intellectū principioꝝ seu habitū/et scientiā et sapientiā. Tā practicū ēm ꝯ speculatiuū est cōmune intellectui siue principioꝝ habitui et ꝛclusionū. Habitus aūt ꝛclusionū speculatiuꝰ pōt eē vel superioꝝ et talis vocat sapięntia: vl inferioꝝ et talis est scięntia. idē potest dici de habitu principioꝝ. Si ēm principia sunt superioꝝ eorum hitus est sapięntie intellectus: si aūt est inferiorū habitus ipoꝝ debet dici intellectꝰ scięntie. Habitus ętā forte practicꝰ potest diuidi in habitū sapięntie et scięntie: qm̄ ois habitus tā speculatiuꝰ ꝯ practicus de superioribꝰ/potest dici sapięntia: de inferioribꝰ scientia/ars vel prudęntia. ¶ Sed forte aliquis arguet cōtra dicta/qm̄ nō tm̄ est duplex actus intelligēdi sed triplex: vcz simplex/ꝓplexꝰ et discursiuꝰ: ergo habitus debet primo diuidi in habitū simplicem ꝓplexū et discursiuū. ¶ Respōdeo ꝙ actus discursiuꝰ/ꝑ⁹ est syllogism⁹ i mēte formatꝰ sub actu ꝓplexo cōtinetur. Nec ēm est aliud ꝯ diuersi actus ꝓplexi pura diuerse ꝓpositiones in mēte formate. vcz ꝓmisse et conclusio ex eis illata: et ita habitꝰ ꝙ ē respectu hmōi actꝰ puta discursiui/sub habitu qui est actꝰ ꝓplexi ꝓtinetur. Nec ēm habitus scięntie/nec opinionis/nec fidei/nec alicuius alius intellectiuus ꝓplexꝰ ab habitu principioꝝ distinctus respicit vt ꝓpriū suū actū nisi actū intelligendi ꝓplexū vt ꝙ se notū/vel/vt dicā verius/assensum sequentē et ꝓsupponentē talē actū. Habitus aūt principiorum solus respicit vt ꝓpriū suū actū. actū intelligendi ꝓplexū ꝙ se notū/vel/vt loquar magis ꝓprie/assensus sequētē et ꝓsupponētē talē intelligēdi actū per se notū: vcz principiū tm̄: sed ois actus intelligēdi ꝓplexus vl est per se notus vel nō/ꝛz ex alio/nō ēm est dare ꝓpositionē aliquā voce ꝓlatā nec in mēte formatā q̄ ē ipse actꝰ intelligēdi ꝓplexus nisi vt ꝙ se notā quę vocat principiū/vel non per se notā sed ex aliis notioribꝰ deducibilē q̄ vocat ꝛclusio/ergo nec respectu actꝰ intelligēdi ꝓplexi seu assensus intellectui actū tm̄ intelligēdi sequētis et supponētis oportet ponere alios intellectiuos habitus a ꝑdictis/nisi forte dicat sicut etā dicunt aliqⁱ ꝙ respectu vtriusꝝ actuū ꝑdictoꝝ intellectuoꝝ/et ꝙ ꝓtis totꝰ syllogismꝰ ex ꝓmissis ꝙ se notis et ꝛclusione constituti sit aliquis habitus per se vnus. ¶ Hec de secūdo.

Quantum ad tertium est dicendum in

ferēdo corollarie ex ꝑdictis ꝙ oēs isti tres habitꝰ vcz sapięntia/scięntia et intellectꝰ sunt habitus intellectui: qm̄ ois habitus inclinās habituatū ad intelligēdi actū est intellectiuꝰ: sed quodlibet horū est hmōi. scięntia ēm inclinat ad actū intelligēdi rē ꝛcatā per ꝛclusionē aliquā demōstratā/nec per ꝓtis per se notā. Intellectus aūt dicit habitus inclinās ad actū intelligēdi rē ꝛcatā per principiū per se notū. Sapięntia vero est habitꝰ inclinās tm̄ ad intelligēdū supna: ergo ꝛc. ¶ Confirmat: quia cū habitus denoīet ab actu sicut dicit appetitiuus ab actu appetēdi et sensitiuꝰ ab actu sentiēdi: ita et intellectiuus ab actu intelligēdi: sed ꝓstat quēlibet triū predictoꝝ inclinare ad actū intelligēdi tm̄/vl qꝫ magis credo/ad assensum vel dissensum hmōi intelligēdi actum sequētē et supponentē ideo ab eo denolatum: ergo ꝛc. ¶ Hec de tertio articulo.

Quantum ad quartum & vltimum: di

co duo. Primū est ꝙ intellectiuus siue principioꝝ habitus est a sapięntia et a scięntia realiter et specifice sic distincta ꝙ nullus intellectus seu principioꝝ habitus ē scięntia nec sapięntia/nec ecōuerso: prout sapięntia et scientia dicunt habitus ꝛclusionū seu rerū ꝙ ꝛclusiones ꝛcatarum. ¶ Secūs est ꝙ scięntia ꝙ habitu ꝛclusionū sumpta differt a sapięntia cōsimiliter accepta vt magis cōmunea minus cōmuni sic ꝙ ois sapięntia est scięntia/non tm̄ ecōuerso. ¶ Primū probat/quoniā aut principioꝝ habitus est distinctus ab intellectu seu alia intellectiua/sicut et scięntia aut non: si nō/ergo distinguit tā a scientia ꝯ a sapięntia sicut subst̄ātia ab accidēte: et ideo sicut nulla substātia est accidēs nec ecōuerso/ita nullus habitus principioꝝ est scięntia nec ecōuerso. Si autē habitꝰ principioꝝ sicut et actus est ab anima eius subiecto distinctus: probat idē sic. Oēs habitus sunt distincti quoꝝ actus sunt distincti: sed actus intelligēdi ꝓncipia et ꝛclusiones/hoc est res ꝛcatas ꝙ principia et ꝛclusiones specifice sunt distincti: non minus ēm distinguūtur huiusmodi actus ꝯ actus intelligēdi res ꝛcatas ꝙ diuersas ꝛclusiones ex eisdē vel etā ex diuersis principiis demōstratas: ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat Primo: qꝫ aliqs potest intelligere principiū aliquod ꝙ se notū nullā intelligēdo ꝛclusionē/hoc est rē ꝛcatā per principiū nō intellectam re ꝛcata per ꝛclusionē: sed potēs intelligere aliqd potest acquirere habitū inclinantē ad illud intelligēdū: ergo intelligens rē ꝛcatā ꝙ ꝓncipiū non intellecta re ꝛcata ꝙ conclusionē potest acqrere habitū principiū per se notum alius ꝛclusionis scibilis habitu acqsito. ¶ Secūdo qꝫ habitus principioꝝ omnibus sunt ꝓmunes/sicut et actus intelligēdi eoꝝ ꝛcata: non autē habitus nec actꝰ

ꝯclusionū: ergo ꝛc. ¶ Sed est hic dubiū de hoc qđ supponit tā hic ꝙ in secūdo articulo ꝓcedēti / vcz an habitus priapiorꝫ sint aliqđ in re extra distinctū tā a potentia ꝙ ab actu. De hoc videbit aliqđ in questione seqnti. ¶ Secūm videtz ꝙ oīs sapiēntia sit scientia et non ecōuerso: apparet. qm̄ scientia vniuersaliter sumpta est oīs habit⁹ quarūcūqꝫ ꝯclusionū, hoc est rerū beatarū ꝙ ꝯclusiones. Sicut em̄ actus speculādi rē beatā per ꝯclusionē quālibet demōstratā est actus scientie seu scientificus / qz obiectū scibilis vcz beati ꝯclusionis: ita ⁊ oīs habit⁹ et talib⁹ speculatiuis freqntans actib⁹ p̄ueniēs derelict⁹ habitus scientificus est dicendus. M; autē illa cōclusio sit de inferioub⁹ / vt ꝙ homo est risibilis / aut de superioribꝰ / vt ꝙ deꝰ est beatificatuꝰ / vl alterꝰ cuiuscūqꝫ hoc accidit scientie vt absolute sumpte: sed sapiēntia vt ꝓprie sumpta dicit tm̄ habitus ꝯclonū q̄ sunt de superioribus scientia autē potest esse etiā inferiorꝫ / quoꝫ etiā habitus specialit⁹ noiet ipi⁹ scientie appellant: ergo sapiēntia vt rex beatorū ꝙ ꝯclusiones speculatiua est q̄dā scientia specialis: sicut homo est quoddā aial. ¶ Ex quo sequitur ꝙ ipropie habit⁹ dicit in scientia et sapiēntia cū vnum diuidentiū, sit alterū. Dico autē sapiēntia esse; scientia nō quācūqꝫ sapiētia: sed p̄cise illā q̄ est rerū beatarū ꝙ conclusiones. Sicut em̄ in scientia qualibet istoꝝ inferiorꝫ sunt priapia et cōclusiones respectu quarū p̄cise est habitus scientificus: ita et in sapiētia superiorꝫ sunt etiam ꝯclusiones ⁊ priapia: respectu quarū ꝯclusionū est habitus scientific⁹ nō autē respectu priapiorꝫ talium ꝯclusionū. Et sicut habit⁹ priapiorꝫ illarū ꝯclonū / q̄ vcz sunt istoꝝ inferiorꝫ est distinct⁹ ab habitu scientifico ꝯclonū: ita et habit⁹ priapiorꝫ inferiorꝫ nō est habitus scientificus sed itellectiuus. Sicut em̄ scientia respicit vniuersaliter oēm ꝯclusionē vt suū actū et rē per eā beatā vt obiectū: ita et intellectus ꝙ est priapiorꝫ habitus oē priapiū et eius beatū. Et ideo sicut oīs sapiēntia est scientia et nō ecōuerso / ita et oīs intellectus seu habit⁹ priapiorꝫ scientie / non tm̄ ecōuerso. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in ꝓncipio secūdo ꝓcedo habitū principiorꝫ distinctū esse ab habitu sapiēntie et scientie: et sapientiā etiā a scientia specificata puta que est inferiorꝫ: nō aūt a scientia cōiter sumpta / nisi sicut inferius distinguitur a superiori.

SEcundo quæro: vtrum respectu priapiorꝫ cuiuslibet per se euidentium terminis apphēsis oporteat ponere aliquē habitū itellectuū ex actib⁹ itelligēdi talia acqsitū. Et videt ꝙ sic: qm̄ vt dictū est in ꝓcedēn questione habitus in cōi diuidit in itellectū hoc est habitū priapiorꝫ: ⁊ in habitū ꝯclonū: sed diuisuꝫ saluat in qlibet diuidēnū: ergo sicut habitus ꝯclusionū est ver⁹ habitus ex actib⁹ itelligēdi ꝯclusiones acqsit⁹: ita ⁊ habitus priapiorꝫ ex actib⁹ itelligēdi priapia. Sicut em̄ se habet habit⁹ ꝯclusionū ad ꝯclusiones / ita et priapiorꝫ ad priapia: ergo ꝛc. ¶ Cōtra: qz itellect⁹ nō est aliqs habitus acqsitus cū sit ipa itellectualis natura creata: sed habitus priapiorꝫ dicit itellectus: ergo ꝛc. ¶ Resp̄sio in qua primo videbitur questū. Scdo supposito ꝙ habitus priapiorꝫ sit aliqđ sic distinctū a potētia acqsitū sicut et habitus ꝯclusionū: vtrū sit ꝓfectior an imꝓfectior ꝙ habitus cōclusionū. Tertio qualis ordo inter istos habitus sit ponendus. Quarto an vn⁹ necessario exigat alterum.

Quantum ad primum: posset dici licet cōiter non dicak ꝙ respectu talium priapiorꝫ seu beatorū coꝝ nullū oporteat ponere habitū ex actib⁹ acqsituꝫ ac ab eis realiter distinctū: qm̄ habitus non ponit nec est necessari⁹ nisi ad facilitandū potentiā ad actū ꝓ̄ prius exequēdū: ergo respectu nullī⁹ actus habit⁹ necessario est ponēdus ad quē exequēdū seu eliciēdū potētia est scipsa iclinata et facilitata quocūqꝫ alio circūscripto: sed ad intelligēdū quodcūqꝫ priapiū ꝙ se notū hoc est eius beatū / vt oē totū est maius sua parte / ⁊ similia o ꝛs rōnis capax est inclinatus ⁊ facilitat⁹ rīmō per scipm: ergo nō oportet in eo ponere habitū ad huiusmodi actū. ¶ Cōfirmak: qz nullus videt habituabilis nisi ad actū ꝙ est ipsi aliquo mō difficilis / sed act⁹ itelligēdi priapia ꝙ se nota seu eorū beata nulli est difficilis. imo cuilibet rōne vrēti eā facilis. nō em̄ facilius talia doctus intelligit ꝙ idoct⁹: ergo ꝛc. ¶ Preterea ad illū actū potentia non est hituabilis ad quē non est post actus facilior seu promptior ꝙ ītc. Hoc apparet in exēplo. Graue em̄ nūqꝫ potest assuefieri seu hituari ad motū deorsum nec sursum. ꝙcūqꝫ em̄ pluries naturalr descēdat deorsū: vl violēter ascēdat sursuꝫ / nūqꝫ tm̄ ꝓpter hoc ascēdit facilius nec descēdit: sꝫ post actuꝫ ꝙcūqꝫ frequēter elicitū itelligēdi aliquod priapiū ꝙ se notū / hoc est eius beatū / vt ꝙ totū est maiꝰ sua ꝑte non videtur aliqui ratione vtēti facilius itelligere tale ꝓncipiū ꝙ prius. Sicut em̄ graue eque faciliter descēdit qñ primo descēdere incipit sicut postq̄ infinities descēdit: ita qlibet rōnis capax eque faciliter intelligit ꝙ totū est sua parte maius / qñ primū hoc intelligere incipit sicut postq̄ infinities intellexit: ergo ꝛc. ¶ Cōfirmak Primo / qz nō est ponēda pluralitas nisi sit necessitas. Scdo qz natura dignificāda est ꝙtū fieri potest: sꝫ nulla videt necessitas ponendi vltra naturā itellectus lē ꝙrrere oportere ad actū itelligēdi ꝓpte talia priapia per se nota / hoc est coꝝ beata aliquē talē habitus acqsitū ponere. Etiā natura intellectualē posse in talē actū faciliter quocūqꝫ ab ipsa alio circūscripto est maioris pfectionis in ea ꝙ dicere ipam hoc non posse facere nisi cū ea alio cōcurrēte: qm̄ si posset in omnē actū sibi possibilē per se tm̄ maioris pfectionis argueretur ꝙ nūc qñ ponit non posse in actū faciliter nisi habitus mediāte: ergo ꝛc. ¶ Cōtra hoc arguit Primo / qz deiectanio et facilitas in eliciēdo actū arguit in eliciēte habitū: sed potētia intellectiua circa priapia per se nota seu coꝝ beata faciliter seu delectabiliter elicit actū: ergo hoc est ꝓpter habitū. ¶ Secūdo / qz intellect⁹ est vnū septē donorū spūssancti: sed omne tale est aliquis habitus: ergo ꝛc. ¶ Tertio qz habitus diuidit in habitū ꝓncipiorꝫ et ꝯclusionū: ergo ita habit⁹ ꝓncipiorum sicut ꝯclusionū est ex actib⁹ acqsitus. ¶ Scdo rndet ad rōnes factas ꝓ ista opinione: qm̄ nō omnis habitus ponit ad inclinādum potētiā ad actum sed aliquis ad pficiēdū ipaz: qz nec potēna semp indiget habitu ꝓpter difficultatē / sed interdū ꝓpter maiorē pfectionē anima em̄ est ad diligēdū deū naturaliter iclinata / nec ꝓpter difficultatē aliquā quā ad actū diligēdi deū habeat / ponitur in ipsa charitas / sed ꝓpter pfectionē imꝓfectiorē. pfectior em̄ est potētia pfecta actu simul ⁊ habitu ꝙ actu tm̄: quare ꝛc. ¶ Ad primū dicendū ꝙ non oīs facilitas et delectatio arguit habitū / sed tm̄ facilitas seu ꝓpritudo ad illū actuꝫ qui potest esse difficilis ad exequēdū. non em̄ delectatio et ꝓpritudo comedendi vl bibēdi arguit habitum / cū ad hos actus quilibet sit iclinat⁹ ⁊ pollit in ipsos / nisi sit indispositꝰ / faciliter ꝙ scipm. Cōsimilr de actib⁹ intelligēdi principia potest dici: quare ꝛc. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ donū intellectus nō est habitus ꝓncipiorꝫ per se notoꝝ de quo hic est sermo / sed est fides infusa articuloꝝ / vt dictuꝫ est in dist. ꝓcedēti. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ vocādo habitū forma aliqđ acqsitū vel infusum ad actum aliquē eliciendū ꝓpinquus inclinātem non est habitus diuidēdus in habitū priapiorū et cōclusionū licet vulgariter sic diuidak / sicut etiā in questione superiori est

diuisus: sed extendendo habitum ad omne actus principiū productiuū/non tm̄ ad principiū productiui inclinatiuū sic habitus potest diuidi in habitū principiorū qui est actiuū intelligēdi beata per ipsa principia p̄incipiū productiuū sine aliquo alio p̄ se ꝑ̄m et ideo dicit intellect⁹ et in habitū cōclusionū/qui nō est productiuū principium actuū intelligēdi beata p ipsas cōclusiones: ꝫ inclinatiuū principiū productiui ad intelligēdū beata cōclusionū: quod q̄dē productiuū principiū est ipse habitus p̄incipiorū hoc est intellectus seu natura intellectiua q̄ dicit habitus principiorū q̄ productiua facilit̄ p se ꝑ̄am actus intelligēdi beata p principia/ꝓpter cuius rationē cōtra nā natura ipsa intellectualis nō dicit nec est habit⁹ cōclusiononū /q̄ non potest facilit̄ in actū intelligendi beata ipārū sine habitu ipāz inclinātе. ¶ Ad solutionē illā q̄ dicit potētia indiget hītu ꝓpter pfectionem hoc nō valz: q̄m hītus nō arguit simplr et absolute pfectionē/ꝫ magis ipfectōnē. supponit em̄ habituatū pfectibile forte per ipsum: ⁊ per consequens impfectū ēm se. Ad̄m pfectior esset potētia si posset eque pfecte et p̄ōpte in actum sine habitu seu nullū habēs habitū/vt est nūc habitu iformata. ¶ Nec valet qđ dī de dilectiōe dei. Nō em̄ sic est facile deū maxime vt in via oñsuz diligere/sicut oē totū esse maius sua parte intelligere. Et si dicas q̄ imo/tra q̄ per act⁹ diligēdi frequēter elicitos null⁹ magꝫ iclinat ad deū facil⁹ diligēdū. Tūc hoc supposito ꝙsimilr diceret nō esse habitū necessariū ad actū hmōi exequēdū. ¶ Sed tūc ēm hūc modū dicēdi videret q̄ nullus habit⁹ respectu act⁹ intelligendi simplicis possit poni: cui⁹ ꝓtrariū fuit dictū in alia q̄stione. Hoc apparet: q⁹ ita ex se potētia intellectiua est inclinata ⁊ disposita ad eliciēdū intelligēdi actū simplicē circa oē obiectū sibi oñsum sicut calor ad calefaciēdū calefactibile sibi ꝑ̄s. ¶ Et ꝫ hoc cōiter reputet icōuenīēs quia nec talis habit⁹ ponit: multa tm̄ forte alia seq̄rent̄ que incōuenīēta saltē vulgariter reputātur. ¶ Et ideo potest dici ēm viā p̄munē/ vez q̄ habit⁹ principiorū est forma aliqua acq̄sita/sicut et habit⁹ cōclusionū/aliter tm̄ q̄tū ad hoc q̄ hītus cōclusionū pfect⁹ nō acq̄rit nisi ex pluribus actib⁹ p̄cedēntibus: habit⁹ autē principiorū ex vnico seu post vnicū tm̄ actū/sic q̄ per p̄cedētes in nullo pficitur nec intēdit/ꝫ stari post vnicū actū intelligēdi p̄incipiuz p se notū hoc est circa suū beatū totus pfectus habit⁹ gñak vel si forte hmōi hītus intēdi posset q̄dtanue/ non tm̄ vt videt obiectiue/cū ad intelligēdū ei⁹ obiectū videlz beatū per principiū per se notū post quotcūq; act⁹ null⁹ videat ap̄ius inclinari ad intelligēdū/ nec ip̄m etiā pfectus q̄ puus intelligere. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: aliqui dicunt

q̄ habit⁹ principiorū est nobilior: tū q⁹ vniuersalior/tum q⁹ euidētior. Hītus em̄ principiorū est de vniuersalib⁹ p se notis: hītus vero cōclusionū scientificus est de particularibus non p se notis: sed ex talibus deductis: ergo ⁊c. ¶ Alij dicūt cōtrario q̄ scientia est pfectior habitus. Primo q⁹ finis est pfectior his q̄ sunt ad ip̄m: sed intellectus seu principiorū habit⁹ ordinat ad scientiā/sicut puncta ad cōclones: ergo ⁊c. ¶ Secūdo/q⁹ cū intellect⁹ p cedat ab impfectioꝛib⁹ ad pfectiora/ ꝓio cognitū est impfectius aliis postea cognitis: sed principia formant et cōꝛ beata p cōclusiones cognoscūtur p⁹ q̄ cōclusiones: ergo ⁊c. ¶ Tertio/q⁹ ille habit⁹ est pfectior/ q̄ est pfectiꝛis obiecti: sed scientia est hmōi. de quocūq; em̄ est intellect⁹ seu principiū habit⁹/ potest esse. imo ē/ scientia: et de alio aliquo de quo nō p̄t esse habitus principiorū puta de cōclusione et de re p eā beata/ ad quā principiorū hītus nō attingit: ergo ⁊c. ¶ Tūc tenēdo hoc/ vez scientiā esse habitū pfectiorē: ad illa que arguunt in contrariū. Respōdet q̄ nec propter maiorē euidētiā nec p

pter obiectū vniuersali⁹ arguit̄ pfectior hit⁹ neq; act⁹. Actus em̄ intellect⁹ diuini est obiecti singularissimi q̄ tm̄ est pfectissim⁹: habitus etiā theologic⁹ est habit⁹ pfectior scientijs humanis licet euidētioꝛibus: quare ⁊c. ¶ Si teneat̄ pria opinio q̄ forte videt rōnabilioꝛ/ꝑ̄t dici ad ea que in oꝛariū adducūt. ¶ Ad p̄mū q⁹ act⁹ intelligēdi rē beatā p cōclusionē nō est finis act⁹ intelligēdi rē beatā p p̄incipiū: nec per ꝑ̄s habit⁹ p̄incipioꝛ ordinat ad cōclusionū habitū vt ad finē magis q̄ amoꝛ dei ordinet ad amoꝛē p̄rimi. Sicut em̄ p̄rim⁹ charitatiue dilectus diligit ꝓpter deū / tra et cōclusio intelligit ꝓpter p̄incipiū hoc est res beata p cōclusionē ꝓpter rem beatā p p̄incipiū. nec tamē ex hoc sequit̄ q⁹ sit finis p̄incipij/ nisi sicut amoꝛ p̄rimi dicit finis amoris dei: proꝓto vez ꝓpt deū amatū mouet alia ad amādū p̄rimū ita em̄ ꝓpter p̄incipiū formatū est ei⁹ beatū p ꝑ̄s intellectū mouet intellectus ad formādū seu inferēdū conclusionē ipsam/nec p ꝑ̄s ad intelligēdū rē beatā p eā nec tm̄ magis ex hoc sequit̄ q⁹ actus intelligēdi beatus cōclusionis sit nobilioꝛ seu pfectioꝛ actu intelligēdi beatum ipsius p̄incipij p se notū q̄ q⁹ amoꝛ p̄rimi sit pfectioꝛ amoꝛe dei. ¶ Ad secūdū dicēdū q⁹ intellectus ꝑ̄s procedit a notioꝛib⁹/ nō oportet autē q⁹ semp̄ incipiat ab ipfectioꝛib⁹ nisi q̄n̄ impfectiora sunt notiora pfectioꝛibus: qđ sic nō est ī ꝓposito. ¶ Ad tertiū dicēdū q⁹ ēm assumit q̄n̄ dicit q⁹ scientia est eoꝛūdē quoꝛ intellect⁹ seu p̄incipioꝛ habitus: nō magis em̄ habitus scientie siue actus est p̄incipioꝛ q̄ habitus seu actus p̄incipioꝛ sit cōclusionū. ¶ Hec de secūdo.

Quantum ad tertium: dicendum q⁹ ta

lis est ordo inter aliquos habitus qualis est inter ipsoꝛ actus: sed inter actū intelligēdi p̄incipia et actū intelligēdi cōclusionē ꝓpter p̄incipiū/ hoc est inter actū intelligēdi beatū cōclusionis/ q̄ actus est cōclusio ipsa/ ⁊ inter actū intelligēdi beatū p̄incipij/ qui q̄dē actus est simulr ip̄m p̄incipiū/ est talis ordo q⁹ ipossibile est inferre cōclusionē aliquā ꝓpter p̄incipiū nō formatū/ nec p ꝑ̄s ei⁹ beatū intellectū. licez em̄ possit cōclo formari absolute ipō p̄incipio nō formato/ nō tm̄ inferri p̄t ex eo nō formato ac ei⁹ beato p ꝑ̄s intellecto: sicut nō possum diligere p̄rimū ꝓpter deū nisi diligā ip̄m deū: ergo ois cōclusio illata ex p̄incipio ꝑ̄supponit ip̄z p̄incipiū ex quo infertur et p̄incipia ipa si sint plura: ergo et habit⁹ talū cōclonū habitū p̄incipioꝛ. Cōsequēta ex hoc est euidēs/ q̄n̄ vt dictū est. ꝙsimilis est ordo inter habit⁹ sicut inter ipsoꝛ actus. ¶ Cōfirmat: q⁹ sicut mediante cōclone in mente formata que q̄dē est intellectio complexa nō p se nota generat habitus scientificus /q̄ vocat habit⁹ cōclusionis: ita et mediāte p̄incipio per se noto in mēte formato qđ fit̄ est complexa cognita p se nota/ gñak habitus ali⁹ q̄ vocatur habitus p̄incipij: ergo si actus p̄incipij est ꝑ̄ actu cōclusionis/ et habit⁹ erit ꝑ̄ hītu: sed q̄libz cōclo inferitur ex p̄incipio aliquo ip̄m p̄incipiū formatū est puꝰ nature ordine cū ip̄m cōclo ex eo illata necessario ꝑ̄supponat: ergo ⁊c. ¶ Ex hoc concludo corollarie q⁹ silis ordo videt esse cōclusionis ad p̄incipiū/sicut actus temperāte ad actū sibi correspōdētis prudēte: et habitus cōclonis ad habitū p̄incipij/ sicut habit⁹ tēperāte ad habitū prudētie. Sicut em̄ recta electio que est actus tēperāte ꝑ̄supponit rectū dictamē ⁊ q⁹ est actus prudentie: ⁊ ideo etiā tēperātie habitus ꝑ̄supponit habitū prudētie: tra in ꝓposito videt esse dicēdū. ¶ Et hec de tertio articulo.

Quantum ad quartum & vltimum di

cendū q⁹ sicut bona electio ⁊ habit⁹ tēperātie electiuus ꝑ̄supponit necessario rectū dictamē ⁊ p ꝑ̄s habitū prudētie ex dictamine naturali gñatū/ non tm̄ sic necessario

absolute ḋn ꝑ diuinā potentiā nullo ex dictamib⁹ rectⁱ hitus poterit gñari habitus ⁊ruosus eō ꝓfecte acsi ex ꝓcedētib⁹ dictamib⁹ fuisset hit⁹ prudēte gñat⁹: ita in ꝓposito est dicēdū/ vez ꝙ licet qⁱ ꝓclo in mēte formata ex principio illata ꝑsupponit ipm ꝓncipū/ ⁊ ꝑ ꝑs eius habit⁹ scientific⁹ ꝓclonib⁹ ipis mediātib⁹ gñatus. Et ideo sic licet ꝓclonū hitus dictus hitū ꝓncipioꝝ necessario ꝑsupponat/ ꝑ ḋcto vez naturaliꝝ loquēdo nō pōt poni ipm formatū ꝓncipū nō sed hitus ꝓncipij/ tamē ipso ꝑ diuinā potentiā non producto/ nihilomin⁹ esset vel esse posset tam actus ḋ habitus ꝓclonū. Ideo enī scientificus ꝓclusionū absolute non supponit nec exigit ad hoc vt naturaliꝝ acqrat nisi ꝓclones ipas formatas in mēte/ et ꝓncipia seu ꝑmissas eas inferētes. ꝙ aūt ex talib⁹ ꝓncipijs in mēte formatis sequat hitus ab actu intelligēdi puta ab ipsis ꝓncipijs distⁱct⁹/ hoc licz semper sit de facto/ nec posset nō fieri ꝑ naturā/ tñ nō est necessariū ad hoc vt hitus scientie gñet. ¶ Sic ad ḋctionem ¶ Ad rationē in ꝓncipio dicēdū est ꝙ imo intellectus formaliꝝ acceptus dicit habitū siue actū. Nec enī natura substantialis dicit intellect⁹ nisi ab actu vl hitu intellectiuo: sicut nec sēsus nisi ab actu alicui sēsitiuo: ḋre ⁊c.

Circa distinctionē trigesimā sextā in qua Magister determinat de cōnexione ⁊rtutum quatuor cardinaliū iter se dicto in ꝓcedētibus de ꝓnexione ⁊rtutū theologicarū. Quātū ad cōnexionē quatuor ⁊rtutū cardinaliū. Quero ꝓmo de ꝓnexione tertiū appetituarū seu moralium inter se: vez fortitudinis/ tēperātie/ et iustine. Secūdo de ꝓnexione cuiuslibet illarū cū prudēna. ¶ Quantū ad ꝓmū Quero vtrū iste tres morales ⁊rtutes/ vez tēperāna/ fortitudo et iustina sic necessario sint ꝓnexe ꝙ vna nō pōt sine alia esse. ¶ Et videt ꝙ sic/ qm ꝑ possibile est eūdē esse ⁊ruosum et vitiosum: sed ois iustus est ⁊ruosus: ergo nullū habet vitiū: sed carēs ol vitio oēz habet ⁊rtutē: ergo ⁊c. ¶ Cōtra: qⁱ aliqs pōt se exercere circa actus vnius ⁊rtutis nō exercēdo se circa actus alteri⁹: ꝙ talis sic se exercitās circa actus determinate ⁊rtutis nō pōt omnē ⁊rtutē acqrere/ ꝙ vnā trā: ergo ⁊c. ¶ Rñsio vbi ꝓmo videbit de ꝓnexione illarū ⁊rtutū iter se. Scōo de ꝓnexōe ipaꝝ cū ⁊rtib⁹ theologicis.

Quantum ad primum ⁊ dicūt aliqui ꝙ

hmōi ⁊rtutes possunt dupliciter accipi: vno mō ꝑ se esse ꝑfectū et sic nō sunt ꝓnexe: potest enī qs se exercitare circa materiā vni⁹ ⁊rtutis nō exercēdo se circa aliā: et ita acqrere illā ⁊rtutē circa cui⁹ materiā ⁊ act⁹ se exercitat ꝑ aliquē gradū eius licet ꝛnpfectū/ nihil ⁊rtutis alterius acqrēdo. Alio mō possunt ꝓsiderari ꝑ se ꝑfectū et vt sic sunt ꝓnexe sic ꝙ ipossibile est vnā ꝑ suū gradū vltimū et ꝑfectū habere sine aliis duabus. ¶ Pro isto modo dicēdi arguit ꝓmo sic. Nulla ⁊rtus est ꝑfecta nec vera quā hīs pōt deficere et contra actū ipsius agere: sed ois hīs vnicā trā ⁊rtutē puta tēperānā sine fortitudie pōt facilr deficere et ꝓtra actū tēperātie agere. si enī ꝓponak ipi aliqd terribile sustinēdū nisi fortitudis habitū stati ꝓmittat adulterū: qd nō faceret si virtutē fortitudis haberet: ergo hoc est qⁱ tēperāna sine fortitudine nō est ꝑfecta ⁊rtus. ¶ Scōo arguit sic. ois ꝑfecte habituat⁹ opak facilr et delectabiliter actū hit⁹ sed nullus hīs vnā ⁊rtutē sine alia pōt faciliter nec delectabiliter agere ⁊ruose vt patet in exēplo ꝓposito de tēperato vel iusto nō fortī/ qui tēptat⁹ de intēperantia vel de iustitia nō pōt faciliter et delectabiliter fugere ea ꝙ ad tēperātie vtutū spectāt. Tirius enī faceret ꝓtra tēperāniā vel ꝓtra iustitiā ḋ vellit subire mortē: ergo talis nō est ꝑfecte tēperat⁹ sine fortitudine neq; iustus. ¶ Tertio qⁱ ois ꝑfecta et vera ⁊rtus ꝓducat ⁊ruosū ad debitū finē ⁊rtutis: sed nulla ⁊rtus illarū trium sine alia pōt ꝓducere aliquē ad talē finē vez politicū et ꝑfectū alioqui ois alia supflueret: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc etiā adducunt auctoritates. Dicit enī Grego. 22. moralium ꝙ vna virtus sine alia aut oīno nulla aut ipfecta est. ¶ Preterea ꝓmētator sup sextū ethicoꝝ. nō existente tēperantia ḟliter est/ inḋt iustitia. ¶ Ite idē dicit sup eundē sextū ꝓmēto. 4-6. Q; fortes adinuicē sunt ⁊rtutes et magnā adinuicē ferūt si studiē. ¶ Cōtra istaz opinionē arguit multipliciter. Et ꝓmo sic. Nō magis nullā habēs ⁊rtutē potest se exercitare circa materiam vni⁹ et acqrere illā ꝙm esse impfectū nō acqrēdo aliqd alteri⁹ circa cui⁹ materiā se nō exercitat ḋ habēs vnā ꝙm esse impfectū nō hīndo aliā posset exercitādo se cōtinue circa ipam cui⁹ aliquē gradū habet acqrere eam ꝑfecte absq; alia acqsita circa quā idē nō se exercitat: ꝑ ꝓmū ꝙm eos est possibile: ḋ ⁊ secūdū. Maior apparet qm ideo potest vna sine alia in esse impfecto acqri qⁱ potest ḋs in actib⁹ vni⁹ exercitari nō exercitādo se circa actus alterius: sed hīs ⁊rutē inchoatā licet impfectā magis est inclinat⁹ ad actus illius ⁊rtutis ḋ esset ꝑfectus antecḋ haberet aliquē gradū eius: ergo si prius nullum hīs ei⁹ gradū se exercitare potuit in eius actibus et eis mediātib⁹ acqrere aliquē eius gradū/ multo magis post hmōi gradū hitū poterit cōtinuare actuū eius exercitiū sine exercitio actuū aliarū ⁊rtutū ⁊ ꝓtinuādo ꝑ ꝑs acqrere ei⁹ gradū vltimū et ꝑfectū. ¶ Cōfirmatur: qⁱ act⁹ eiusdē ⁊rtutis sunt eiusdē rōnis: sicut etiam gradus eiusdē ⁊rtutis ꝑ quos ipa ⁊rtus mētdik: ergo in quēcūq; gradū ⁊rtutis pōt qs mediāte vno actu potest etiā mediāte alio eiusdē ⁊rtutis: sed mediātib⁹ ꝓmis actib⁹ ⁊rtutis vnius puta tēperātie in quib⁹ sic se incipit exercitare/ acqrere potuit et acqsiuit aliquē gradū ⁊rtutis tēperātie/ nullū fortitudis nec iustitie acqrēdo: ergo et ꝑ actus sequētes illū gradū tēperātie acqsitū eiusdē rōnis cū ꝓcib⁹ ⁊ eis pfectionib⁹ qⁱ hitū sequētibus potent alius et alius grad⁹ ⁊rutis vsq; ad oē pfectum gñari naturaliter et acqri/ nullo gradu alteri⁹ virtutis acqsito cū nec sit habit⁹ aliqs ei⁹ actus sine quo ꝓuto nō acqrit ipsa ⁊rtus: quare ⁊c. ¶ Preterea secūdo sic ad idē arguit: aut i eodē istāti quo vna ⁊rtus est ꝑfecta est etiā ꝑfecta ois alia: aut in alio ⁊ alio: si in alio/ ḋ nō sunt ꝓnexe: si in eodē istāti aut eodē actu acqrūtur oēz aut diuersis: sed cōstat ꝙ nō eodē. Nō enī volūtas habet eūdē actū circa omnē materiā moralē: ergo diuersis actib⁹ acqrunt: sed nō est necesse/ nec etiā forte possibile simul circa quālibet moralē materiā habere actū ꝓpriū et ꝑfectū: ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat: qⁱ exercitans se circa materiā vni⁹ ⁊rutis nō oportet ꝙ cognoscat materiā alteri⁹ ⁊rutis/ vt apparet de puero inter mulieres nutrito q nūq; audiuit nec vidit bella/ q potest se exercere circa materiā castitatis nō exercēdo se circa fortitudinis materiā quā nūq; cogitauit: vel esto ꝙ cogitauerit/ nō oportet ipm circa ipsum exercitare ad hoc vt circa aliā se exerceat: cū ⁊rtus moralis sit hitus electiuus/ et per ꝓs ex actibus electiuis libere in hois potestate existēt⁹ acqsit⁹. potest autem aliqs eligere tunc spectantia ad vnā ⁊rutē non eligēdo sed respuēdo que spectant ad aliam: ergo ⁊c.

Et ideo aliter est dicendum. Ad cui⁹ eui

dētiā ḋ sciēdū primo ꝙ hmōi tres morales ⁊rutes possunt supnaturaliꝝ in fundo/ et etiā naturaliꝝ ex actib⁹ acqri. Omnis enī habitus cui⁹ actus naturaliꝝ ḋ possibil

est naturalr acqsibilis: sz actꝰ oim harū ⁊rutū sunt naturalr possibiles/cū earū actꝰ sint electiones ꝓformes recto dictamini rōnis intellectus aūt q̄libet pōt eligere ꝓformiē vel difformiē recto dictamini rōnis: ergo ⁊ habitū acqrere ⁊uosum vel etiā vitiosum. ¶ Secundo ꝑmitto q hmōi ⁊utes necessario esse cōnexas vel nō/duplr pōt intelligi: vcz positiue vel negatiue siue cōtrarie ⁊ ptradictorie. Illa sunt connexa contradictorie quoꝝ vnū nō pōt eē cū negatiōe alterī/vt hō ⁊ risibile. Illa sunt cōnexa ptrarie quoꝝ vnū licet ſter cū negatione alterī nō tñ cū ꝓtraria affirmatiōe/sicut forte diuina fruitio ⁊ delectatio. Licet eīm ꝑ diuinā potentiam posset esse ipa fruitio sine delectatione supposito q ab ipa realr sit distincta nō tñ forte cū ꝓtrario vcz cum dolore seu tristitia de obiecto ipsius. ¶ Tunc ꝙ vnā virtutē posse ab alia separari pōt intelligi aut q possit esse sine ea absolute: aut etiā q possit esse cū vitio ipi cōtrario/vt iustitia cū itēperātia. vel tēperātia cum iustitia. ¶ His ꝓmissis pono sex ꝓclones. ¶ Prima est/q q̄libet harū ⁊rutū ēm suū esse pfectū et sibi possibile virtutē pōt infundi/alia nō infusa. Hec apparet qz cuicūq; subiecto receptiuo plurū realiē distinctoꝝ pōt ꝑ diuinā potētiā cōcreari vnū illoꝝ trīm sine aliquo aliorū. Hec est euidēs maxime si subiectū est imediate receptiuū istorū oim realiter distinctoꝝ nō vnius alio mediāte. Nulla eīm est ptradictio quocūq; realiter distinctoꝝ vnū sine alio fieri ⁊ factū in subiecto eius imediate recepti uo poni: sz hmōi tres ⁊utes sunt realiter differentes/ quarū oim susceptiuum subiectū est alia nō vnius alia mediāte: ergo ꝛc. ¶ Secūda est q etiā deus pōt infundere vnā istarū cuicūq; existēti sub vitiis ptrarijs aliis oīb⁹ virtutib⁹. Hec apparet/quoniam diuersa accidentia nō contraria sed diparata non sunt formaliter repugnātia/nec ꝙ ꝙsequēs incōpossibilia: sed vna virtus puta temperantia ⁊ vitium alterī virtuti ꝓtrarium vcz iniustitia nō sunt ꝓtraria sz tñ diparata/sicut albedo ⁊ dulcedo. Nec eīm iniustitia contrariatur nisi iustitie nec temperātia nisi intemperātie: ergo licet tēperantia ⁊ itēperātia nō possent simul existere in eodē/nec iustitia ⁊ iniustitia: nec fortitudo ⁊ virtuī ipsi contrarium: in nullo tñ iniustitia repugnat temperantie vel fortitudini. nec ecōtrario: quare ꝛc. ¶ Tertia ꝙclusio est: q q̄libet harū ⁊rutū potest acquiri sine alia etiā in quocūq; gradu/⁊ facilius ꝙ cum ipsa. Hec potest ꝓbari. Et primo q possit acquiri sine alia absolute/qm̄ nō est maior connexio inter aliquos habitus viciosos vel virtuosos ꝙ inter ipsoꝝ actus/sed iter actus istarū virtutū quātūcūq; perfectos nulla est connexio necessaria: potest eīm esse perfectus actus tēperantie sine aliquo actu fortitudinis vel iustitie ⁊ econtrario/alioquin nullus virtuosus posset agere ⁊uose nisi ageret insimul oēs actꝰ virtutum oim: qđ est falsum: ergo ꝛc. sed ois habitus pōt acquiri sine quocūq; alio sibi cōnexo/ dū tñ sit hoī possibilis naturaliter/qualis est q̄libet moralis virtus: ergo ꝛc. Maior est euidens/qz nec habitus sunt connexi nisi tñmodo ꝓpter actus/qz vcz actus vnius actū alterius ꝓsupponit/ vt de habitu principioꝝ ⁊ conclusionum in q̄stione ꝓcedenti fuit dictū. Nullus ergo habitus alium exigit nec supponit: habitus eīm cuius est actꝰ generatiuus nō supponit actum alterius ꝓductiuum: quare ꝛc. ¶ Confirmat: qz non est maior connexio inter habitus appetitiuos seu electiuos diparatos ⁊ diuersoꝝ obiectoꝝ ⁊ actuum ꝙ inter habitꝰ intellectiuos vel quoscūq; alios cognitiuos diparatos: sed iter eos nulla est cōnexio quin vnꝰ ēm suū esse pfectū posset acquiri alio non acquisito/vt grāmatica sine logica: vel logica sine morali philosophia. et sic de aliis: sz ita sunt distincti hi tres habitꝰ virtuosi morales sicut q̄cūq; alij intellectuales: ergo ꝛc. ¶ Preterea/nō minꝰ distinguunt actꝰ ⁊uosi diuersarū triū ꝓdictarū ⁊rutū ꝙ distinguant diuersi actꝰ sentiēdi vel intelligēdi: ꝙ non est ipossibile vnū eligere aliud nō eligēdo ꝙ vnū intelligere vel sentire aliud nō intelligēdo vel sentiēdo. Sicut ꝙ possum videre vel intelligere albū nō videdo vel intelligēdo nigrū qz actꝰ obiectoꝝ talium sunt distincti: ita eadē rōne possum velle vel eligere vnū/vt tēperate viuere nihil ab illo aliud eligēdo: ergo ꝛc. ¶ Secūda pars vcz q facilius vna virtꝰ p se sine alia ꝙ simul cū ea acqrat: ꝓbat qm̄ facilius est se exercitare circa vnum actū ⁊uosum ꝙ ifimul circa oēm: sz nullꝰ pōt naturalr acqrere oēs ⁊utes nisi se circa oēs earū actus exercēdo: sicut nec plures scientias nisi eas simul vel successiue vnā post aliā addiscēdo: ꝙ ꝛc. ¶ Cōfirmat: qz sicut facilius est vnū habitū intellectiuū ꝙ plures acqrere/qz facilius est vnū ꝙ plura simul intelligere: ⁊ p ꝑns facilius est in actū vnius habitꝰ intellectiui ꝙ plurū se exercitare: ita cōsilr de ⁊uosis electiuis habitib⁹ ꝛ dicēdū. ¶ Quarta ꝓclo est: q est difficile vel etiā ipossibile oēs virtutes morales simul acqrere. Hec apparet/qz habitus intellectuꝰ nō pōt acqri nisi ex electiōib⁹ ꝓsupponētib⁹ recta dictamina intellectꝰ/sz cū intellectꝰ nō videat posse simul oīa intelligere/difficile est vel impossibile ipm simul dictare diuersa ⁊ diparata eligibilia cuiusmodi sunt illa de qb⁹ sunt morales ⁊utes: ꝙ ꝛc. ¶ Quarta ꝓclo est: q est difficile vel etiā ipossibile oēs virtutes morales simul acqrere. Hec apparet/qz habitus intellectuꝰ nō pōt acqri nisi ex electiōib⁹ ꝓsupponētib⁹ recta dictamina intellectꝰ/sz cū intellectꝰ nō videat posse simul oīa intelligere/difficile est vel impossibile ipm simul dictare diuersa ⁊ diparata eligibilia cuiusmodi sunt illa de qb⁹ sunt morales ⁊utes: ꝙ ꝛc. ¶ Quinta ꝓclo est: q nō est facilꝰ nec possibilꝰ simul acqrere plures habitꝰ electiuos cuiusmodi sūt iste ⁊utes ꝙ plures intellectiuos disparatos realr ⁊ distinctos: sz simul acqrere naturalr plures intellectiuos habitꝰ disparatos vt grāmaticā et logicā ⁊ naturalē philosophiā est difficile: immo videt ipossibile/cū nec simul obiecta istoꝝ habituum possint intelligi: tgit cū nō minꝰ obiecta ⁊ actꝰ istarū ⁊rutū moralium distinguant/nō est possibilꝰ acqrere ifimul oēs ipas. ¶ Preterea ad idē pōt argui/qz facilꝰ ⁊ possibiliꝰ est acqrere naturalr minꝰ distincta ꝙ magis distincta: sz gradꝰ eiusdē ⁊utis vt tēperātie minꝰ distinguunt ꝙ vna ⁊tus ab alia/vt tēperātia a iustitia/nec tñ possunt oēs naturalr simul acqri/sz mediantib⁹ diuersis actib⁹ vnꝰ post aliū successiue: ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat: qz minꝰ distinguunt actꝰ ⁊uosi eiusdē rōnis ꝙ alterī⁹: sz actus ⁊ut; tēperātie sūt eiusdē rōnis iter se. ⁊ alterī⁹ ab actibus iustitie/nec tñ eis mediantib⁹ vel ipsoꝝ aliq possunt oēs gradꝰ tēperātie simul acqri: ꝙ ꝛc. ¶ Preterea nō est possibilꝰ nec facilꝰ simul acqrere oēs tres morales ⁊utes ꝙ oēs spēs vnīꝰ earū tm̄/ vt tēperātie: sz oēs tēperātie spēs simul naturalr acqrere/ pura hūilitatē moderātē honestes/⁊ castitatē moderātē carnales delectationes est difficile/vel forte ipossibile: vt videt: ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat/qz nō est possibilꝰ diuersas tēperātie vel iustitie spēs acqrere simul naturalr mediātib⁹ diuersis electiōib⁹/ꝙ diuersos habitꝰ intellectiuos diuersarū cōclusionū/pura grāmatice vel logice vel alterī⁹ scie cuiuscūq; sz talū diuersarū ꝓclonū cuiuscūq; scie habitꝰ partiales intellectiuos ipossibile ē simlr naturalr acqrere: qz q̄ nō possūt simlr intelligi/nec ipoꝝ habitꝰ intellectiui possunt simul acqri: sed nec oēs ꝓclusiones eiusdē scientie vt logice vel naturalis philosophie possunt simul ab eodē intellectu formari/nec earū obiecta p ipsas significata simul intelligi: ergo ꝛc. ¶ Ultra ꝓclusio est/q facilius est vnā virtutē sine alia acquiri in esse pfecto ꝙ in esse remisso. Hec pōt ꝓbari/qm̄ facilius est habenti aliquē gradū habitꝰ licet modicū se exercitare in actib⁹ illius habitꝰ ꝙ nō habēti aliquē eī⁹ gradū: sz acquirens vnā ⁊utē sine alia/vt tēperātiā sine iustitia in esse ipfecto acqrit ipsam se exercitādo in actib⁹ tēperātie cuī⁹ nullū gradū habuit qm̄ se exercuerit ꝛcepit: ergo tēperātia licet in gradu ipfecto habita facilꝰ est ipsam licet ipfectā hīti se exercitare in ipa ꝓtinuando eius actꝰ ꝙ a ꝓncipio antеꝙ haberet aliquē gradū eī⁹/ sz sicut actus

ꝓcedentes gradū habitū ipfectū ad ipm gradū: ita alij ei faciliores habent hūc gradū sequētes ad gradū altū amplioꝛē ⁊ alū ad altū vsq; ad ꝓsummanonē seu ꝑtutis pfectionē: ergo sequit ꝓpositū vcz q; difficilius est aliquā ꝑtutē sine alia vel nō alia ichoare q̄ ichoarā ꝓficere. ¶ Confirmat primo: qꝛ cui sunt actꝰ faciliores ⁊ habitꝰ eis mediātibꝰ gñabilis vel itēsibilis: sz actꝰ sequētes aliquē gradū habitꝰ sunt faciliores hūn gradū hmōi q̄ actꝰ ipm ꝓcedētes: ergo ⁊ facilꝰ est ipsi attigere ad gradū habitꝰ itēdētē puoꝛē ꝓductū mediātibus actibꝰ ad illū gradū habitꝰ ꝓmo acqsitū succedēnbꝰ: ⁊ p ꝓns ipi faciliores q̄ ad gradū illū ꝓxīe ꝓductū mediānbꝰ actibꝰ gradum oēm habitū ꝓcedēnbꝰ: ⁊ p ꝓns ipi difficiliozibꝰ. ¶ Secūdo, qꝛ hoc idē apparet exemplo de oībꝰ habitnbꝰ itellectiuis, vcz q; difficilꝰ est scīē nā quālibet inchoare q̄ ꝓtinuare ⁊ successiue vnā post alīā addiscere seu vnū sciētie gradū post alīū acqrere: ergo ⁊c. ¶ Sexta ⁊ vltima ꝛcō est, q; nō tm vna virtꝰ ꝑdictarū pōt sine alia acqri naturalr in esse pfecto, sed etiā cū habitu vitioso alteri ꝑtutis ꝓtrario, vt tēperātia cū iustitia: vel iustitia cum intēperāta. ℔hoc ꝓbat: qm oēs habitꝰ quozū actꝰ possunt naturalr simul icristere possunt isimul naturalr existere ⁊ acqri: sz actꝰ iustitie nō est icōpossibilis actui itēperātie nec econtrario actꝰ tēperātie actui iustitie: ⁊ dato etiā q; forte non possint insimul eē, saltē vnꝰ post alīū pōt eē: ergo exercitādo se ꝯa mō i actibꝰ tēperātie ⁊ postea in actibꝰ iustitie pōt acqrere ꝑtutē tēperātie cū vitio iustitie. ¶ Cōfirmatur: qꝛ cū q̄libz possit eligere ꝓformīē vel difformīē recto dictamini rōnis, p ꝓns intellectu dictāte tēperate ⁊ iuste viuēdū possum eligere ꝓformīē ꝓmo dictamini ⁊ difformīē scūo. Nō esn qꝛ eligo tēperate viuere, carnales lasciuias castitate ⁊ honores humilitate moderāte, sequit q; oporteat me eligere viuere iuste, ꝓmū nō ledēdo: sz eligēs tēperate viuere ⁊ iuste acqrit habitū tēperātie ⁊ iustitie: ergo ⁊c. Nā etiā eligēs viuere tēperate pōt nō eligere viuere iuste: nō tm ꝓtrariū vcz iniuste viuere eligēdo, ⁊ tūc acqrit tēperātiā sine iustitia ⁊ sine vitio ipi ꝓtrario vcz iustitia: vel pōt etiā eligere viuere iuste, ⁊ sic acqret tēperātiā nō tm sine iustitia: imo etiā cū iustitia. ¶ Preterea ad idē arguo sic. Nō min⁹ virt⁹ vna istarū puta tēperātia pōt stare cū iustitia ꝓtraria iustitie ab ipa tēperātia gñe differēt, q̄ vna species tēperātie cū itēperāta ꝓtraria tēperātie alterī⁹ speciei: sed hoc est possibile: humilitas em est vna spēs tēperātie ⁊ castitas alia: pōt aūt eē humilitas cū lcōtinētia, sicut ecōtrario castitas cū superbia. ¶ Cōfirmat: qꝛ nō est ipossibilius me velle vnum seu eligere nolēdo aliud ab illo nō distinctū solūmō sz etiā ipi ꝓtrarium, q̄ videre seu itelligere albū nō videdo nec intelligendo nigrū; sz hoc nullum est icōueniēs: ergo nec me eligere tēperate viuere ⁊ nō iuste imo iuste: cū hmōi sint distincta sicut ⁊ illa: ꝙre ⁊c. ¶ Ex ꝓdictis ꝓcludo cozollarie q; iter hmōi tres morales ꝑtutes nulla est cōnexio nec vt supnaturalr cōicabiles, nec etiā vt naturalr acqsibiles: nec ꝓtradictorie nec etiā ꝓtrarie, cū q̄libet vt ostensum est possit eē nō tm sine alia sz etiā cū vitio alli contrario. ¶ Ad illa que in ꝓtrarium arguunt. ¶ Ad pmū dicēdū q; maioꝛ est falsa, qꝛ altioꝝ nulla ꝑtus etiā habita cū quacūq; alia posset eē pfecta nec vera, cū nullus quātūcūq; habeat cū ea oēs sit imobilr virtuosus quin ipi sit possibile agere ꝓtra eā. Nā q; habēs tēperantiā sine fortitudine faciat aliq̄d ꝓtra tēperātiā hoc nō est ex ipfectiōe tēperāne sz occasione carētie fortitudinis. Nec em castus non fortis facit ꝓtra castitatē qꝛ nō pfecte castꝰ, sz qꝛ nō pfecte ꝑtuosus. Nullus em pfecte ⁊ vniuersalr est ꝑtuosus nisi oēm habeat ꝑtutē, sicut nec perfecte sentiēs, nisi oēm habeat sensum, licet posset eē pfecte vidēs nullū alīū sensum a visu habendo: nec em qꝛ habz auditū habz pfectiozē visum: sicut in ꝓposito nō est pfectꝰ q̄a tēperatꝰ qꝛ cum tēperātia habz iustitiā ⁊ fortitudinē, licz sit pfectꝰ ⁊ vniuersalꝰ ꝑtuosus. ¶ Ad secūdū dicēdū q; sicut hēs visum sine auditu nō videt ipfectꝰ q̄ si habeat eū isimul cū auditu, ita nec habēs tēperātiā cum alīs ꝑtutib⁹ magis in actib⁹ tēperāne delectat q̄ habēs ipsam eque pfectā sine alīq̄ aliarū. Unde tēperato nō forte delectabilis est actꝰ tēperātie ⁊ actꝰ cōtrarius tristis: tristitia tm ipi eēt subire terribilia qꝛ fortitudie caret: ⁊ ideo factēdo contra tēperātiā eligit sibi difficile ad difficili⁹ curtādū, sicut ꝓficiēs merces ꝓpter piculū curtādū. ¶ Ad tertiū dicēdū q; sicut ad vniuersalr posse sentire reꝛunt multi sensus, quoꝝ tm q̄libet sine alio est pfectꝰ in gñe suo, ita ad pfecte eē ꝑtuosum, qđ est finis politicꝰ ꝑtutū requirunt oēs ꝑtutes: q̄libz tm facit pfectionē in gñe suo virtutū ⁊ ꝓducit hominū ad deburū finē suū: quare ⁊c. ¶ Ad illud dictū Gregorij dicēdū q; Gregoꝛ loquit de hmōi ꝑtutib⁹ vt sunt ꝓncipia merēdi, nō vt sunt principia actꝰ humani: vt sic aūt vcz ꝑut sunt ꝓncipia merēdi aliquā saltē maioꝛē habēt cōnexionē: qꝛ tēperātiā nullꝰ pōt increi iustitia existēte in ipo saltē actuali, ⁊ ideo vna ꝑtus vt sic licz nō exigat aliā, excludit tm vitiū nō habituale sz actuale illi ꝓtrarium: q̄re ⁊c. ¶ Ad cōmētatoꝛē dicit q; ꝑtutes possunt dici sozores inter se qꝛ mutuo se iuuāt ad finē totalē ꝓsequēdū: ⁊ etiam quo ad securitatē, qꝛ vna p aliā reddit magis tuta. Et hoc mō itelligit cōmētatoꝛ qm dicit q; nō existēte tēperātia qualr est iustitia, hoc est q; nō poterit eē tuta, qꝛ habēs iustitiā sine tēperāna ꝓpter intēperātiā poterit facere contra iustitiam. ¶ Et hec de primo articulo.

Quantum ad secundum est sciēdum q;

virtꝰ moralis pōt cōsiderari vno mō vt est principium actꝰ boni moralr: ⁊ alio mō vt est ꝓncipiū actꝰ boni supernaturalr, qualis actꝰ est oīs meritoꝛ⁹. ¶ Tūc hoc ꝑmisso dico duo. Primū est, q; vt ꝑtutes morales accipiunt primo mō nulla est ipsarū cōnexio alī tres theologicas: nec ecōtrario theologicarū ad ipsas. ¶ Secūdū, q; secūdo mō sumpte habēt cōnexionē cū theologicis infusis sic q; necessario ipas exigūt, nō tm econtrario theologice exigūt istas. ¶ Primū apparet, qm et ꝑtutes morales sine theologicis ⁊ ecōtrario theologice sine moralib⁹ possunt eē separate, imo ⁊ de facto multoꝝ plurimis separāt. Fuerūt em plures iter philosophos q; nullā theologicā habuerūt ꝑtutē, sz tm morales ꝑtutes, sicut etiā reꝛunt adhuc in multis infidelibus: ⁊ ecōtrario in multis electis viatoꝛ⁹ sunt virtutes theologice sine istis saltē acqsitis, nec tm sine eis, sz etiā cū vitijs ꝓtrarijs: sicut apparet de vitioso nouiter ad deū ꝙerso in quo remanēt q; prius ei inerāt ꝫdem habitꝰ vitiosi: qđ arguit: qꝛ ad eosdē actꝰ vitiosos cōsimiliꝛ sicut ꝓus remanet ꝛclinatꝰ, cū tm fidē, spem, ⁊ charitatē ipm ꝓfiter hēre: q̄ ⁊c. ¶ Cōfirmat, qꝛ ꝓstat q; nec ꝑtuosus habitꝰ pōt in istās naturalr acqri nec vitiosus corrūpi: sz cuicūq; in istās suc ꝙersiōis ad deū infundunt fides, spes, ⁊ charitas nisi ipsas ātea ꝓhabuerit: ⁊ statim nō pōt acqrere habitū ꝑtuosum, nec ꝑdere acqsitū vitiosum: q̄re ⁊c. ¶ Utrū aūt hē morales ꝑtutes ifundant in bapnmo ⁊ in penitēna, ita vt theologice de facto nūq; sint oēs isimul sine istis moralibus ifusis licz sine eis acqste; nō habeō expssum nec videō ponēdū, licz hoc aliq̄ dicere videant, qm in quo est habitꝰ vitiosus nō videt ponēdꝰ habitꝰ illi ꝓtrarius ꝑtuosus, sz in penitēte veraciꝰ, ⁊ p ꝓns ꝑtutes theologicas ifusas habente vniuersalr manēt iterdū oēs habitꝰ vitiosi moralibus virtutibus opposite, vt habitus itēperāne, iustitie ⁊ icōstāne: q̄dē enim manent in ipso habitus post penitentiam, qui antea prefuerunt: ergo ⁊c.

¶ Secūdū dictū/videlicet q virtutes morales vt sunt principia actus meritorij exigant theologicas et non econtrario/apparet/quoniam nullus viator est deo acceptus nec p ꝓsequēs potest esse meritorius aliq̄s eius actꝰ nisi existēs in fide ſpe ⁊ charitate infusis:ois autē ipas hñs sine q̄cūq̄ alia ⁊rute est deo acceptꝰ:⁊ p ꝓns pōt cē meritorius ⁊ actꝰ:ꝯ sequit̄ ꝓpositū/ vcꝫ q ⁊rutes theologice sine moralibꝰ sufficiūt ad merēdum:nō aūt ecōtrario:q̄re ⁊c̄. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnem in ꝓncipio dicēdū/q sicut vidēs nō est vniuersalr̄ sentiēs:pōt em̄ cē vidēs ⁊ nō audiēs:⁊ ita sentiens et non sentiēs:ita iust⁹ nō est vniuersalr̄ ⁊ruosus/et ideo licet idē nō possit cē ⁊ruosus ⁊ vitiosus vitio illi ⁊rtui contrario/pōt tñ cē ⁊ruosus vna ⁊rute vt iustitie/et vitiosus nō vitio iustitie/ſz vitio itēperātie: sicut idē pōt cē sentiēs ⁊ nō sentiēs/respectu diuersoꝝ actuū sentiendi nō aūt respectu eiusdē:erit em̄ sentiēs sensu seu actu visus/⁊ nō sentiēs actu auditus. Et sic in ꝓposito pōt dici/q nō minꝰ differūt hmōi virtuosi vel vitiosi morales habitus ꝯ diuersi sentiendi actus.

Quantum ad secūdum: dicēdum est ꝙ cuilibet est licitum iuramentum dum tamen sit debite factum. ¶ Ad huius autem euidentiam est sciendus ꝙ iuramentum est duplex videlicet assertorium et promissorium. Assertorium respicit presens et preteritum. Promissorium vero propriē futurum. Iuramentū promissorium quoddam est debitum et aliud indebitum/ quod est triplex: videlicet dolosum / incautum et coactum. Dolose iurat qui nō intendit complere in animo quod promittit verbo. Incautum autem promissorium iuramentum est quod transit super obiectum indebitū puta super rem illicitam/ vel simpliciter vt si quis promitteret se facturum aliquid contra aliquod preceptorum dei: vel vt iuratū sicut si aliquis iuraret se nūq̄ obseruaturum aliquod consilioꝝ Christi. licet enī nullus teneatur facere opera perfectionis cum sint obseruationes consiliorum nisi ad illa voluntarie obligatꝰ/ non tamē debet habere nolle seu propositum fixum ad non faciendum nec per consequens hoc est iuramenti debitum obiectum. Iuramentum autem promissorium predictis carens/ videlicet dolositate/ incautela et coactione est debitum. ¶ Hoc premisso pono quartuor cōclusiones. ¶ Prima est ꝙ iuramentum assertorū q̄le in precedenti articulo est descriptum est cuilibet licitum et etiam in casu debitum. Hec apparet pro prima parte quia nullus latrie actus seu cultus deo debitus est alicui interdictus seu prohibitus sed cuilibet licitus: sed actum iurandi per deum et asserendi verum certitudinaliter agnitum ita esse/ est actus latrie deo impensus vt dictum est supernus: ergo cuilibet est licitus. ¶ Secūda pars videlicet ꝙ aliquando huiusmodi assertorium iuramentum sit debitum et preceptum apparet: quoniaꝝ quilibet requisitus tenetur perhibere testimonium modo licito agnite veritati ad quod testimonium datum nullum alicui sequitur malum sed bonum: ergo videns proximo malum et graue imminere periculum propter aliquid ipsi impositum quod ipse scit certitudinaliter esse falsum/ si potest liberare ipsum iurando hoc quod ipsi est impositum esse falsum tenetur iurare sic: ꝙ si nollet mortaliter peccaret/ proximum occidendo permissiue cum possit cum liberare licite/ ꝛ per consequens omnis talis contra secundum ꝓme tabule preceptum faceret. in illo enī non fit interdictum negatiuum/ videlicet ne nomen dei in vanum assumatur: sed etiam precipit affirmatiuum videlicet vt vtiliter assumatur aliquādo et laudetur. vtiliter autem assumitur et reuerēter in actu iurandi debite circumstantionato/ vt est in casu proposito. Peccat etiam contra quintum preceptum si proximo mortis periculū immunere nisi iuret: talis enī in hoc casu iurare nolens occidit proximum permissiue/ quia occidi eum permittit/ cuꝝ cum liberare posset: quod ꝑ dicto prohibetur precepto: ergo ꝛc. ¶ Confirmatur/ quia quilibet tenetur liberare ꝓximum a periculo ipsi immunenti per actum sibi facilem licitum et etiam meritorium: sed actus iurandi predictus est facilis licitꝰ et meritorius et moraliter virtuosus: ergo quilibet est ad ipsum obligatus in quocūq̄ casu in quo potest pro ꝓximo subuenire. ¶ Secunda conclusio est / ꝙ nullum iuramentum promissorium incautū vel dolosum est alicui licitum: sed cuilibet interdictuꝝ et vetitum. Hec apparet/ quoniam vtrumq̄ tale iuramentum est mortale peccatum/ et contra secundum ꝓme tabule preceptū. Non assumes nomen dei tui in vanum. Omnis enim promittens quod non proponit in corde perficere se facturum/ assumit nomen dei inutiliter et irreuerenter cū adducat deum in testem sui propositi de illo complendo cuius cōtrarium habet in animo. Aut etiam iurat se facturum aliquod mortale peccatum: aut quādo iurat proponit complere quod iurat/ aut non: si proponit mortaliter peccat tam in proposito quod habet in animo/ q̄ etiam in iurando quia etiam nomē dei in vanuꝝ assumit ipsum deum in testem sue malitie perpetrande adducendo: si autem non proponit/ adducit deuꝝ in testē falsitatis/ et ita peccat similiter i actu iurādi: ēre ꝛc. ¶ Tertia conclusio est ꝙ nullum iuramentum quocūq̄ modo coactum est alicui licitum nisi proponenti seruare ipsum. Hec apparet/ quoniam aut cōpulsio est ad iurandum se facturuꝝ aliquod malum aut aliquod bonum ipsi licitum: si primum/ est iuramentum incautum et mortale peccatum quod nulli est licitum cum ꝓpter nullum metum aliquis debeat nec possit committere mortale peccatum. Si autem detur secundum: aut in actu iurandi proponit facere quod iurat se facturū aut non. Si primum tenetur perficere quod vouit: si secundum est iuramentum dolosum/ quod nulli est licitū cū sit mortale peccatum/ cōtra secundum ꝓme tabule preceptum: ergo ꝛc. ¶ Quarta et vltima conclusio est ꝙ omne iuramentum promissorium debitum/ quale est nō incautum nec dolosum est cuilibet licitum. Hec probatur: quia cum maius bonum sit illud ad quod homo se sponte per votum obligat q̄ quod sit sine voto aliquo obligante/ ēm sententiam Anselmi/ vt fuit in quadam questione superius allegatū: per consequēs ad q̄cūq̄ quod licet alicui facere/ est ipsi licitum se per votū obligare: sed iuramentum promissorium debituꝝ respicit bonum quod iurās potest facere. si enī iuraret se facturū bonum sibi impossibile/ tale iuramentum esset falsum ergo ꝛc. ¶ Confirmatur/ quia cuilibet potenti et volēti facere aliquod bonuꝝ licet facere illud eo modo quo sibi est saluberꝰ et deo acceptabilius: sed quicunq̄ actꝰ bonus est exercenti ipsum vtilior et deo acceptior post obligationem et votum q̄ sine obligatione ad ipsum: ergo cuilibet est licituꝝ se per votuꝝ obligare ad omne possibile sibi bonuꝝ. ¶ Contra hoc aliqui arguunt de religiosis dicētes eis non licere aliq̄d vouere sine suoꝝ prelatorum venia siue licentia: cum enī ipsi sint prelato et religioni obligati/ per consequens non licet eis propria voluntate quam a se abiecerunt ꝛ alteri subdiderunt aliquid promittere nec vouere. ¶ Sed hoc non videtur valere/ quoniaꝝ religiosus ex sue professionis voto non tenetur nisi ad obedientiam/ castitatē et paupertatem: aut ergo illud quod vouet et promittit vltra ista se facturum est cum istis compossibile/ aut non: puta si voueret abstinentiam ita arctam/ vel orationē ita continuam/ vel simulta/ q̄ illa complendo nō posset cōplere alia ordinis onera sibi iniuncta. Si primum/ non magis tenetur de tali iuramento licentiam seu veniam a prelato suo petere/ q̄ de quocunq̄ alio sibi licito bono actu. Nec video ꝙ a tali voto emisso possit a suo ꝓlato absolui. Si autem ponatur secundum/ tūc tale iuramentum iudicandum est incautum esse et ideo indebitum. licet non sit peccatum mortale/ si quando iurabat credebat se posse facere quod promisit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum ꝙ illud est intelligendum de iuramento indebite facto et aliqua sibi debita circūstātia spoliato: nō autē de alio.

SEcundo qnæro de secundo: videlicet vtrum omne periurium sit mortale peccatum. ¶ Et videtur q̄ non: quoniam periurium est non cōplere promissum/quod non semper est peccatum: imo aliquando complere est peccatū/ vt quandocunq̄ promissum seu votum promissorii est de aliquo illicito ergo ꝛc. ¶ Contra/quoniam omne illud est mortale peccatum quod est contra aliquod preceptoriuz: sed periurium est contra secundum primę tabule preceptum: ergo ꝛc. ¶ Responsio: vbi primo premittam duplicez distinctionem. Secundo dicam ad questionez.

Quantum ad primū: prima distinctio

premittenda est/q̄ cum periurium semper respiciat iuramentum. Duplex est periurium vnum quod respicit iuramentum assertorium presens/et aliud quod respicit iuramentum promissorium precedens vel etiam p̄sens/quoniam tale periurium contingit fieri dupliciter Aliquando enī huiusmodi periurium est simul cum iuramento in animo: aliquando sequitur iuramentuz de facto. Primo modo videlicet periurio respiciēte assertoziū iuramentum peierat omnis qui aliquod falsuz maxime sibi notum asserit et iurat. Secūdo aut ez modo videlicet periurio existente simul cum iuramēto p̄missorio est periurus qui iurat asserēs se aliquid facturum verbo/quod tamen non proponit facere quando iurat in animo. Tertio modo videlicet periurio sequēte assertorium iuramentum est periurus qui iurat asserens verbo se facturuz quod et habet in animo quādo iurat/quod tamen postea non complet de facto/nec p̄ponit cōplere in aīo. Statī enī vt icipit habere volūtatem non cōplendi quod iurauit / periurus esse incipit. ¶ Secunda distinctio premittenda est q̄ periuriū vltimo modo dictum potest contingere/siue iuramentuz promissorium licitum quod respicit sit verbale simul et mentale: siue tm̄ mentale. non autem quando est iuramentum tm̄ in verbo sine proposito in animo quod est periurium secundo modo sumptum est quis periurus in non complendo quod vouit/ sed tunc fuit periurus quando verbo iurauit q̄ in animo nō habuit. ¶ Primum videlicet q̄ periurium illo vltimo modo dictum possit dupliciter contingere/apparet/quoniam verbuz exterius non est hominis obligatuum ad promissum seruandum nisi ipsi correspondeat consensus et propositum in animo interius: ergo votum quo quis se obligat ad aliquid licitum obseruandum potest esse vel tm̄ in animo: quod votum non est aliud q̄ firmum ꝛ solidum propositum seu fixum deo oblatum de aliquo bono faciendo vel simul in animo et in verbo quando videlicet propositum huiusmodi quod est votum p̄missorium interius/ exprimitur per verbuz exterius: et ita per consequens periurium respiciens huiusmodi promissorium iuramentum potest contigere vtroq̄ modo videlicet siue ipsum iuramentum precedens fuerit tm̄ in animo/siue in animo simul et in verbo. Et hoc est intelligendum si illud quod fuit iuratum seu promissum est licitum ad complendum: quia non complere p̄missum seu votum quodcunq̄ illicitum non est periurium cum omne periurium sit peccatum: non complere autē illicitum/non est peccatum/cum ipsuz complere sit malum. ¶ Sed nūquid iuramentum ipsum illicitum est periurium? ¶ Ad hoc potest dici q̄ si iuramētum seu votum est assertoriū eius quod fatur esse falsum/vtiq̄ tale votum est periurium/nec votum tūc a periurio est distinctum. ¶ Si autem votum est promissoriuz alicuius futuri illicati ad fiendum/aut iurans proponit illud facere sicut iurat: aut non. Si proponit/tale votum nō est propie periurium/est tamē ibi duplex mortale peccatum: vnum videlicet in proposito interiori/et alterū in voto seu iuramento exteriori. Si autem non proponit/quod verbo iurat seu asserit/se facturum: tunc tale votum est periurium et vnicum mortale peccatum. taliter enim iurans non peccat ei quod iurat interiꝰ assentiendo in animo: sed falsum exterius iurando et in vanum nomen domini assumendo. ¶ Secundo videlicet q̄ promittens aliquid voto solo verbo sine cōsensu interius in animo non sit periurus in non complendo quod vouit q̄tūcūq̄ licitum sit sibi facere quod iurauit: probatur. quoniaz nullus potest esse periurus in non faciendo aliquid quod facere non tenetur. Hoc apparet/quia omne periurium est/ vt dicetur in sequēti articulo/mortale peccatuz: nullus autem mortaliter peccat in non faciendo quod facere non tenetur: sed nullꝰ tenetur ad complendum de facto quod promisit et vouit solo verbo sine consensu in animo: talis enī dolose iurans et falsum promittens licet iurando mortaliter peccet/quia ipsum iuramentum dolosum est periurium non tamen peccat in non faciendo quod iurat/quia ad hoc faciendum non se obligat licet se obligare verbo asserat mentiendo. Licet enī votū mēte sine voto oris quemlibet obliget/cum nec votum verbo emissum aliquid faciat quo ad deum/nec plus hominez obliget q̄ solum votum in animo sine voto verbali expressuz/nō tamen ecōtrario votum solum emissum verbo obligat aliquem ad seruandum quod vouit: ergo ꝛc. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia tunc sequitur q̄ talis dolose iurans reportet commodum ex peccato suo/videlicet iuramento doloso/cum non obligetur ad seruandū q̄d vouit/ad quod tamen obligatus fuisset nisi dolose iurasset. Respondeam q̄ nullum est commodum sed incōmodum reportare mortale peccatum/sed dolose iurās est mortaliter peccans nō autem sine dolo iurans/qui post votum tenetur seruare quod vouit: huiusmodi autem obligatio non est ipsi damnosa sed fructuosa/et ex voto non reportat aliquod incommodum sed fructum ¶ Econtrario autem dolose iurans licet ex voto non remaneat obligatus hoc non est ipsi commodum: nullū enī est commodum non esse obligatum ad bonum. et ex alia parte etiam iste consequitur incommodū q̄ iurando incurrit mortale peccatum: quare ꝛc. ¶ Et hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi ex p̄dictis

est inferenda solutio questionis/pono duas conclusiones. ¶ Prima est q̄ periuriuz sine deliberatione factū non est mortale peccatum. Hec probatur/quoniam nō minus deliberatio requiritur ad mortale peccatuz seu ad demeritum q̄ ad meritum: nō enim deus est p̄niꝰ ad puniendum q̄ ad condonādum: sed ad omnē actuz meritorium requiritur deliberatio /nullus enī actū deꝰ acceptat vt premio dignum nisi humanum/actus autē noster non est propie humanus nisi cuz deliberatione factus: ergo nec aliquid sine deliberatione factum videtur esse mortale peccatum. ¶ Secunda cōclusio est/ q̄ omne periurium cum deliberatione factum est mortale p̄cm̄. Hec apparet/quia oē deliberate factū contra aliquod preceptum diuinum est mortale peccatum: sed omne periurium siue illud quod est in iuramēto assertorio /siue illud quod est in iuramento promissorio verbali doloso/siue quod est in iuramento promissorio tm̄ mentali/siue quod est iuramentum promissoriū verbale et mēntale simul/et aliud quodcūq̄ ponatur/ est cōtra aliquod diuinum preceptum: ergo quodlibet est mortale peccatum. Minor declaratur/quoniam periuriuz quod in assertorio iuramento et illud quod est in p̄missorio doloso siue sit de re iuxta siue de illicita est contra

ſecundum prime tabule preceptum qđ eſt. Ne aſſumas nomen dei tui in vanum. tam eſt iſte qui iurat eſſe verū quod ſcit eſſe falſum vel econtrario: q̄ ille qui iurat ſe facturum aliquid ſiue ſibi licitum ſiue illicitum / quod tamen facere non intendit/nomen dei in vanum aſſumit/et deum in teſtem falſi adducit. Alia autē duo puta quorum vnum eſt in iuramento promiſſorio tm̄ mētis/et alterum poſt iuramentum promiſſorium mentis ſimul et oris videntur eſſe non tm̄ contra ſecundum p̄ me tabule preceptum ſicut duo prima/ſed etiam cōtra primum. Hoc apparet/quoniam non tm̄ aſſumere nomen dei in vanum oris eſt contra ſecundum preceptum ſed etiam aſſumere ipſum in vanum mente: hoc autem fit in periurio mentis: ergo ꝛc. ¶ Q; etiam ſit contra p̄mum preceptum, ex hoc videtur/quoniam ex illo p̄mo precepto quilibet obligatur aliquando mente deum colere et nunq̄ vilipendere/quod tamen facit qui nō cōplet quod mentaliter deo vouit. ¶ Sed ſunt hic duo dubia. Primum eſt/an periurium quod eſt in voto vel poſt votum factum non per deum, ſed per aliquem effectum/vt per celum vel per euangelium ſit etiam mortale peccatum ſicut ad quod ſequitur votum factum per deum. ¶ Secundum an votum factum per deum ſit quocunq̄ alio maius / et per conſequens periurium ſit grauius ipſum ſequens vel cum eo exiſtens. ¶ Ad primum dicendum q̄ cum nullus iurans per aliquem dei effectum iuret per eum niſi vt aliquez ſpecialem habet ordinem ad deum/per conſequens omne iuramentum aliquo modo includit/vel explicite et imediate/vel mediate ꝛ implicite ipſum deum: ex quo ſequitur q̄ omne periurium deliberate factum/vt dictuz eſt ſuperius eſt mortale peccatum. ¶ Ad ſecundum dicendum q̄ iurare per ſancta euangelia vel per celum dei / non eſt in re aliud q̄ iurare per deum. Nec enim celum nec euangelium vt ſm̄ ſe acceptum/poteſt eſſe teſtis nec in teſtem adduci illi⁹ quod iurans aſſerit vel promittit/ſed deus ipſe in talibus modo ſpeciali relucens/ mediannb⁹ q̄bus iurat: quanto autem iuramentum ſit per deū ex p̄ſius et immediatius tanto ceteris paribus eſt maius Aliqua tamen ſiunt iuramenta nō per deum immediate ſed per alia/vt per euāgelia: que ſtatuta ſunt fieri cū maiori ſolennitate/ex qua preſumitur maior deliberatio in iurante q̄ in alio iurante per deum quod iuramē tum eſt communiter pro leui cauſa fieri cōſuetum: ſuppoſita tamen equali deliberatione in iurante per deum immediate et per euangelia, non minus ſed aliquo modo maius eſt iurare per deum q̄ per euangelium: nec p̄ conſequens periurium tali iuramento annexum eſt minus peccatum ſm̄ ſe q̄ aliud quod eſt in iuramento vl̄ per euangelia vl̄ per quecunq̄ alia. ¶ Sic ad q̄ſtionē.

¶ Ad rationem in principio patet ſoluto ex predict;. quoniam vt dictum eſt/nō complere illicitum iuramē tum non eſt periurium/ſed ipſum iuramentum ſeu votum eſt periurium maxime ſi iurans non propoſuit q̄ſi vouit ꝛ iurauit facere quod iurauit: ſi autem propoſuit iam peccauit dupliciter mortaliter vt ſuperius dictum fuit.

Circa diſtinctionē quadrageſimam et vltimam in qua magiſter primo enumerat duo precepta vltima quibus prohibetur interior cupiſcentia alterius vxoris et poſſeſſionis. Secūdo comparat legem nouam euāgelicam preſentem ad antiquaz moſaicam precedentem: quero de iſtis duobus. ¶ Et primo de primo. Utruz vltima duo precepta quibus prohibetur cōſenſus interior mechandi et furandi ſint diſtincta ab aliis duobus/quib⁹ mechie et furti actus exterior prohibetur. ¶ Et videt q̄ ſic/quia decem ab omnibus communiter dicunt eſſe precepta iuxta illud Deutero. 4. Oſtēdit vobis pactū ſuum quod precepit vt faceretis/et decem verba q̄ ſcripſit in duab⁹ tabulis lapideis: ſed niſi iſta duo ab aliis ſint diſtincta non eſſent decem ſed tm̄ quatuor octo precepta: ergo ꝛc. ¶ Cōtra: quia quotūcūq̄ que diuerſis p̄hibentur preceptis vnū poteſt ſine alio euitari. Hoc apparet/quia cum nullum ineuitabile ſit precepto al⁹ q̄ interdictum non poteſt vitari per ſe ſine alio nec poteſt interdici ſeu prohiberi per ſe ſed in alio interdicto: ſed actus exterior mechādi vt a conſenſu interiori diſtinct⁹ non eſt in hominis poteſtate / cum ad eum poſſit quis compelli: ergo nec precepto alio interdicitur ab illo quo conſenſus interior prohibetur. ¶ Reſponſio. Ubi primo diſtinguam duo genera tranſgreſſorum mandatoz et ibi videbitur queſtum/ videlicet quomodo iſta duo mandata vltima ab aliis ſint diſtincta. Secundo oſtēdam q̄ ſunt etiam duo genera obſeruatorum ipſorum mandatorum.

Quātū ad primum ſciendū q̄ trāſgreſſorum diuinorum mandatorum. Alij tranſgrediuntur tm̄ in animo interius per conſenſum. Alij vero inſimul per conſenſum et cum hoc exterius per effectū. Nō eſt oē mortale petm̄ requirit nec arguit illicituz aliquē exteriorem actum/ſed interiorem conſenſum/in quo conſiſtit formaliter tam meritum q̄ peccatum. Unde licet ſint duo modi merendi et demerendi videlicet per actū interiorem tm̄ vel per effectum exteriorem/conſenſum habentem interiorem/non poteſt tamen poni tertius modus: qui videlicet ſit tm̄ per actum exteriorem ſine aliquo conſenſu interiori. Et ratio huius eſt/quoniam ideo eſt meritum vel demeritum/quia liberum et in hominis poteſtate: ſed in actu exteriori non eſt aliqua libertas niſi in ordine ad conſenſum interiorem. licet eſt interius conſentire vl̄ diſſentire ſit in hominis poteſtate/non tamen aliquando exterius agere vel pati. propē quod violenter aliquem bonum actum faciens exteri⁹ cum non cōſentit interius non meretur: quia nec talis actus eſt voluntarius nec humanus. Nec violentatus etiam ad aliquid ſibi illicitum in ipſo/niſi interius conſentiat/demeretur. Nec eſt virgo oppreſſa et violenter corrupta materialr exteri⁹ in corpore/ corrūpitur ſpiritualiter interius in mente/nec eius virginitas mentis et integritas ſpūalis in aliquo maculatur: quia nec ipſa in actu huiuſmodi aliquid demeretur/ſed magis ſi reſiſtit viriliter p̄meretur. Unde Auguſt. in lib. 1. de ci. dei hoc loquēs ſic dicit. Corpori non aufert ſanctitatē violentia libidinis alterne quā ſeruat pſeuerātia cōtinētie ſue. Nec eſt econtrario in corpore ſanctitas reiecta animi ſanctitate et corpore tacto. Unde ſi aliqua femina mēte corrupta vadit ad corruptorē ſuū/ adhuc pergēs ſanctitatē habz corporis cum ſanctitatē animi pdidit. Item idē Auguſtinus in quadā epiſtola ſic ait. Quicquid in carne nō cōmiſit nec p̄miſit libido patientis ſolius eſt culpa facientis: omniſq̄ illa violētia non pro corruptoris turpitudine ſed paſſionis munere reputabitur. ¶ Ex iſta autē ſentētia ſequitur q̄ licet quis poſſit eſſe peccatoz et diuinoz mādatoz tm̄ per interiorez cōſenſum ſine aliquo exteriori actu tranſgreſſor: nō tm̄ ecōtrario oer actū exteriorē ſine cōſenſu interiori: Ex quo neceſſario ſequit q̄ eodē p̄cepto quo quis obligat ad exteriorē actū faciendū/obligatur etiā ad interiorē cōſenſuz faciendū: vel obligatur ad diſſenſuz/quo obligatur ad exteriorē actū vitandū. ¶ Sed tūc eſt dubiū quare igitur p̄ceptoz alia p̄hibēt exteriorē actū, vt: nō mechaberis: et Non furtum facies: et alia interiorem

ꝓsensum: vt nō desiderabis vxorē nec rem ꝓximi tui. ¶ Ex hoc em̄ cōtra ꝓdicta potest argui sic. Diuersa ꝓhibitoꝝ diuersa possunt esse trāsgressiones: sed alio ꝑ ꝑcepto interdicitur cōsensus interior et alio actus exterior: ergo potest quis peccare mortaliter et diuinū trāsgredi ꝑceptū per solū exteriorē speciali ꝑcepto ꝓhibitum absq; interiori cōsensu ꝑcepto alio interdicto. Ad hoc est dicendū/ q nullū ineuitabile interdicitur: nec vllum ipossibile ꝑcipitur aliquo ꝑcepto. Nullus em̄ peccat in faciēdo ineuitabile. nec in non faciēdo sibi ipossibile: nec ꝓ̄sequēs ad horū aliquid obligat: sed constat q actus exterior vt ab interiori distinctus/ potest esse ineuitabilis cū ad euz possit cōpelli aliquis vt apparet per Augustinū superius allegatū: ergo nullū ꝑceptoꝝ ꝓhibet actū exteriorē nisi ꝓpter ꝓcedentē vel eum cōmitantē actū seu cōsensum interiorē. ¶ Ex quo sequitur corollarie q quocūq; ꝑcepto interdicitur alicui actꝰ exterior: eodē ipso intelligit ꝓhiberi cōsensus interior cum nulli interius liceat ꝓsentire et quod exterius nō licz agere. Et similiter eodē ꝑcepto quo obligamur ad actū exteriorē obligamur etiā ad ꝓsensuz seu actū interiorē. Nō em̄ sufficiēter nec meritorie videret iplere ꝑceptū de honorādis parēt⁹: qui ipos honoraret exterior signo: et sperneret interꝰ in animo. ¶ Ex quo sequitur q licet data sint duo ꝑcepta ꝓhibēta ꝓsensuz interiorē ꝓpter expssionē materiē: vt nō cupisces rē ꝓximi tui. Nec desiderabis vxorē illi⁹: ibi nōt tamē interiores cōsensus interdicebant et ꝓhiberi intelligebant ꝑ illa duo ꝑcepta. Nō fructū facies: et Nō mechaberis. qb⁹ actus exteriores ꝓhibebant. Cuicūq; em̄ interdicitur actus exterior interdicitur ꝓsensus interior et ecōtrario. ¶ Tūc ad rationē quādo dicit: q diuersoꝝ ꝓhibitoꝝ diuerse possunt esse trāsgressiones. Dico q hic nō sunt per illa ꝑcepta actū exterꝰ interdicta et ꝑ alia cōcupiscētiā ꝓhibēta intelligēda alia et alia interdicta sed ea dē licet ordine cōuerso. Per prima em̄ interdicuntur ꝓmo et explicite actus exteriores videlicz furādi z mechādi. Secōdario autē z implicite interdicit intelligunt consensus interiores. Per alia duo ecōuerso explicite interdicunt ꝓsensus interiores et ꝓmo: implicite autē et secūdario intelligunt interdicta actus exteriores. Potest tm̄ ꝓcedi horū ꝑceptoꝝ diuersas esse posse trāsgressiones/ nō sic intelligēdo q quis possit peccare in actu exteriori sine actu interiori: sedq; potest peccare per actū tm̄ interiorē/ vel simꝫ per ipm̄ et per exteriorē. ¶ Ex hoc potest videri quid sit dicendū ad id quod querit: videlicz an huiusmodi ꝑcepta vltima ab aliis/ facta ꝓhibēt⁹ sint distincta: qm̄ ista ꝑcepta quatuor supradicta possunt accipi dupliciter. Uno modo ḡtū ad illa que explicite ꝓhibēt: et sic sunt distincta et diuersa ꝓhibēta: q; prima duo ꝓhibēt factū exterius: hec autē duo vltima actum seu ꝓsensum interiꝰ. nec tamē vt sic sunt distincta: sicut alia. Dia em̄ alia distinguūt sicut disparata ꝑtinēta vl ꝓhibēta. Hec autē interdicūt et ꝓhibēt diuersa nō sic disparata sed ad se ordinata. Cōsensus em̄ interius ordinatur ad factum exteriꝰ. Secōdo modo possunt accipi absolute ḡtū ad obiecta q cōnēti seu ꝓhibēt quocūq; modo: et sic vt dictū est) eadē videtur cōtinere licet ordine cōuerso. quomodocūq; autē accipiant z distinguātur huiusmodi ꝑcepta hoc saltē est verū q nullꝰ potest mortaliter peccare faciēdo actꝰ exteriores ꝑ prima duo ꝑcepta dicta ihibitos/ sine cōsensiuꝰ seu actuꝰ interioribus/ ꝓhibitis per ista duo vltima: licet ecōuerso possit quis mortaliter peccare in cōsensu interiori sine actu exteriori. Ex quo sequitur ꝓpositū/ videlicet q prima duo precepta licet tm̄ explicite interdicant actus exteriores/ ꝓplicite tamē ꝓhibere videnf ꝓsensus interiores cum ois faciēs contra aliquod ꝑceptoꝝ peccet mortaliter: et nullꝰ peccet etiā venialiter in actu exteriori sine cōsensu interiori. ¶ Hec de primo articulo.

Quantum ad secundum est sciendum

q obseruatio mādatoꝝ aliis est fructuosa et meritoria ad eternā/ vt oibus existēntib⁹ in grata: aliis autē non est sic fructuosa qnō est meritoria ad eternā/ vt existētibus in culpa. Dc quib⁹ quidā dubitāt an seruādo mādata peccēt. Et arguūt q sic. ¶ Prio: qz nō tm̄ peccat subditus superioris sui mandatū trāsgrediēdo/ sed etiā ipsum idebite seruādo: sed cū quilibet obligetur ad mādatoꝝ dei obseruationē in charitate/ per cōsequēs indebite seruat qui ipsa sine charitate seruat et obseruat: ergo ꝛc. ¶ Scdo/ qz sicut inter ꝓmiū et suppliciū non est mediū in sequēti ita nec inter actum meritoriū z demeritoriū videf esse mediū in ꝓsenti: sed cōstat q nullū opus bonū est peccatoꝝ meritoriū ad premiū nec ꝑ ꝓsequēs obseruatio mādatoꝝ dei: ergo ꝛc. ¶ Sed qz hec sentētia est crudelis et falsa: ideo aliter est dicendū videlicet q mādatoꝝ seu cōsilioꝝ obseruatio vel alia quecūq; bona opera nō sunt etiā peccatoꝝ extra charitatē existēntiꝫ demeritoria/ sed magis aliquo mō meritoria: licet em̄ per ipsa peccator nō mereat sicut iust⁹ gratiā z gloriā: meretur tamē tēporale aliquod premiū in presenti: et etiā interdū penitentiā per quā cōsequit gratiā: quā penitentiā etsi reprobi impenitētes nō mererentur/ tamē saltē nūcq; ꝑ huiusmodi bona opera bona intētione facta ḡtiā: cūcūq; ipsa facientes sint pessimi/ demerentur. ¶ Ad primū in cōtrariū/ dicendū q licz huiusmodi modus obseruādi mādatoꝝ videlicz mediante charitate sit necessarius ad augmentū gratie et gloie ꝓmerendū/ nō tamē ad peccatū seu demeritū euadendū. Plura em̄ sunt necessaria ad merēdū ḡtiā ad nō demerēdū quare ꝛc. ¶ Ad secundū dicendū q nō tenet simꝫ litteraliter/ qm̄ licet inter penā et gloriā nō sit mediuz: est tamē mediū inter meritū z demeritū in ꝓsenti: cū enim in gratia existētes aliquos actus possunt facere indifferētes nec meriti nec demeriti rationē habētes. Unde nec pena ꝓparatur ad gloriā sicut demeritū ad meritū: sed sicut culpa ad gratiā/ ḡtiā ad hoc q sicut pena et gloria sunt imediata/ nec est inter ipsa mediū in sequenti: ita nec inter culpā et gratiā est mediū in presenti. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē i principio apparet solutio ex dictis in primo articulo questionis.

Secundo de comparatione legis euāgelice ad Mosaicā de q̄ magister vltimo loquitur ostendēs euangelicā legē nouam esse mosaica antiqua ꝓfectiorem. Quero vtrū lex euangelica sit vtilior ḡ mosaica. ¶ Et videtur q sic/ qz in ista ꝓmittunt eius obseruatoribꝰ sempiterna: in alia autē ꝓmittebant tm̄ terrena: vt magister ponit in littera: sed lex tāto est vtilior ḡto per eiꝰ obseruationē cōsequūtur maius ꝓmiū eā obseruātes: ergo ꝛc. ¶ Cōtra/ qz vitā eternā ꝓmeretis in lege euāgelica est mādatoꝝ obseruatio sm̄ sentētiā saluatoris dicētis Matthei. 19. Si vis ad vitā ingredi serua mādata: sed in vtraq; lege tā euāgelica noua ḡ mosaica antiqua fuerunt eadem ꝑcepta: ergo ꝛc. ¶ Responsio. Ubi videndū est primo que lex fuerit facilior. Secundo que honorabilior. Tertio que vtilior et fructuosior.

Quantum ad primum est sciendum: q

cum lex dicatur a ligādo/ illa ꝓprie sunt legis ad quoꝝ obseruationē homines obligant. Tria autē fuerūt talia in lege ātiqua/ videlicet ꝑcepta moralia/ cerimonialia et iudicialia: ad hec oia licet diuersimode tenebant Ad ꝑcepta em̄ tenebant et obligabant simplr z absolute: ad cerimonialia autē obligabant cōditionaliter.

licet esn sine mortali peccato potuissent trãsgredi mo
nitionẽ ad aliqꝺ cerimonialiũ prmẽtẽ vt de nõ tãgen
do moraliũ et fidei: esn post trãsgressionẽ tenebant fa
cere ex ꝓcepto illa oia multa q̃ erãt in lege ad emenda
tionẽ taliũ cerimonialẽ aliquod trãsgredientiũ ordina
ta. Ad iudicialia etiam omnia tenebantur vt apparet
ex illo Deutero. 17. Qui superbierit nolens obedire
sacerdotis imperio morietur. Nunq̃ enim nisi propter
peccatum mortale deus mortem eternam alicui cõmi
natur. ¶ In lege autez noua euangelica/ vt a Christo
tradita non sunt aliqua ligatura absolute seu obligan
tia nisi tñ decem precepta/et aliqua pauca cerimonia
lia/ videlicet sacramenta/ q̃nec omnia sunt omnibus
necessaria ad salutem. ¶ Quando ergo queritur vtra
lex sit difficilior/noua videlicet an antiqua: aut compa
ratur vna ad alteram quantum ad moralia precepta
vel quantum ad cerimonialia et iudicialia / vel simul
quantum ad omnia: et quocunq; horum modorũ vna
ad alteram comparetur / vnam esse altera facilioꝛem
potest dupliciter contingere. Uno modo quia con-
tẽta in vna sunt sim se leuiora et faciliora q̃ contenta in al
tera. Secundo modo / quia obseruatores vnius legis
sunt fortiores vl̃ possunt esse ad legis sue onera suppoꝛ
tanda/et per consequens lex est facilioꝛ et si non in se/
saltem obseruatoribus modo quo in corporalibus idẽ
pondus est vni q̃ alteri facilius ad portandum.

Hoc præmisso: dicitur communiter &

conceditur. ¶ Primo q̃ lex nꝓua est primo modo vi
delicet sim se facilioꝛ q̃ antiqua. Secundo/q̃ etiam est
facilioꝛ secundo modo/videlicet existentibus sub ipsa
ad eius onera supportanda: quia existentes in ea sunt
magis aptum diuinitus ad ipsius onera supportanda/
et per consequens fortiores q̃ fuerit communiter po
pulus iudeorum. ¶ Primum declaratur/quoniam cõ
parando legem euangelicam ad antiquam quantuz ad
precepta/ vna non est facilioꝛ nec difficilioꝛ altera/cuz
in vtraq; eadem sint precepta. Nisi forte dicatur q̃ sim
plices illius legis non tenebantur ad precepta seruan
da nisi eo modo quo ipsa seruari debere erat eis a ma
toribus explicatum et declaratum: tunc autez vt iudei
explicabant/licuit habere odio inimicum / quod nunc
est in lege euangelica interdictum. Et ideo hoc suppo
sito/quantum ad moralia / illa fuisset aliquo modo le
uioꝛ q̃ ista. Si autem comparetur vna ad alteram q̃
tum ad iudicialia/sic ꝓportabiliter noua vt a Chri
sto tradita est leuioꝛ q̃ antiqua: cum nulla sint in ipsa
iudicialia per Christum imposita/licz sint postea diuer
sa per alios introducta et imposita. Si tertio compare
tur quantum ad cerimonialia / sic etiam incomparabi
liter lex euangelica est leuioꝛ / tam extensiue/quia pau
ca continet et illa multa/q̃ etiam intẽsiue/ quia ea que
continet sunt facilia / multa vero in illa mosaica conte
nta erant valde difficilia ad seruandum. Nullum esn ce
rimonialium huius legis est difficile/ nisi sacramenti
confessionis: quod non est omnibus necessarius sed tã
tum trãsgressoribus. Ex quo sequitur q̃ absolute vnã
ad alteram comparando leuioꝛ est lex euangelica q̃ an
tiqua: esto q̃ antiqua quantum ad aliqua moralia ma
le exposita forsitan fuerit leuioꝛ q̃ sit euãgelica. ¶ Se
cundum videlicet q̃ secundo modo sit leuioꝛ euangeli
ca: puta propter maioꝛa et plura adiutoꝛia data et̃ ob
seruatoribus ad eius onera supportanda/apparet: plu
ra enim nobis q̃ illis data sunt sacramenta quib⁹ me
diantibus consequimur adiutoꝛium supernuz ad legis
onera supportanda: abundantioꝛ etiam datur gratia
nunc q̃ tunc: quia nunc datur propter Christi passionẽ
exhibitam: tunc autem conferebatur propter ipsam
vl̃ promissam exhibendam. Hoc tamen videlicet gratiã
maioꝛem dari huius legis obseruatoribus q̃ illius nõ
est intelligendum vniuersaliter sz vt in plurib⁹ z ceteꝛz
paribus. Multis enim istius veteris legis vt sanctis pa
tribus et prophetis data est abundantioꝛ gratia et glo
ria licet merito passionis ab eis credite exhibende q̃
multis legis euangelice sanctis deo. Omnibus enim hu
ius euangelice legis obseruatoribus expressius q̃ illis
promittuntur premia sempiterna: licet ipsa tam huius
q̃ illius etiam legis obseruatio mereretur: sed promis
sum stipendium ad laboꝛem alliciat facilius supportan
dum: quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: dico q̃ istæ le

ges possunt comparari ad vtriusq; institutoꝛem: vl̃ pro
mulgatoꝛem: vel ad illa que in vtraq; continentur res
liter: vel ad illa que vtriusq; obseruatoꝛes merentur q̃
eas finaliter. ¶ Si primo modo videlicet in ordine ad
vtriusq; institutoꝛem. neutra est altera venerabilioꝛ q̃
vtriusq; vnus et idem/videlicet ipse deus fuit institu
toꝛ: tam enim hec euangelica q̃ illa mosaica fuit/ institu
tio non ab homine sed a deo. Aliis autem modis om
nibus hec potest dici honoꝛabilioꝛ q̃ illa: videlicet raz
ratione promulgatoris vtriusq;: tam ratione conten
toruz in eis/q̃ ratione etiam finis vtriusq;. ¶ Poꝛest
enim primo dici lex euangelica nobilioꝛ q̃ antiqua illa
propter nobilioꝛem z digniorem euangelice q̃ antique
promulgatoꝛem. Antiqua enim fuit per puruz hominẽ
videlicet per Moysen cui fuit data/ promulgata: hec aũt
per Christum deum et hominem simul verum. ¶ Se
cundo est hec euangelica dignioꝛ illa q̃tum ad conten
ta in eis/taz moralia q̃ cerimonialia. licet esn precepta
sint eadem vtriusq; tamen aliqua sunt in euãgelica ve
rius exposita et perfectius intellecta. ¶ Tertio est di
gnioꝛ quãtum ad cerimonialia: dignioꝛa esn sunt omnia
huius noue legis q̃ illius antique sacramenta. et spe
cialiter eucharistie sacramentum in hac lege euangeli
ca institutum dei et hominis contentuum. ¶ Quarto
et vltimo est hec eadem honoꝛabilioꝛ q̃ sit illa virtus/
quantum ad finem intentum. Finis enim legum inten
tus ab ipsarum obseruatoribus est premium obtinen
dum. licet autem obseruatio vtriusq; legis meruit me
diante Christi passionis merito obseruatoribus ꝓmiꝛ
sempiternum: in hac tamen euangelica lege noua hu
iusmodi premium meremur citius/ quia nunc omnib⁹
electis est aperta ianua/ quib⁹ illo tempore erat clausa
z etiam abundantius propter solutum precium nostre
redemptionis: Christi videlicet passionis meritum.
¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: apparet ex iam

dictis hanc legem nouam esse vtiliorem/ tum quia per
ipsam vel in ipsa finem vltimum consequimur cit⁹: tñ
quia abundantius: qui finis vltimus sempiternus no
bis promittitur expressius. Unde Hugo de sacramen
tis libro. 1. parte. 19. capitulo. 3. sic dicit. Lex scripta tria
continet/ videlicet promissa/sacramenta et precepta. in
preceptis est meritum. in promissis premium. in sacra
mentis adiutoꝛium. Per precepta eundũ fuerat ad ꝓ
missa: sed quia homo per se infirmus erat/data fuerunt
sacramenta vtilium adiuuarent ad precepta ꝓficienda
et promissa obtinenda. Ad que promissa/ videlicet/ sem
piterna premia obtinenda nos dignetur perducere Je
sus Christus dominus noster: Qui cum patre et̃ spiri
tu sancto viuit eternaliter et regnat deus. Amen.

¶ Finitur Scriptuz. F. Guilielmi de Rubione super
tertium sententiarum.

Religiosissimi & doctissimi Patris F. Guilermi Rubiōis Minorite,quincte Aragonie vñ viuebat ministri i quarti sniax disputationē Prefatio.

HAbebat i dextera sua stellas septē:z de ore ei⁹ gladi⁹ ex vtraq; pte acut⁹ exibat:z facies ei⁹ sicut sol lucet. Apocal.i. Septenariū sacroz vire ctiuū fideliū viatoz:sup nū iudiciū exterminatiuū olz reproboz: z eternū p miū pfectuū ciuiū supno rū:ō qb⁹ trib⁹ agit i quar to Sniarū/cui⁹ expositioni est insistēdū/videt btūs Joānes in spū fut disse in verbo ꝓposito mystice intellecto. Quid em̄ hic Joānes intellexit p stellā septenariā nisi sacroz numerū/deputatū ad illustrādū ecclesiā militātē? Quid per gladiū acutū/nisi diuinū iudiciū ordinatū ad cōdemnādū ecclesiā malignātē? Quid p solē lucidū nisi deū trinū z vnicū demōstratū ad p̄miandū ecclesiā triūphātē? ¶ Stellarū em̄ septenari⁹ est sacroz nūcrus a Christo misericorditer deputat⁹ ad illustrādū luce gre pplm fidelū viatoz. ¶ Gladius acut⁹ est sermo diuin⁹ in futuro finaliter ordinat⁹ ad cōdemnandū iance iustitie certū olim reproborū. ¶ Et sol lucidus est vnus z trin⁹ de⁹ in celo facialit demōstrat⁹ ad p̄miādū munere gloue collegiū ciuiū supnoz. Et de his trib⁹ agit in isto Quarto Sentētiarū libro/q̄ pōt secūdū hoc diuidi in tres ptes. Determinat em̄ i hoc quarto: Primo de sacramētoz istitutione z spirituali influentia. Secūdo/de mortuoz resurrectione/examinatione z finali sententia. Tertio de electorum premiatione z eternali gloria.

Circa primū:vbi innuit sacramentorū nūer⁹ a ꝓpo salubrit istitut⁹ ad salutē fideliū viatoz:z hoc p septenariū stellarū:cū p̄mittit:q̄ habebat i dextera sua septē stellas:ē sciēdū q̄ Christ⁹ Jesus dextera sue pietatis z mle fixit z istituit i celo militāt; ecclie. vij. sacra p. vij. stellas ꝓpr̄ tria ꝓgrue designata. Q̄m sicut stelle Indigent Sole:
Lucent de nocte:
Et non apparent in die:
Sic ꝓsit a Christo istituta olī sacra dep̄dēt a sole increato/cui⁹ mediātibus diffusiuo lucis diuine gre:vigēt in nocte p̄sentis mūdane miserie:nō manēt in die sequēte sue gloue. Q̄n de istis stellis. vij. vez sacris positis a Christo i celo ecclie militāt; pōt i telligi illō Apoca.i. Stelle septē angeli sunt septē ecclesiarū. sūt ei. vij. ecclie sitca sacra influxiua fidelib⁹ digne ipa recipiēt⁹ gre septiformis:q̄ mediāte ipsi efficiūt angeli:q: a deo accepiantur z ad angelorum consortium ordinantur.

Circa secūdū:vbi ostendit futurū diuine severitatis iudiciū exterminatiuū olim reproborum: de quo agit secundario in hoc libro:cū subdit/q̄ de ore ei⁹/vez Christi/gladius ex vtraq; parte acut⁹ exibat: sciēdū est:q̄ sermo diuine inle p̄dēnatiue olim reproboz de quo Magister incipit agere distinctione. xlij. potest dici gladius ex oī pte acut⁹. Primo.q: animū ipz scindet iterius z afflliget. Secūdo.q: corpus resumptū ledet exteri⁹ z cōburet. Tertio.q: totū cōiūctū punict seueri⁹ z cōsumet. Et ista tria sunt q̄ in secūda pte hui⁹ libri quarti plixius explicant. ibi em̄ ostēdit q̄ dānati in ala mē taliter affligent:in corpore specialiter cōburent:z i toto cōiuncto eternalr punient. Ah̄ de isto gladio diuine inle sic accepto pōt intelligi illud Apli ad Hebre. iiij. Viuus est sermo dei z efficax:penetrabilior oī gladio ancipiti z ptingens vsq; ad diuisionē aīe ac spūs. Hmōi viu⁹ z penetrabil⁹ sermo dei erit diffinitiua sentētia Jesu Christi q̄ reprobos p̄dēnabit:cū dicet eis illud Matthei. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui p̄paratus est diabolo z angelis eius.

Circa tertiū & vltimū:vbi eternū premiū btoz in interiori affectu p̄sistēs in faciali aspectu z intuitu diuinoz/de quo agit z in hoc libro/ostēdit:cum cōcludit q̄ facies ei⁹ vez veritas Jesu Christi sicut sol lucet: Est sciendū q̄ Christus quantū ad factē deitatis est in celo vt sol vigēs z ardēs ac beatis oībus semp lucēs. p quē solē increatū ipsi oēs beati ibi existētes in intellectu clarius illustrant ad certius agnoscēdū: affectu ardētius inflāmant ad intēsius diligēdum:et in sensu gfectius roborant ad solidius p̄manendū. Et ista tria sunt q̄ in tertia parte hui⁹ libri/vez distinct. xlix. z. l. explicātur. In his em̄ duabus distinctionib⁹ vltimis ostendit q̄ beati sunt visione mirifica eruditi/z ideo clari⁹ agnoscēteo. Fruitione dilfica accensi:z ideo ardentius diligētes. Incorruptione ppetua stabiliti:z ideo solidius p̄manētes. Ah̄ de isto sole increato sic i celo lucēte z collegiū btoz illustrāte inflāmāte z stabilitēte pōt i telligi illud Ecclesiast. xlij. Sol illuminās oīa ꝓspexit:z gla dñi plenū est opus ei⁹. Dei ꝓpriū opus/electoz cet⁹. hmōi opus erit plenū gla ipo sole increato eos visionis intuitu illustrāte/fruitiōis actu inflāmāte:z incorruptiōis statu p̄solidāte. Et iō pōt dici electis oībus adhuc in nocte p̄sentis vie existentibus illud p̄mi Reg. xi. Cras erit vobis salus cū ilcxerit sol. Quā salutē ppetuā nobis impetret ipe sol increatus trinus z vnus deus post nocte p̄sentis miserie/crastina die/vez gre sempiterne. Amen.

Circa distinctionem primā in qua magister determinat et ostēdit q̄d sit sacramētū: z quomō sacramēta noue legis a sacramentis legis veteris distinguant:inter que legis veteris sacramēta determinat specialiter de circūcisione: Quero q̄ ordinē de his trib⁹: Et primo ad videndū primū/vez quid sit formaliter sacramentū: Quero. Utrū in sacramētis sit virtus aliqua supnaturalis creata vltra virtutē increatā diuinā eis oīb⁹ assistētē ad effectus ipsorū causaliter operandū. ¶ Et videt q̄ sic. quoniā oīne q̄d est causa alicuius attingit aliquo modo ipsum vel p se vel per aliud existēs cū eo. sed oīa sacramēta dicit aliquo modo causa grauie z alioz que ipso mediante homini conferunt. Constat aūt q̄ sacramentū nō potest dici causa illoz per se:cū ad nullum eorum possit agere per seipsum. ergo oportet q̄ sit causa per aliquid a deo sibi impressum. quare ꝛc. ¶ Contra q: aut hmōi virtus supernaturalis seu forma impressa esset spiritualis z inextensa/aut corporalis z extēsa. Si nō potest esse spiritualis:quia talis nō potest esse in subiecto extenso/quale est quodlibet sacramentū. nec corporalis:quia talis non posset agere ad effectus aliquē spirituales magis q̄ ipsum sacramentum. ergo z cet. ¶ Responsio. vbi est videndum: Primo. quid sit sacramētū formaliter. Secūdo. a q̄ sit institutū cāliter. Tertio. an sit i ipso aliq̄ talvirt⁹ creata realr. qō q̄dē q̄ntū ad primum:sacramentū defi

nit magister in litera/dicēs:q̄ est inuisibilis gratie visibilis forma. Accipit aūt magister hāc diffinitiōe visibile nō specialiē p̄ sensibili sensu visus:sed vniuersaliter p̄ oī sensibili.nec em̄ oīe sacr̄m est visibile licet quodlibet sit sensibile. Accipit ēt scōo gratiā inuisibilē nō tm̄ p̄ro creata gr̄a inherente sed etiā p̄ increata gratia subsistente. Sacramētū em̄ eucharistie nō est signū alicui⁹ gr̄e inherētis sed potius subsistētis/vezdet q̄ hoīs in sacramēto ipō eucharistie realiter existētis. Alia aūt ola sex sacramēta sunt signa gr̄e accidētalis q̄ p̄ p̄fās inherētis. Debet etiā intelligi in ista diffinitiōe magistri/sacramētū esse formā significātē ad hoc/vez ad significandū/nō naturaliē sed tm̄ supnaturaliē institutā. ¶ Ex predictis potest poni diffinitio sacramēti talis:dicendo q̄ sacr̄m est signū sensibile alicui⁹ existētis vel secū vel in q̄cūq; digne recipiēte ipm̄/ordinatū a deo q̄ institutū ad salutē fidelīū viatorū. ¶ Dicit p̄ro q̄ est signū sensibile q̄libz em̄ sacr̄or ē vl̄ tm̄ visibile vt sacr̄m eucharistie: q̄ō etiā est sensu tactus/gustus/q̄ odoratus p̄ceptibile: vel tm̄ audibile/vt sacramēti penitētie/q̄ sacr̄m matrimonij factū verbis mediantibus:q̄ō etiā p̄t esse visibile/suppositō q̄ multi possint huiusmodi sacr̄m recipere matrimoniū mediātib⁹ signis visibilib⁹ p̄trahētes:de quo postea inquirē. ¶ Q̄libet aūt aliorū quatuor sacr̄or includit aliq̄d visibile q̄ aliq̄d audibile/vt patet p̄ singula discurrēdo. Baptism⁹ em̄ includit aliqua verba q̄ ablutionez in aqua. Confirmatio q̄ ordo q̄ extrema vnctio includūt similiter verba audibilia q̄ diuersa alia visibilia/vt apꝑet. ¶ Scōo dicit ī diffinitiōe p̄dicta q̄ sacramētū est signū alicuius existentis vel iccū vel in recipiēte ipm̄.ola em̄ sacr̄a cū sint signa/oportet q̄ alicui⁹ sint signa:q̄ sic sunt/ licet differēter. Alia em̄ sex sacr̄a ab eucharistie sacr̄o sunt signa gr̄e inherētis:q̄ p̄ p̄fās non in eis sed in digne ipa recipiētib⁹ exīntis.sola em̄ creatura rationalis est receptiua gr̄e supernalis.sacramētū aūt eucharistie significat Jesum Christū deū q̄ hoīem verū in ipō sacr̄o realiter existentē. ¶ Ex quo apꝑet ipiorū ē dictū cor qui dicūt q̄ sacramentū est signū significans aliquē effectū dei gratuitū.nō em̄ effectus sed ipse deus increatus est p̄cipale significatū p̄ eucharistie sacramētū.Et licet homo verbo vnitus quē etiā significat q̄ cōtinet/sit effectus:tamē in descriptione sacramēti debet poni significatum eius principalius.quare ꝛc. ¶ Tertio dicit in descriptione p̄dicta q̄ sacramētū est signū a deo īstitutū.vt em̄ in scōo articulo ostēdet:nullus alius potuit hmōi signū q̄ō est sacr̄m/īstituere nisi deus. ¶ Quarto q̄ vltimo dicit.q̄ est ordinatū ad salutē fidelīū viatorum. ¶ Hoc apꝑet.quoniaz per quodlibet sacramentū cōfert cuilibet viatori digne ipsum recipienti salus gr̄e in p̄senti:que ordinat ad salutē glorie in sequenti.licet aūt q̄libet sacramentū ordinet ad salutez tam gr̄e q̄ glorie cōferendā cuicūq; digne recipienti ipsum:nō tamē hoc modo ordinatur ad salutē quodlibet significatū cuiuslibet sacramēti. Significatū em̄ principale eucharistie cū sit deus/nō ordinat ad salutē sed est ipsa olm̄ vera salus/ad quā oīa alia ordinātur.nulli⁹ etiā alterius sacramēti p̄cipale significatū ordinatur ad salutem gratie,sed est ipsa salus gratie ad salutē glorie hominē ordinantis. ¶ Ex quo apꝑet q̄ non videtur propriū nec vniuersaliter esse verum dictum tlōr:q̄ diffinientes sacramentū dicunt q̄ est signū significans aliquem effectū dei gratuitū ordinatū ad salutē hoīs viatoris.licet em̄ sacramētū ipm̄ ordinet ad salutez gratie ordinantis ad salutem gloriemon tm̄ eius significatum vez cuiuslibet sacramēti. Sola em̄ sex sacramēta significant gratiam inherentem ad salutem glorie ordinantem.quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum : est dicendū q̄

sacramēta ola sunt a deo tm̄modo instituta. ¶ Ad cui⁹ euidētiā est sciēdū:q̄ sacramentū(vt dictū est in articulo precedēti)est signū sensibile nō quodcunq; sed practicū. Aliud em̄ signū est practicū q̄ aliud speculatiuū. Signum speculatiuuz hic voco illud ad quod adhibitum non semp̄ sequit suuz signatum:sed vel precedit vel nec sequit nec p̄cedit:sicut ista vox incōplexa/homo vl̄ etiā oratio qua dicit homo currit. Illud aūt signum hic voco practicū ad q̄ adhibitū nisi p̄pter impedimētū semp̄ seqū habet suū signatū ab aliquo p̄ductū.q̄ hoc mō apꝑet q̄libet sacramētū esse signū practicū. Ola etiam sex alia ab eucharistia significant gratiā inherentē.que quidē cor quolibet mediante a deo infundit cuilibet eo dē mō quo ab ipso sacramentū digne recipit. Remissio aūt culpe quā significāt aliq̄ sacramēta/vt baptismus penitētia q̄ vnctio extrema:aliqñ hmōi sacramentū sequit q̄ aliquādo antecedit/vt de quolibet videbit suo loco. Aliquādo aūt nullū sacramēti signatum sequitur nec p̄cedit/vt qñcūq; in recipiēte ipz ipedimētū existit. ¶ Hoc p̄misso pono ad p̄positū ohōdēdū tres p̄clusiones. ¶ Prīa est.q̄ nullus alius a deo potuit īstituere aliq̄ sacramentū. ¶ Hec p̄bat.qñ cuicūq; est impossibile ad hibere signatum est etiā ipossibile instituere practicuz ei⁹ signū: quale signū est q̄libet sacramētū. ¶ Hoc apꝑet.qñ q̄libet sacr̄m vt signum verax et efficax ac practicū semp̄ nisi p̄cedat impedimentū habet suū signatū aliq̄ō signatum secuz:q̄ hoc ab instituēte ipm̄.sed cui cūq; alteri a deo est ipossibile adhibere seu in eē ponere q̄libet signatum cuiuslibet sacramenti-Hoc apꝑet. signatum em̄ eucharistie est Christus in ipso exīns eucharistie sacr̄o.Alia aūt signant vel tm̄ infusionem gratie vel etiā cū hoc remissionē culpe.sed p̄stat nullū eorū esse possibile alicui creature.ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio est.q̄ deus solus potuit instituere oīa sacramēta. ¶ Hec p̄bat per rationē p̄trariā suprādicte. qñ oīs ille p̄t instituere quodcūq; signū practicū ad significādū/cui est possibile in esse ponere in quocūq; ei⁹ signatū sed de⁹ ipe sol⁹ p̄t culpā remittere/gratiā infundere/q̄ sub specieb⁹ panis q̄ uersi q̄ vini cū assumpto hoīe realiē existere:q̄ per cōsequēs cuiuslibet sacramēti quodlibet signatum adhibere.ergo solus ipe potuit q̄libet sacramentū instituere/vt ad ipm̄ sui signatum ab eo/vez deo instituēte infallibiliē sequeret. ¶ Cōfirmat.quia etiam quilibet nostrū p̄t instituere signum aliquod speculatiuū ad significādū oīe q̄ p̄t intelligere:q̄ signū practicū ad significādū oīe q̄ p̄t p̄ducere effectiue.q̄ ꝛc. ¶ Ex hoc sequit corollarie p̄mo.q̄ ola sacr̄a sūt de facto a xp̄o īstituta:nō vt hoīe ḡ vt deo. Ubi vel qñ xp̄s ea instituerit dicet de q̄libz suo loco. ¶ Scōo.q̄ diffinitio sacr̄i posita ī artic.p̄cedēti nō ē olno significās ipossibile neq̄ falsū. ¶ Primū vez q̄ nō significet ipossibile/apꝑet. qñ nō ē ipossibile(vt dictū ē)īstituē signū sensibile practicū ad significādū q̄cūq; possibile īstituēti ipz:q̄ ñ significat ipossibile p̄dicta diffinitiua sacr̄i ofō q̄ hoc dicit.Secm̄/vez q̄ nō significet falsū/ē nobis notū p̄ fidē nec em̄ aliē q̄ p̄ fidē scim⁹ nec scire possum⁹ sacr̄a fuisse a deo nec ab aliq̄ alio īstituta. q̄re ꝛc. ¶ Tertia p̄clō ē. q̄ p̄gruū fuit q̄ nobis necessariū signa hmōi sensibilia q̄lia sūt sacr̄a/fuisse diuinit⁹ īstituta. ¶ Hec p̄bat.qñ cui cūq; tēdēti ad aliquē t̄minū nec̄ius ē cognoscē ne despere se habē sibi sufficiētia ad illū t̄minū p̄seq̄ndū.sz hō ē fact⁹ vt tēdat ī deū:quē nō p̄t cōsequi nisi p̄ gr̄e donū habituz in p̄ntī:ergo cuilibz ē necessariū cognoscē hmōi donū gr̄e sibi necessariū ad premiū glorie in se habere.hoc aūt nō p̄t aliter in presenti cognoscere q̄ per

aliqua signa sensibilia ad vonū hmōi gr̃e cōferendū cui libet adhibenti talia ordinata.ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat.qr cōstat neminē posse saluari sine gr̃a vel:qua carēt tam oēs in reatu originali cōcepti q̃ etiā plures alij ex peccato ꝓpio actuali.sed cuilibet carēti aliquo necessario ad terminū sibi debitū cōsequendū/necessariū est aliqd possibile et notū ad tale sibi necessariū ꝓsequēdū vt possit certꝰ existēte illū ꝓsecutū fuisse ex tali adhibito possibili sibi noto.hoc aūt q̃ vez mediāte gr̃a3 possumꝰ acq rere est sacr̃m.Ex quo sequit q̃ cū tota nr̃a cognitio in pñti a sensibilibꝰ oriat:q̃ sensibilia nō spiritualia seu intelligibilia debuerūt institui sacr̃a.sunt enim nobis sensibilia insensibilibus notiora.quare ꝛc. ¶ Hec de scōo.

dicẽdi ꝓtrarij. Aliqui enim dicunt q verba sunt quid principaliꝰ in baptismo q̃ ablutio ipsa. ¶ Pro ista opinione arguitur. Primo. quia quorũcũq; concurrentium ad institutionem alicuius illud est principalius qõ est determinatiuũ seu specificatiuũ alterius. sed ad constitutionẽ baptismi concurrit actus ablutionis per modum materie specificabilis ⁊ determinabilis/ ⁊ verba ipsa per modum forme specificãtis ⁊ determinãtis. ¶ Qõ ꝓbat. qr cum actus ablutionis possit fieri vel propter corporalẽ immunditiã remouendã vel sanitatem consequendã: vel ꝓpter multas alias causas/ verba ipsa: Ego te baptizo tẽ determinant talem actum ad finem intẽtum sibi diuinitus prestitutum. ergo ⁊c. ¶ Secũdo arguitur ad idem qr cõcurrens ad aliquid in virtute alterius/ minus principaliter concurrit q̃ illud in cuius virtute concurrit. sed actus ablutionis cõcurrit ad baptismũ in virtute verborum personarũ. ergo minus principaliter q̃ nomina ipsa seu verba personas exprimentia. ¶ Tertio. qr quodcũq; sacramentum est signũ. ergo illud est in omni sacramento principalius qõ est signatiuũ expressius. sed verba sunt huiusmodi. secũm enim Augu. ij. de doctrina christiana. cap. primo. inter cetera signa instituta ad signandum verba obtinẽt principatũ. ergo ⁊c. ¶ Quarto cõfirmatur ꝑ eũdẽ Augustinũ dicẽtẽ sup Joãnẽ homil. 80. Accedit verbũ ad elemẽtũ ⁊ fit sacramentũ. detrahe verbum/ et qd est aqua nisi aqua? ¶ Aliorũ modus dicẽdi est ẽ ⁊ vez q ablutio est principalior. Pro q̃ arguitur. ¶ Primo: qr illud est principaliꝰ in ol cõstituto/ a quo specificatur tpm constitutum. sed baptismus denominatur et specificatur ab ablutione nõ a verbis. dicit enim a baptizando. ergo ⁊c. ¶ Secõ. qr cũ sacramentũ sit sacre rei signum/ illud est in quolibet principalius qõ euidẽtius significat rem sacram illi sacramento correspondentẽ. sed ablutio exterior expressiꝰ ⁊ euidẽtius significat ablutionẽ interiorẽ animę a peccato: que quidẽ ablutio est res sacra baptismi: q̃ verba. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qr nec ista ꝛba Ego te baptizo: significant hmõi ablutionẽ animę a peccato: sed actũ tpm ablutionis baptismalis. aliquã q̃ sequitur: vez nomina psonarũ nõ significant talẽ animę interiorẽ ablutionẽ: sed eius principiũ effectiuũ

vez ipm deū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur hoc. Primo ex verbis Saluatoris dicentis. Joānis.3. Nicodemo: nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō pōt intrare i regnū dei. Hic enī Christus nullā mentionē fecit de verbis: sed de aqua: ad insinuādū ipsaz cē ad baptismū principalius requisitā. ¶ Secūdo. qz ois sacramenta habēt efficaciā a Christi passione: ⁊ signāter scōm Augustinū 15. de ciuit. c. 29. vulnere lateralī a quo exiuit sanguis ⁊ aqua. sed cōstat q̄ aq̄ baptismalis euidentius significat illā aquā q̄ verba. Ex quo infertur q̄ sicut passio Christi fuit principalius instrumentū nostre salutis q̄ eius prōdicatio siue verba: ita ⁊ actus ablutionis est in baptisme principalior q̄ sint verba. ¶ Tertio. qz illud est principalius in quocūq; qđ principalius ponit i eius diffinitiōe. sed in diffinitione baptismi ablutio principalius ponitur q̄ verba/cum ablutio ponatur in recto ⁊ verba i obliquo. ergo ꝛc. ¶ Quarto. qz illud est baptismo essentialiꝰ qđ est ab ipso inseparabilius. sed hoc est actus ablutionis si enī hmōi actū sine verbis Christi ꝰ instituisset/vere actꝰ tunc sicut nūc baptizamus fuisset/nō aūt verba sine actu. ergo ꝛc. ¶ Quinto. qz illud est baptismo essentialius et principalius circa qđ nūq̄ aliqua variatio fuit/q̄ illud qđ fuit septies variatū. sed baptismus fuit septies variatus quātū ad verba. non enī Christus fuit baptizatus i nole patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti/nec in nole venturi in quo Joānes aliquos baptizabat. Unde aliter baptismꝰ fuit datus in nole venturi: aliter i nole Christi: nūc datur in nole patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Christus etiam non videtur cū verbo aliquo baptizatus. sed in aqua tñ modo balneatus. nunq̄ aūt quātū ad ablutionis actum fuit facta variatio in baptismo. ergo ꝛc. ¶ Contra istum duplicē dicendi modum simul/arguo sic. Aut intelligūr alterā ptem sacramenti cē principaliorē altera in sacramento vt formaliter: vel virtualiter sumpto. sed nullū eorū q̄ requirūtur ad baptismū vel ad q̄cunq; aliud sacramentū potest esse principalius alio aliquo hoꝝ modorū ipsū sacramento sumpto. ergo nec aqua est principalior i baptismo q̄ verba: nec econuerso. ¶ Probatio minoris. qz sacramentū vt formaliter sumptū est sensibile signum eius qđ deus statuit ipso mediāte conferre. ergo ū in baptismo vel in quocūq; alio sacramēto vt formaliter sumpto aliquid eius est principalius alio/ hoc est quia effectus sacramēti directus exp̄ssiuū. sed nulla pars baptismi directus q̄ alio significat effectum baptismi. Probo: tum qz neutra nec ambe simul significāt gratiā baptismalē nisi qz baptismus ad hoc diuinitus institutus. Eorū aūt quę nō ex se sed tñ ex alterius institutiōe aliqđ significant/neutrū magis q̄ alterū significat illō. Tū secūdo. qz nec verba sine aqua nec econuerso significāt gratiā baptismalē sed oīa simul sumpta. solū enī illa dicunt gratiā significare quibus mediātibus deus statuit gratiā cōferre. ergo ⁊ equaliter ipsam vident significare illa quibus mediātibus statuit deus ipsam equaliter conferre. sed deus statuit cōferre gratiā ⁊ remittere culpam mediāte baptismo absolute nō magis ꝓpter ablutionez q̄ ꝓpter verba nec minus. ergo neutrū horꝝ est significatiuū principalius q̄ alterū/nec p ꝑs principalius i baptismo vt formaliter sumpto. ¶ Secō ꝓbo secām ptem minoris: vez q̄ neutra pōt dici alia principalior in baptismo vt virtualiter sumpto. qm baptismi sacramētū vt virtualiter acceptū est aliquo mō grē collatiuū ⁊ culpe remissiuū/hoc est mediū talia ꝓsequendi. ergo si in baptismo vt sic sumpto aliquid est principalius alio/hoc est aut quia gratie baptismalis magis principiū effectuū/aut qz mediū ad ipsam ꝓsequendū magis necessario requisitū. sed primū nō pōt poni: cū nec aliqđ sacramētū nec aliqđ eiꝰ sit effectꝰ q̄ ipm collati principiū ꝓductiuū. nec scōm: qz nec sacramentū nec aliquid eius est necessariū ad aliqđ a deo ꝓsequendū nisi qz sic est q̄ ipm deum institutū. Eq̄liter aūt oīa ad baptismū necessaria deus statuit debere concurrere ad ꝓsequēdū gratiā baptismalē. q̄ ꝛc. ¶ Et ideo dico aliter: vez q̄ nihil est in baptismo qđ sit principaliꝰ alio/ nec i quocūq; alio sacramēto. nec enī pōt eē principalius in significādo nec i significatū principaliter cāliter ꝓducēdo/ nec qz ad sacramentū ipz amplius requisitum. quare ꝛc.

Ad rationes dicentiū verba esse principaliora ablutione.

¶ Ad ꝓmā qñ dicit q̄ verba determināt ⁊ specificāt actū ipm: Dico q̄ falsuz est. nec enī actꝰ ablutionis specificat seu determinat/nec econuerso: cū ista sint q̄dā duo totaliter distincta tā quidditative q̄ etiā subiective/nec etiā baptismus est ex eis cōstitutū aliqđ q̄ se unū. ¶ Ad scōaz cōcedo actū ablutionis ꝓcurrere ad baptismū minus principaliter trinitate/nō tñ noiꝝ ꝓsonārū trinitatis: qz nec actus ablutionis ꝓcurrit in virtute noīm magis q̄ nota in virtute actus: ſz ambo simul vez verba ⁊ ablutio ipa cōcurrūt in virtute ibi inuocate trinitatis effectum baptismi mediāte utroq; eq̄liter vez verbis ⁊ ablutione causaliter ꝓducēte. ¶ Ad tertiā qñ dr q̄ verbū in significādo obtinet ꝓncipatū: Respondet q̄ verū est in significādo cōceptū mētis: ⁊ sic intelligit Augustinꝰ. Ad significādū aūt effectus realeꝰ alia sunt signa exteriora exp̄ssiꝰ ipos significātia q̄ verba. sicut vestigia in puluere derelictū exp̄ssius repsentat alaī/vel fumus ignē/q̄ aliqđ verbū. Sacramētū aut nō ē institutū ad significādū mētis cōceptū sed interiorē actū vez ablutionem anime a peccato p gratiā. hoc aūt ex se non significat nisi ex diuina institutione/ ⁊ p ꝑs cēlit. q̄re ꝛc. ¶ Ad quartā dicēdū: q̄ sicut Augustinus dicit q̄ accedente verbo ad elementū efficit sacramētū: ita et cōuerso posset dicere qz sic est: vez q̄ accedente elemēto ad verbū efficit sacramentū: ⁊ sicut verbis amotis aqua nō est sacramentū sed tñ aqua: ita nec verba sine aq̄ sunt nisi verba. ¶ Ad alia in ptrarium. Ad primū dicēdū q̄ baptismus vt virtualiter acceptus/ puta vt est sacramētum gratie collatiuū ⁊ culpe remissiuū: non magis dicit ab actu ablutionis q̄ a verbis nec econuerso: licet vt materialiter sumptus aliquo modo imo simpliciter ⁊ totaliter dicat ⁊ denoīet ab actu/ ⁊ nullo mō a verbis. Et ita concludit ex rōne q̄ verba nō sunt necessaria ad baptismū: qđ verū ē accipiēdo isto mō baptismū/vez materialiter tñ: qz vt sic baptismꝰ nō est nisi ablutio seu balneatio. sed hic nō sic loquimur de baptismo. q̄re ꝛc. ¶ Ad scōm dicēdū ꝓsimiliter. ablutio enī ipa exterior baptismalis nō magis significat ablutionē interiorē anime a pctō ex se: q̄ alia q̄cūq; ablutio corporalis qua q̄s pōt abluere semetipm. q̄ ergo talis ablutio illud significet: hoc est ex diuina institutiōe. sed tā verba q̄ ablutio ipa sunt ad hoc diuinit⁹ significādū instituta. q̄ ꝛc. ¶ Cōfirmat. qm̄ nec baptismꝰ nec aliqđ eiꝰ significat ablutionē aliē a pctō nisi qz hoc natuz est sequi ad ipm. sed non magis alia a pctō abluit ꝓpter actū ablutionis exterioris q̄ ꝓpē verbū. ergo ꝛc. ¶ Pretera ista rō videt supponere q̄ sicut corpus in baptismo corporaliter tacta alia spiritualiter ab aliqua reali macula liberetur seu emūdetur/ quod nō est verū. nihil enī existēs ante baptismū in alia remouet q̄ baptismū ab ipa: qz nec culpā remittere est ab alia aliquid remouere: sed ipsi culpā ad penā nō imputare vt in ꝓcedēti⁹ fuit dictū. ¶ Et qñ dicitur in ꝓbatione minoris/ q̄ verba ista: ego baptizo te significāt solū exteriorē nō aūt interiorem actū: nec etiā verba sequentia/ sed eius principiū effectiuū: Dico q̄ falsum est. licet enim ex humana impositione predicta verba

baptismi nō significēt ipz institorē actū/baptismi effectū/ significāt tñ eū sicut ꝛ ipsa exterior ablutio ex diuina institutione:ex qua sequitur huiusmodi effectus baptismi tra ad verba sicut ad ablutionē ipsam. nō est aūt inconueniens vnum ꝛ idem significare diuersa/ad que significāda est a diuersis impositum/seu ab vso. Et ita in ppō sito licet hec verba/ego baptizo te/ significēt actū exterioris ablutionis:ꝛ sequentia/vez in nomine patris ꝛ filij ꝛc. deū ipsum baptismi effectū principium pductiuū et hoc ex humana horum vocabulorū impositione ad talia significāda:sola tñ verba p̄dicta sūt sumpta significāt aliud ex diuina institutione:sicut ꝛ actus ablutionis exterioris / puta ablutionem interiorē anime a peccato.

¶ Ad tertium dicendū: q̄ licet Christus verba non expressisset/p̄ quam tñ ipa implicite intellexit ꝛ cū nullus possit renasci in aqua tñmodo sine verbis/magis q̄ ex verbis sine aqua. ¶ Ad quartum dicēdum: q̄ a vulnere lateralis dicūtur emanasse sacramenta solum ꝓpter expressam similitudinē partiū duoꝝ principaliū sacramentorum: vez eucharistie ꝛ baptismi. Est enī in altera pte eucharistie puta sub speciebus vini sicut etiā in speciebꝰ ponis/iz aliter Christi sanguis.altera etiā pō baptismi est aqua. a vulnere autē illo emanauit sanguis ꝛ aqua. Ex hoc aūt nō sequitur aquā esse principaliorē in baptismo q̄ sit sanguis in eucharistie sacramēto. ¶ Ad q̄rtū dicēdū: q̄ i diffinitiōe baptismi nec actus ablutionis ponitur principalius q̄ verba/nec cōuerso. Et q̄n dicit q̄ actus ponit i recto:dico q̄ si p̄ hoc aliq̄ p̄cipalitas in actu designet nō magis actus debet poni in recto q̄ verba. ¶ Ad sextū dicendū: q̄ licet a baptismo vt materialiter sumpto actus sit inseparabilior q̄ sint verba:cum nec baptismus vt sic sumptus sit aliq̄d nisi actꝰ:tñ vt baptismus accipit formaliꝫ ꝛ virtualiter ve a Christo institutus/eque verba sunt ab ipo baptismo inseparabilia sicut actus. ¶ Ad septimū dicēdū: q̄ sicut fuit facta variatio i baptismo quātū ad verba a deo istituēte ipz:ita potuit fieri quātum ad actuz/ licet non fuerit sic de facto.ꝛ hoc loquendo de baptismo nō vt materialiter sed vt formaliter ꝛ virtualiter sumpto:vt vez ex diuina institutione est signum sensibile gratie collatiuū. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendū q̄ falsum accipit forma cum aque a materia separata nō esset aqua elementaris cōposita vt superius est predictum.ergo ꝛc.

TErtio quēro de baptismi institutione:virū baptismus a Christo fuerit instituus. ¶ Et videtur q̄ sic.quoniā solus ille potest sacramentū instituere qui potest ei signatum conferre.sed signatum baptismi est possibile solo deo.ergo ꝛ eius institutio. ¶ Contra.q̄ Joannes baptismū de facto instituit vt in p̄cedentibus dictum fuit. ¶ Responsio. Primo ad questū. Scdō an circūcisio euacuata fuerit illico post baptismum.

Quantum ad primū: licet appareat

q̄d dicēdū ex dictis in quadā questione suptus/p̄mitto tñ ad huius euidentiā ampliorē q̄ sicut sacramenta ab alio habent efficaciā meritorie/ꝛ ab alio effectiue:ita et instituta fuerūt ꝛ instituī potuerunt ab alio vt ab efficiē te/ꝛ ab alio vt ipa instituī ad salutem fidelium p̄merente. ¶ Hoc p̄misso/pono tres cōclusiones. ¶ Prima est: q̄ Christus vt homo nō instituit effectiue p se nec potuit instituere baptismum nec aliquod aliud sacramentum. ¶ Hec apparet.quia soli illi est possibilis sacramēti instituto isto modo/ cui est possibilis eius signati adhibitio.si homo assumptus nō magis q̄ aliqs alius nō assumptus potest per se effectiue in signatum baptismi nec alicuius alterius sacramēti.ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat.q̄ sacramētū nō est sacramētū nisi p signū verū.si nō ē signū verū nisi qz ad ipm natū est sequi signatū:qđ nō pōt esse ab ipo signo sed ab eius institutore.ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio est:q̄ Christus vt homo meruit institui baptismū et qlibet aliud sacramentū ad salutē fidelium viatorum. ¶ Hec apparet.q̄n ille meruit institui sacramentū qui meruit eius effectū.sed homo assumptus meruit totaliter effectuz baptismi/ ꝛ ptialiter effectus cuiuslibet alterius sacramēti.ergo ꝛc. ¶ Et si q̄rat:q̄re Christus nō meruit nobis gratiā sine mediātibus sacramētis sicut ipoz meruit Hieremie ꝛ Joāni/ꝛ olbus alijs sanctificatis antequā natis?Dico q̄ Christus aliter filius ꝛ aliter nobis ꝛ aliter matri sue (supposito q̄ a peccato originali p̄seruata fuerit)gratiā meruit:qz sic deus fieri voluit. ¶ Tertia conclusio est: q̄ Christus vt deus verus instituit ꝛ instituere potuit p se baptismū sicut ꝛ oē aliud sacramentū. ¶ Hec apꝑt p rōnē cōtrariā supradictē:puta qz ipsi est possibile esse ponere cuiuscunq̄ sacramēti signatum. ¶ Et si q̄rat vbi vel quādo Christus baptismū instituit? Respōdet:q̄ baptismū Christus nō instituit qñ a Joāne baptizatus:qz nec in verbis in quibus baptismū fieri instituit/baptizatus fuit:sed vel i nullis/vel (vt dicūt alij) in verbis baptismi Joānis puta in nomine venturi.qz licet ipe iam venisset p carnis assumptionē/adhuc tñ erat venturus p carnis mortificationē ꝛ hois liberationem. Nō est etiā verisile q̄ ipe baptismū instituerit Joānes.3. quādo dixit Nicodemo:Nisi qs renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto ꝛc.quoniā hoc fuit dictū de nocte in occultō ꝛ vni ꝑsone priuateq̄ nō fuit preco institutionis baptismi. Nō pōt etiā dici ḳtio q̄ ipz instituerit Matth. vltimo:quādo apostolis dixit:Euntes docete oēs gētes baptizantes ꝛc.quoniā illud fuit dictū tēpore sue ascensionis: si ante suā ascensionē ꝛ etiā añ passionē apostoli baptizabāt baptismo Christi/vt apꝑet Joāne.4.vbi dr q̄ Jesus nō baptizabat sed discipuli ei⁹. Ex quo arguitur: q̄ ante Christi passionem baptismus a Christo fuerit institutus:licet quādo vel vbi/nō sit in aliquo euāgeliorum expressum. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundum: distinguuntur

quatuor tēpora in baptismo ꝛ in circūcisione. ¶ Primū tempus baptismi fuit in quo baptismus erat cōsultus tñmodo nō p̄ceptus.ꝛ hoc fuit a tempore institutionis baptismi vsq̄ ad tempus ascēsionis Christi. Q̄dū enī Christus in mūdo fuit/ nullū legalium nec circūcisionē p ꝑsē interdixit.ꝛ ideo nec baptismū p̄cepit. ¶ Secundū tēpus fuit baptismi in quo Christus ipe p̄dicari p̄cepit non tñ ad ipz obligari aliquem voluit adhuc/ licet tunc baptismus fuerit sub p̄cepto. Nullus enī legislator vult aliquem obligari ad suū statutū aliquod seu p̄ceptū anteq̄ statutū hutusmodi seu p̄ceptū ipsi fuerit ꝓmulgatū et hoc tempus baptismi fuit a Christi ascensione quādo dictū fuit apostolis:Euntes docete oēs gētes baptizantes ꝛc.vsq̄ ad sancti spiritus missionē qñ apostoli p̄dicare inceperūt. ¶ Tertiū tēpus fuit in quo Christus ad baptismū tam institutū ꝛ p̄ceptū voluit obligari nō oēs vr sed specialiter nūc istos nūc alios scōm q̄ apostoli successiue nūc in vno loco ꝛ terra postea i alia predicabant ꝛ hoc tempus incepit in Judea in die sancti spiritus missionis.non enim omnes ad baptismū simul obligari debuerūt suscipiēdum:quia nec omnes simul ipsum ubi esse necessarium agnouerunt:cū hoc per predicationem apostolorum qui simul vbiq̄ p̄dicare nō potuerūt fuerit diuulgatum. Nullus autē tenetur ad legislatoris aliquod institutū seruandū quousq̄ statutum ipm fuerit sibi manifestum.quare ꝛc. ¶ Quartū ꝛ vltimū tempus

baptismi fuit in quo deus omnes vniuersaliter ad ipsuz obligari voluit: & hoc fuit post apostoloꝝ vniuersalē p̄dicationē & euāgelij publicationē. vñ q̄ dicit in psalmo 18. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ & in fines orbis terre verba eoꝝ. Hoc tēpore vltimo baptismi fuit circumcisio totaliter & vniuersaliter euacuata: & offuno illicita. Primo ergo ante veꝝ institutū baptismū fuit necessaria. Secō post baptismū institutum & confirmū fuit vtilis sicut antea: nō tñ necessaria. nec erat baptizatus tenebat circūcidi nec ecōuerso circūcisus baptizari. Tertio aūt circūcisio fuit licita: non tñ vtilis nec necessaria. et hoc fuit quādo baptismus p̄dicari incepit. nō erat statim tūc fuit Judeis licet gentilibus circumcisio interdicta: sicut nec alia legalia: cū Judei ad fidem cōuersi postea legalia obseruauerit multis annis. Vltimo aūt fuit omnino illicita & interdicta. Quo aūt tempore Judeis inceperit esse interdicta & illicita: non habetur ex scriptura. licet enī gentilibus cōuersis fuerit interdicta in quarto tempore baptismi: veꝝ post euangelij p̄dicationē & ipsoꝝ conuersionē: nō tñ Judeis. ¶ Et si q̄ratur: quando ante Christi mortē cōcurrebāt insimul circūcisio & baptismꝰ quod horū sacramēt oꝝ erat vtilius & efficacius: ¶ Ad hoc videtur dicendū: q̄ si ideo vt p̄mittur dictū sacramenta noue legis sunt vtiliora & maioꝝ gratiā cōferentia q̄ sacramēta antique legis: q: illa tñ habebāt efficaciā a passione exhibenda: ista aūt a passione exhibita q̄ p̄cēdit ante Christi exhibitā passionē circūcisio & baptismus eq̄liter p̄ficiebāt sicut & equaliter cōcurrebant. ¶ Ex quo sequit corollarie: q̄ ola legis euāgelice sacramēta ante Christi mortē instituta fuerūt maioris efficacie post Christi mortē q̄ pri⁹. Nisi forte dicat q̄ sacramēta habent efficaciā a Christi passione magis vt volita & accepta q̄ vt in corpore sustētata: vt sic aūt Christus statim vt conceptus fuit pati incepit. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rōnē in principio dicendū q̄ Joannis baptismus nō fuit sacramentum: quia non ex seipso alicuius gratie collatiuus.

Circa distinctionem quartam: in qua Magister determinat de susceptiētibus baptismū: Quero primo de paruulis baptizādis. Secūdo de adultis. ¶ Quātū ad primū: q̄ro vtrū cēs puuli baptizati recipiāt eq̄liter effectū baptismi. ¶ Et videtur q̄ sic. q: cū deꝰ nō sit acceptator personarū: nō conferat inequalia premia in sequenti: nec dona gratie in presenti nisi p̄pter inequalia merita. sed paruuli quibus per baptismū conferuntur gratie donū cum nullum habeāt meritū non possunt esse in merito inequales. ergo nec in dono gratie q̄ recipiāt per baptismū. ¶ Contra. quia baptismus habet efficaciā suam totaz sicut & omnia alia sacramenta a Christi passione. sed Christus non oibus electis adultis vel paruulis eq̄liter imo inequaliter meruit. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. Primo ad questum. Secundo an aliquis nondum natus possit in materno vtero baptizari. Tertio an plures possint baptizare vnū paruulum vel adultum: & econuerso vnus insimul plures.

Quantum ad primum: est sciendum q̄ cum per baptismum (vt fide tenemus) paruulis remittatur originalis culpa & infundatur supernalis gratia: hic non queritur de inequalitate remissionis culpe originalis. quoniam constat etiam per fidem istam omnibus equaliter remitti. illis enim culpa omnibus remittitur equaliter qui ab omni pene illi culpe debita eq̄liter liberantur. sed per baptismū a pena damni debita culpe originali omnes paruuli & etiam alij equaliter liberantur: cum post baptismum immediate decedentes omnes deum consequantur nec aliqua pena damni. Nō igitur hic queritur de equalitate remissionis culpe originalis: sed de equalitate consequutionis gratie supernalis: an videlicet omnes paruuli baptizati sint equales in recepta gratia supernali in presenti: & per consequens in eternali gloria decedentes post baptismum illi cō in sequenti. omnes enim equales in gratia in presenti: sunt equales in gloria in sequenti: & inequales in gratia inequales in gloria. Nō non sic est de inequalitate fidei & spei: & equalitate: cum in talibus videlicet fide et spe reprobi condemnandi aliqui sint pollentes electorum aliquos excedentes. Et ideo nec de fide etiā nec de spe hic queritur: que etiam in baptismo (vt p̄munter dicitur) paruulis infundunt nec de quocunq; alio a charitate in baptismate infuso sed precise de equalitate vel inequalitate charitatis seu gratie: cuius solius virtutis equalitas seu sequalitas habita in presenti arguit equalitatem vel inequalitatem habende gloie in sequenti. ¶ Hoc suppositio ad intelligentiam questionis: premitto ad euidentiam solutionis: q̄ paruulos consequi equalem vel inequalem gratiam per baptismum: potest intelligi dupliciter. Uno modo q̄ hoc fiat ex parte operis operati: hoc est precise ex parte ipsius sacramenti suscepti: quia solo videlicet sacramēto mediante quocunq; alio circūscripto: deus disposuit eis conferre gratiam equalem vel forsitan inequalem. Alio modo q̄ hoc fiat ex parte alicuius operis operantis: hoc est aut propter deuotionem parentum vel eis ministrantium sacramentum. ¶ Hoc premisso pono pro solutione ad questum: quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ omnibus paruulis debite baptizatis cōferē gratia. ¶ Hāc suppono ēē q̄stio propositam: cuiz gratie ipsa sit effectus baptismi. Est etiā nota per fidem: quoniam nullus nisi mediāte gratia sibi collata supernaturaliter a pena eterna. sed omnes in baptismo (vt fide tenemꝰ) eripiuntur a pena damni eterna eis pro culpa originali debita. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nullus acceptatur ad gloriam nisi per sibi collatam gratiam. sed omnes paruulos in baptismo deus acceptat ad gloriam. ergo omnibus dat gratiam. ¶ Secunda conclusio est: q̄ deus dat paruulis baptizatis in equalem gratiam ratiōe inequalitatis alicuius operis operantis: hoc est propter inequalitatem deuotionis et meritorum quorūcūq; orantium pro paruulis baptizādis. ¶ Nec videtur euidens. quoniam non videtur verisimile q̄ puuli nihil proficiat deuotio ac pro eis facta oratio parentum vel aliorum eos ad baptismum offerentium vel ministrorum ipsos baptizantium. non magis enim oratio talium est adultis pro quibus fit: vtilis: q̄ paruulis. sed nisi propter inēq̄litatem deuotionis & orationis facte pro paruulis gratia conferretur inequalis imo deficiat ab aliquo pro eis fieret eis inutile existeret: excepto solo baptismo. p̄stat enim q̄ eis nihil aliud a baptismo valet ad remissionem culpe originalis: nec ad gradū gratie supernalis cōem omnibus et necessarium ad remissionem ipsius culpe originalis. ergo nisi vltra istū daretur aliquid plus aliquibus: nulla parentum vel ministrorum vel quorūcūq; aliorum deuotio vel oratio eis proficeret nec valeret. hoc aūt videtur valde absurdū. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur: q̄ Christus meruit paruulis aliquibus primas gratias inequales. & hoc non totaliter sed partialiter. ¶ Hoc apparet. quoniam omniū electorum Christus meruit gratias & glorias: vel totaliter vt illorū gratias & glorias que conferūtur absq; alicuius alterius merito: vel partialiter vt illorū qui gra-

lias consequūtur in presenti ⁊ glorias in sequēti nō solo Christi sed alicuius alterius merito mediante. sed parvuli (vt dictum est) recipiunt in baptismo primas gratias inequales propter inequalitatem meritorum parē tum vel ministrorum vel quorūcūq; pro eis orantium et intercedentium aliorum. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: q; paruuli videntur recipere in baptismo gratias inequales ex solo opere operato/puta baptismo recepto quocunq; alio circūscripto. ¶ Hec potest ꝓbari. quoniā recipientes inequalem gratiam in baptismo vel in quocunq; alio sacramento/solo Christi passionis merito mediante/recipiunt inequalem gratiam precise ex opere operato. ¶ Hoc apparet. non enim est intelligēdum gratiam aliquam conferri alicui ex opere operato / hoc est mediante sacramento/ exclusso merito Christi: cum ipse meruerit efficaciā seu effectum cuiuslibet sacramēti/nec per consequens aliquod sacramētum sit efficax ex seipso sed tm̄ ex merito Jesu Christi. Sed quuli q; baptismum sine alicuius alterius a Christo merito possunt recipere et recipiunt gratias inequales ex solo merito Christi passi. ¶ Hoc ꝓbatur. quia non est verisimile omnes parvulos post baptismum ante suum aliquod meritum decedentes esse in gloria equales: cum tam in proprio q; in alieno alio a Christi merito sint equales. sed inequales in gloria in sequenti fuerunt inequales in gratia in presenti. ergo ⁊c. ¶ Et si quaratur: quomodo Christus cum pro omnibus electis vniuersaliter mortuus fuerit/ maiorem gratiam vni q; alteri mereri potuerit quocūq; alio cuiuscūq; alterius a Christo merito circumscripto? Respōdeo: q; Christus motus prouidit omnes electos et ipsorum gradus glorie inequales: ⁊ ita pro predestinato sibi ad maiorem glorie gradum note plenius ⁊ affectuosius obtulit semetipsum appetens sue passionis meritū plus valere ad maiorem glorie graduz ordinatis siue precise propter hmōi passionis sue meritū/siue etiaz quorūcunq; aliorum aliquo alio merito mediante. sed cum baptismus ⁊ quodcunq; aliud sacramentum habeat efficaciam ex Christi passione/in illis habet maiorem pro quibus ipsa passio affectuosius est oblata. quare ⁊c.

Sed tunc est hic dubium. quoniam ea

dē ratione videtur esse concedendū mediante quocunq; alio sacramento ab ipso baptismo ip̄m cum equali preparatione recipiētibus ⁊ ceteris omnibus aliis a Christi passione existentibus paribus conferri gratias inequales. ¶ Ad hoc posset dici forsitan: q; nullum est inconueniens qđ infertur. licet enim deus sacramenta instituens se determinauerit ad aliquem certum gradum gratie eis mediantibus digne ipsa recipientibus conferendu: quo gradu nunq; minor alteri conferatur: nullū tamen est inconueniens vltra illum/sacramentis mediātibus aliquibus plus conferri puta illis qui sunt ad maiorem gloriam eternaliter ordinati. ¶ Ex predicta conclusione sequiturq; Christus aliquibus meruit totaliter primas gratias inequales. ¶ Hoc appet. quoniam eis meruit totaliter primas gratias qui cōsequuti sunt ipsas sine merito alterius cuiuscunq;. Sed multi parvuli baptizati sine alio aliquo merito a passione Christi consequuntur in baptismo gratias inequales/vt omnes post baptismū decedentes inequales gradus glorie consequentes/nullo a Christo alio eis premiū promerente. ergo ⁊c. ¶ Et si forte dicas: q; tales non sunt in gloria inequales: Concedo si equalem gloriam habuerunt: et consimilem gratiam acceperunt. Sed q; non sint equales immo inequales omnes sancti in gloria/habetur a beato Chrysostomo super Matth̄. sic dicente super illo verbo/Inter natos mulierum nō surrexit maior. Posito q; omnes sancti quantum ad subtilitatem ovum iudicij inuicem sibi aut inferiores aut superiores sunt aut pares. Ex quo intelligimus: q; qui maiorem se non habet omnibus maior est. ¶ Ex hoc sequitur corollarie: q; sicut nullus erit in patria alteri equalis in premio: ita nec in via fuit aliquis alteri equalis i merito. ¶ Hoc apparet. quia inequalitas premiorum ex inequalitate prouenit meritorum. ¶ Et si obijciatur primo de paruulis qui nullum meritū habuerunt: Secundo de adultis qui equalia bona fecerunt vel facere potuerunt: ¶ Ad primum dicendum q; licet non habuerint proprium meritum/habuerunt tamen alienum Christi videlicet passionis meritum: quod meritum fuit eis inequale modo predicto. ¶ Ad secūdum dicendum: q; esto q; aliqui electi equalia bona facerent in presentia non tamen ꝓpter hoc essent equales in merito: quia nec sunt equales in gratia. idem enim opus bonum est magis meritorium in maiori/et minus in minori gratia existenti. quare ⁊c. ¶ Et si dicas q; aliqui possent esse in equali gratia/et per consequens bona equalia faciendo equaliter promerentes: Concedo tales posse esse. sed de facto non sunt nec fuerunt scōz doctorem predictum. Quia tm̄ hoc solus deus nouit: ideo non est hic aliquid asserendum: sed quod dictum est probabiliter opinādum. ¶ Quarta conclusio est: q; omnes paruli baptizati pro suis futuris demeritis condemnandi videntur equalem gratiam recipere in baptismo: dum tamen alīū a Christo non mereantur eis aliquid conferri/ vel equaliter mereantur. ¶ Hec apparet. quoniam Christus nō meruit gratias inequales nisi predestinatis ad glorias inequales: q̄ paruulis baptizatis prescitis/meruit gratias equales. sed nullo alio a Christo pro eis aliquid promerente quicquid recipiunt recipiunt tm̄ Christi passionis merito. ergo ⁊c. ¶ Ex eodem medio sequitur de adultis baptizatis prescitis se equaliter disponentibus ad baptismum/videlicet q; consimiliter omnes tales equalem gratiam recipiunt per baptismum. ¶ Hoc apparet. quia si inequalem: aut propter ipsorum inequale meritum/ aut quia Christus vel aliquis alius eis inequaliter meruit. Sed non potest poni primum: quia supponimus q; ipsi ad baptismum equaliter se disponant. Nec secundum. quia (vt dictum est) Christus non meruit inequales gratias saltem totaliter mediante eodem sacramento nisi inequales glorias habētib⁹. Nec tertiū/supposito q; nullus alius a Christo eis meruerit aliquid/ vel omnibus equaliter meruerit. ergo ⁊c. ¶ Sed quid dicendum de paruulis baptizatis comparatis ad baptizatos adultos? Est enim dubium qui istorum recipiunt maiorem gratiam per baptismū. ¶ Ad hoc respōdetur: q; adulti maiorem gratiam recipiunt q̄ paruuli in baptismo. Cuius ratio est: quia paruulis infunditur gratia tm̄ merito alieno: videlicet Christi mortis. adultis autē digne baptismum recipientibus infunditur eadē merito alieno/et aliquo ipsorum proprio: cum in quolibet adultorum digne recipientium baptismum supponatur aliquis bonus actus: qui non est in aliquo parvulorum. quare ⁊c. ¶ Sed tunc secundum hoc oportet dicere consequenter omnes baptizatos adultos predestinatos eē ad maiorem gloriam q̄ sit aliquis paruulo⁹ meritorum post baptismum. quod non est nobis totaliter manifestū. ¶ Nec valet ratio que adducitur: quia paruuli consequuntur gratiam tm̄modo merito alieno: adulti aūt etiā merito aliquo ꝓprio. quoniam cū Christus (vt dictum est) diuersis inequaliter meruerit secundū q; tos ordinatos prouidit ad gradus glorie inequales/per consequens gratia quam meruit totaliter alicui puero ba-

ptizato potuit eſſe maior illa quã particulariter meruit aliquis adultus: & ſic credendum eſt fuiſſe de facto ſuppoſito q̃ aliquis paruulorum baptizatorum ſit in maiori gradu gloꝛie beatorum q̃ aliquis adultorum. Si autem quilibet adultorum beatorũ eſt maioꝛ in gloꝛia quolibet paruulorum qui nullum meritum propriũ habent tũc concedendum eſt maioꝛẽ infundi gratiam adultis q̃ pueris baptizatis. ¶Hec de primo.

Quantum ad ſecũdum: Aut paruulus

eſt totaliter i materno vtero/aut apparet aliq̃d eius. Si primum: non poteſt baptizari baptiſmo fluminis ſed bene baptiſmo ſanguinis. Si enim mater ſimul cum prole pro iuſtitia occidatur proles ipſa mediante baptiſmo ſanguinis a culpa liberatur: & gratia informatur. Nõ autem poteſt baptizari aque baptiſmo: quod arguitur ex dicto ſaluatoꝛis dicentis Joan.iij. Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto ꝛc. Conſtat enim q̃ renaſci preſupponit naſci. ergo nullus niſi natus naturaliter poteſt renaſci ſpiritualiter per baptiſmum fluminis/ licꝫ p̃ baptiſmum ſanguinis. Nõ oportet aũt hic mentionem facere de baptiſmo flammis: quia nec talis ẽ baptiſmꝰ. flaminis enim baptiſmꝰ non eſt aliud q̃ ſupne gratie influxus. hoc autem non eſt baptiſmus ſed baptiſmi effectus. conſtat enĩ iſto modo videlicet flamine hoc eſt gratie ſancti ſpiritus munere multos eſſe in materno vtero baptizatos/ vt omnes ſanctificatos anteq̃ natos: q̃ tamen nõ debent dici baptizati ſed ſanctificati ſine baptiſmo mediante & quocunq; alio ſacramento. Si autez aliqua pars p̃ius appareat extra: aut illa pars ẽ ſine qua homo non poteſt viuere puta caput: aut ſine qua poſſet vt manus vel pes. ¶Tunc dicatur primo. q̃ ſi puer baptizetur ſm aliquam quamcunq; partem extra vteꝛũ exiſtẽtẽ ſine q̃ puer poſſet viuere: vel maneret ita ſecũdũ aliam ſine qua non poſſz viuere/ non eſt baptizatus: nec per conſequens eſt ſecundum partẽ talẽ aliquã baptizãdus. ¶Secũdo. q̃ ſi eo modo corpus ipſum appareat extra exiſtẽtibus intus quibuſcunq; partibus talibus partibus eius ſine quibus videlicet poſſet viuere: poteſt vtiq; baptizari. ¶Primũ probat. quoniam nulla talium partiuz extra apparẽte toto corpoꝛe reſiduo in vtero remanente poteſt quis dici natus: ergo nec per aliquã poteſt eſſe renatꝰ. ¶Secõm apparet per contrariũ. quoniã talis vere dicitur eſſe natus: ergo & poteſt eſſe renatus. ¶Confirmat. q̃ ſine quibuſcũq; partibꝰ aliquis poteſt naſci in eſſe naturali/ põt renaſci in eſſe ſpiritali mediante ſacramento baptiſmi. ſed ſine illis partibus in vtero remanẽtibus homo poſſet viuere & per conſequens perfecte naturaliter naſci. ergo ꝛc. ¶Alij dicunt aliter. q̃ quia in qualibet parte eſt tota anima/ ideo quecũq; extra apparet eſt baptizãda: & maxime ſi ſit caput in quo vigẽt oẽs ſenſus ſpiritaliter. & hic modus ẽ magis pius. ¶Et tamẽ dubiũ eſt an taliter baptizatus ſit baptizatꝰ/ tunc ſi poſtq̃ ſit baptizatus propter periculum/ naſceretur: eſſet ſaltem ſub conditione iterum baptizandus. ¶Hec de ſecundo.

Quãtũ ad tertium: dicit q̃ aut vterq; il

loꝝ totũ faceret: ille videlicet q̃ & verba pferret & puerum immergeret: aut vnus puerum immergeret & alius verba pferret. Primo modo a pluribus baptizatũ conſtat eſſe veriſſime baptizatum. Secundo autẽ modo eſt dubium. ¶Ad quod dicit communiter. q̃ non eſſet baptizatus taliter pluribꝰ a baptizatꝰ. Cuius ratio ponitur. quia ſi forma baptiſmi ſeruaretur q̃ eſt/ ego te baptizo/ non eſſet vera: cum verba pferens non eſſet baptizans. ¶Sz iſta rõ nõ ꝓcludit. Primo q̃ poſſz baptizari in forma grecoꝝ/ dicendo baptizetur ſeruus Chriſti. & tunc eſſet vera forma. ¶Secundo: quia cũ baptiſmꝰ vt eſt ſacramentũ nõ conſiſtat preciſe in actu abluendi ſed etiã in prolatione verboꝝ: per conſequens verba proferens partialiter dicit baptizans/ hoc eſt ſacramentũ baptiſmi conferens ſeu miniſtrans. quare ꝛc. ¶Et ideo videtur dicendũ. q̃ licet nec plures eundẽ nec vnus ſimul plures debent baptizare: vere tamen ſi fieret eſſet factus ¶Sic ad queſtionẽ. ¶Ad rationẽ in principio patet ſolutio ex predictis.

SEcũdo quẽro de adultis: vtrũ adulti nolentes baptizari baptizati recipiãt baptiſmi ſacramẽtũ. ¶Et videtur q̃ ſic. qm̃ percipiens per ſacramẽtũ ſacramẽti effectuz recipit ſacramentũ. ſed baptizatꝰ licet nõ cõſentiens ſiue nolens videtur recipere effectũ baptiſmi. Quod ꝓbat̃ q̃ effectꝰ huiꝰ ſacramẽti dat̃ ſolo merito Chriſti paſſi vt apparet in pueris. ſed ſi in aliq̃ baptizato reꝑiret actũ conſentiendi/ nõ daret̃ ipſi ſolo merito Chriſti paſſi: cũ ille actus conſentiẽdi eſſet actus ſuus vez conſentientis. ergo ꝛc. ¶Cõtra. quia nõ minus in baptiſmo videtur requiri conſenſus q̃ in matrimonio. ſed matrimonium nullum eſt ſine conſenſu preſito. ergo ꝛc. ¶Reſponſio. & ꝓmo ad queſitum. Secundo vtrum indigne baptiſmum recipientes quia ficte licet in ipſum conſentientes recipiant aliquẽ baptiſmi effectum. Tertio vtrũ omnes adulti baptizati digne recipiant equalem baptiſmalẽ gratiam. Quarto an iuſtificati anteq̃ naſcerẽtur tenerẽtur baptizari.

Quãtũ ad primum: dicitur q̃ adultus

ratione vtens poteſt ſe habere reſpectu baptiſmi triplicater. quia eſt volens: aut nolens: aut ſubl actu neutroꝝ nec volens videlicet neq; nolens. Si eſt volens ſimpliciter: nihil habẽs de voluntario/ aut vult debita intentione aut tñ verſoue. Primo modo volens eſt baptizatus ſecundo modo non. Si autem eſt nolens: aut ſimpliciter nihil habẽs de voluntario: aut aliq̃d habẽs de voluntario vult ſiquidem baptizari vt poſſit periculũ euadere: nollet autẽ ſi euadere aliter morte poſſet. Et taliter volens tamẽ debita intentiõe recipiat/ nõ verſoue/ baptizatur. Si autem eſt ſimpliciter nolens nihil de voluntario habens/ nullatenus baptizatur. Si autem nec eſt volẽs nec nolens: aut non eſt volens nec nolens actu ſed habitu: aut nec actu nec habitu. Si primo modo eſt volẽs/ videlicet habitu: qualis eſſz ille qui de baptiſmo prius cogitans tũc conſenſit & voluit baptizari: talis vtiq; põt baptizari: licet quando actu baptizatur non ſit volens actualiter neq; nolẽs. Si autem ſit nolens in habitu: q̃ lis eſſet ille qui prius q̃ baptizaretur vltimo cogitans de baptiſmo noluit actu elicito baptizari: talis licꝫ actu nõ nolẽs nõ põt baptizari. Si aũt aliquis reperiret qui nullo modo actualiter videlicet nec habitualiter voluiſſet nec noluiſſet/ qualis eſſet ille qui nunq̃ de baptiſmo cogitaſſz nec circa ipz aliquẽ actũ volẽdi nec nolẽdi habuiſſet: talis etiã nõ eſſet capax baptiſmi. Et ſi forte baptiſmi ſacramentum reciperet/ nullum tñ eius effectum cum ad baptiſmum deuotionem aliquam non haberet. ¶De adultero autem ſtulto qui nunq̃ ratione vſus eſt/ dicendum eſt ſicut de puero. ¶De illo autez q̃ aliquando rationis iudicio vſus fuit aut tempore ſani

tatis consensit ⁊ baptizari voluit aut non: sed dissensit Si primo modo iudicatur nūc habitualiē ꝓsentire ⁊ nō potest baptizari. Scdo autem modo nō: propter contrariā rationez. ¶ Et si queratur quid esset homini vtilius baptizari vez statim vt natus vel ipm baptismū differre quousq; est adultus / sicut fiebat in ecclesia primitiua / si qua nullus nisi imminēte sibi periculo recipiebat baptismum aī rationis ⁊ discretionis vsum: ¶ Ad hoc respō detur. q; vtilius simpliciter est homini baptizari statim vt natus. Primo propter securitatē. securus enī est statim a peccato liberari ⁊ gratiā diuinā cōsequi q̄ in culpa sine gratia tanto tempore remanere. Scdo etiā ēvtilius quātum ad cumulationem meritorū. nulli enī actꝰ quātūcūq; boni essent meritorij nec esse posset alicui aī baptismū. ¶ Quātū aūt ad purgationē petōz essentialiū alicui baptizari i adolescētia aliquo mō q̄ i pueritia q; plura petā ⁊ plures pene petis debite homini remitterēt. baptismus etiam dignius tunc q̄ nunc reciperetur. Sed hoc non valet. quia adultꝰ ante rationis vsum nullum potest committere peccatū nec acquirere meritum ⁊ ideo si baptismus differretur vsq; ad cuiuslibet vsuz de bitū rationis quo habito statim puer baptizaret / nullus peccatū tūc adhuc esset in puero actuale. ¶ Et ideo videtur dicēdum aliter sic. quāto quis est in gratia citius tanto sibi vtilius: ⁊ quāto habet gratiaz abūdantiꝰ tāto sibi est melius. Sed si baptismus hominis differret vsq; ad discretionis annos / ampliorem gratiam reciperet in baptismo / quia ad ipsum digne recipiendum posset se disponere per aliquem bonū actum / ratione cuius sibi amplior gratia conferretur: qui autem statim vt natus baptizatur / citius a culpa liberatur ⁊ gratia informatur: ergo baptismū recipere aī rationis vsum est melius q; per ipsum gratia datur citius. Et expectare vsq; ad discretiōis tēpus esset melius: quia per ipm quē homo reciperet dignius consequeretur gratiā abundantius. Ex quo sequitur q; sancta ⁊ bona fuit vtraq; ordinatio ecclesie taz primitiue vez q̄ moderne. Primitius enī videtur voluisse baptismum differri: vt reciperet dignius: ⁊ q; consequens vt per ipsum hō consequeret gratiā copiosius. moderna aūt statuit ipm accelerandū tum propter periculum cuitandū: tū vt homo supernā gratiā citius obtineret. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: dicitur q; dupli

citer potest aliquis recipere baptismuz ficte. Uno modo q; est fictus fictiōe que impedit recipi sacramētum: vt si ostendat se velle recipere ablutionem baptismalē eo mō ⁊ fine quo sibi ecclesia intendit conferre eam: ⁊ tamē habet cōtrarium in animo: q; videlicet nō vult eam nisi derisorie ⁊ sicut alibi se balnearet / propter complacentiaz vel immūditiam corporis removēdam. ⁊ talis licet baptizatur materialiter / nullo modo tamē formaliter baptismi recipit sacramentum: immo fictione recedente predicta est iterum baptizandus. Alio modo potest quis ficte baptizari fictione que non impedit sacramentum sed aliquem eius effectum. vt omnis ille qui vel non habet rectam fidem vel quemōcunq; dum baptizatur est actualiter in peccato mortali. quia aut non dolet de preterito sed complacet in eo: aut est in proposito cōmittendi in futuro: ⁊ talis nō recipit gratiam baptismalem nec aliquam virtutem que infunditur per baptismum: vere tamen recipit sacramentum: ⁊ aliquem (vt dicunt aliqui) indelebilē eius effectum qui character dicitur. propter quod talis quia vere baptizat licet fictus fictione impediente baptismi salutarem effectum / non potest baptizari fictione huiusmodi recedēte. nullus est veraciter baptizatus licet inutiliter est postea baptizandus iterū. ¶ Et si queratur quomodo ergo talis ex q; nō potest baptizari potest consequi gratiam baptismalē? Respondetur q; debet penitere et confiteri de fictione illa respectu cuius non potuit consequi effectum baptismi. per quam quidem penitentiam illud peccatum sibi remittitur: quo remisso baptismus habet suum effectuz respectu omnium aliorum peccatorum baptismum precedentiū / que nō fuerunt causa ficte recipiēdi baptismū. vt si ante baptismum haberet decez peccata mortalia: de quorum nouem voluit ⁊ decimuz retinuit quia in ipo cō placuit / solum illud fuit causa fictionis baptismi ⁊ eius effectus impeditiua: ⁊ ita de solo illo tenetur postea cōfiteri: quo remisso per penitētie sacramentū baptismus habet suum effectum respectu nouem omnium aliorum / quia ab omni pena illis omnibus debita per gratiā baptismalē quā tūc recipit / homo totaliter liberatur. a pena aūt debita illi peccato q̄ baptismi efficaciam impeduit / non liberatur totaliter / sed partialiter / quia respectu illius baptismus nō habet aliquē effectum: sed precise ipsum penitentie sacramentum in quo pena eterna in temporalem aliquā commutatur. ¶ Sed hoc non videtur sufficere. quoniā nullus in multis existens peccatis ab eoum aliquo liberatur nisi simul de omnibus cōteratur. ⁊ ideo baptizatus qui commisit duo peccata in vtroq; remanet nisi de vtroq; aliquo modo doleat vel fatem in nullo complacerat. Propter q̄ videtur tutiꝰ taliter baptizatum post baptismum nō tm̄ de illo in quo cō placuit quādo baptizatus fuit / sed etiā de alijs omnibꝰ quorum nullum per baptismū sibi remissum extitit / confiteri. per q̄ penitentie sacramentum ⁊ omnis culpa sibi remitteret ⁊ gratia conferretur vel baptismalis. vel (q̄ videtur probabilius) penitentialis. q̄m per gratiaz baptismalem sic culpa remittitur q; homo ab omni pena culpe debita liberatur. Sed hoc non videtur intelligendum nisi de culpa baptismū precedēte. nō enī baptismus se videt extendere magis ad culpam secum existē tē eiusq; effectū impedientē / q̄ ad aliquā ipm sequentē. sed omnia peccata mortalia cuiuscunq; ficte baptizati simul cum baptismo existunt / eiusq; effectum impediunt: ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quātum ad tertium: dicitur q; inęqua

litas effectus sacramenti potest intelligi prouenire vel ex causa meritoria q̄ fuit passio Christi: vel ex parte sacramenti: vel ex parte suscipientis ipsum. Primo modo confertur inequalis gratia baptizatis / ⁊ tertio / nō aūt secundo. Christus enim non omnibus equalem sed inequalem meruit gratiam. qui etiam ad gratiam deuotius se disponūt ampliorem merentur. Ex parte autem sacramenti oēs equalem gratiam consequuntur. ¶ Sed hoc non videretur sufficiens dictum qīa sacramētum ex se nullam habet efficaciā: sed tm̄ ex merito mortis Christi. ergo nullꝰ aliqui possunt gratiam aliquam cēlē nec inequalem recipere ex parte sacramenti circumscripto merito mortis Christi. quare ⁊c. ¶ Et iō aliē posset dici videlicet q; adulti baptizati possunt recipere gratiam inequalem tam ex parte sacramenti baptismi q̄ etiam ex parte ipsoum se inequaliter disponentium ad baptismum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum: q; omne illud q̄ confertur per sacramentuz recipiēti ipm merito mortis Christi / dē cōferri virtute sacramēti. cū enī nihil ꝓferat a deo alicui nisi merito Jesu Christi: nō est intelligēdū aliq̄d virtute sacramēti ꝓferri excluso merito Jesu

Christi cū ab ipso habeant efficaciam omnia ecclīa sacramenta. Sed Christus Jesus ipse mouens inequales gratias ⁊ glorias promeruit electorum etiam omni excluso merito aliquorum: vt paruulorum decedentium post baptismum. ergo adulti se ad baptismum equaliter disponentes ratione baptismi sacramenti possunt consequi gratiam inequalem propter Christum maiorez illis ꝙ aliis promerentem. ¶ Et si dicas ꝙ tā tūc huiusmodi inequalitas non erit ex parte sacramenti sed tñ ex parte Christi meriti: Dico ꝙ non erit ex parte sacrāmēti vt materialiter accepti: cum idem et equaliter ab omnib⁹ assumat: sed erit ex parte sacramenti vt virtualiter sumpti: cum vt sic nullum sacramentum sit virtuosum nisi ꝓpter Christi meritū. Et ideo sicut baptism⁹ absolute dicitur conferre gratiā virtute sacramenti propter meritū Christi: ita virtute etiā sacrāmēti potest dici ꝓferre maiorē eis quibus Christus meruit ampliorē. ¶ Secundū videlicet ꝙ adulti recipiant inequalem gratiā propter inequalez ipsoꝝ dispositionē preuiā: apparet. qui enim amplius se disponit / ampliorē gratiā recipit. Sz illa baptismū precedens dispositio est meritoria saltem de congruo / licet non sit meritoria de condigno: cum non habeat gratiam assistentem. ¶ Hec de tertio.

Quantum ad quartum: dicitur ꝙ oēs

quantūcūq; iustificati añ ꝙ nati tenentur baptismo fluminis baptizari. qñ nō minus iustificat⁹ ꝙ nō iustificatus est ad legis sibi precepte obseruantiā obligatus: sed baptismus a Christo omnibus est preceptus: ergo ⁊c. ¶ Et si queratur quid faciet in tali baptismus: Respondetur ꝙ per baptismū licet nulli sibi remittatur peccatū / nec detur gratie prime donū / acquirit tñ gratie ꝓhabite in sua sanctificatione augmentū: nec per consequēs frustra recipit sacramentum: cum ipm non tñ valeat ad culpā remittendā ⁊ ad primā gratiā conferendā: sed etiam ad ipaz augēdā. ¶ Sed q̄d de pueris infideliū? nunq̄d essent inutiles parētibus baptizandi? Respondetur ⁊ credo ꝙ bñ / ꝙ essent vtiq; eis inutiles baptizādi: et etiā ipsoꝝ parentes ad fidei obseruationē cōpellēdi. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio recendū ꝙ solus paruulo datur per baptismū eius effect⁹ merito tātū Christi: non aūt alicui adulto: cū in quocunq; tali requiratur aliquis bonus actus.

Circa distinctionem quintam: in qua magister determinat de conditionib⁹ ministri baptismi quero primo: vtrū malitia ministri impediat effectū baptismi. ¶ Et videt ꝙ sic. qñ impediens ꝓferri sacramentū impedit cōferri ei⁹ effectū. Sed malitia ministri impedit cōferri sacramentū baptismi. nō enim ab ecclesia precisus vel excōicatus vel hereticus videt magis posse ministrare baptismū ꝙ penitētie sacramentū: qō nullus talium potest ministrare. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia magister i litera adducit auctoritates in contrariū vtriusq; videlicet ꝙ malitia ministri nō impedit baptismū nec ei⁹ effectum. ¶ Respōsio. Et primo vtrū malitia ministri impediat baptismū cōferri. Secūdo vtrū impediat aliquē eius effectum.

Quātum ad primum: dicitur ꝙ minister potest esse malus multipliciter. qr aut malitia infidelitatis puta si hereticus: aut malitia cuiuscunq; alterius culpe ⁊ iniquitatis / pro qua est degradatus suspensus vel excōicatus: aut malitia ex parte intentionis debite ad sacramentū ministrādū necessario requisite: aut ēr̄o malitia ex qua omitteret aliquid necessariū sacramēto. ¶ Tūc respōdet: ꝙ nec primū predictoꝝ baptismū ipedit nec scdz. Siue enim baptizans sit hereticus siue degradatus siue quomodocūq; moraliter malus / dū tñ cū intētione debita sacramētum baptismi ꝓferat / siue baptizet. Tertiū aūt ⁊ quartū impedit sacramētū. Intētio enim baptizantis ⁊ quodcūq; sacramentū aliud ministrantis est necessaria ad sacramentū. ⁊ iō si baptizās ex malitia nō intēdat in alio facere interi⁹ qō facit ecclīa: licet faciat exteri⁹ apparēter: talis vt dicit nō baptizat. Si etiā aliq̄d omittat nō baptizat. ¶ Et si dicat ꝙ tūc nullus potent esse certus an sit veracit baptizatus: cū nō possit cognoscere mentem baptizātis: nec per consequēs scire an cū intentione debita ipm baptizauerit an cū mala: Respondet. ꝙ sic baptizat⁹ vez cū intētione fallaci esset baptismo flaminis baptizat⁹: deus enim ipsi gratiā infunderet eam dē quā infudisset si baptizatus veraciter fuisz. si enim post modū ipsi constaret de intētione fui ministri fallaci / esset vtiq; baptizād⁹ / cū prima vice nō fuerit baptizat⁹ veracit. ¶ Nec valet si dicat ꝙ ei sufficeret baptism⁹ flaminis qz baptism⁹ flaminis nō est aliud ꝙ influxus gratie septiformis: qua sanctificati in maternovtero informati tenētur ad sacramentū baptismi. ⁊ iō nō minus talis licz habēs gratiā teneret / nisi sceli dninit⁹ dispēsaret. ¶ Cōcedi ergo pōt tenendo intentionē ministri esse necessariam ad baptismū / ꝙ nullus potest scire se esse veraciter baptizatū. Q: tñ verisimile est actū aliquē exercentē ipz exercere in ordine ad finē ꝓpter quē est diuinitus institutus ideo quilibet baptizās vel quodcūq; aliud sacramētum ministrans maxime si fidelis presumi pōt ꝓbabilit⁹ a quocūq; ꝙ talē actū exerceat ei⁹ finē debitū intēdendo. ¶ Sz tñ hoc nō obstāte multū videt difficile ministri intētionē debitā sic esse necessariā ad baptismū ⁊ ad quodlibet aliud sacramentū / ꝙ sine ipsa nullus possit recipe aliq̄d sacramentū: nec per cōsequens possit cert⁹ existere se eē baptizatū: esto ꝙ adultus nec se esse etiā absolutū sacramentaliter si ꝓfessus. ¶ Ad hoc tamē tenendo illud cōe dictū / pōt respōderi: ꝙ sufficit cuilibz ꝙ sit certus ꝙ sit in gratia ⁊ liberatus a culpa vel sacramēto mediāte vel deo hoc sine sacramento aliquo operante. Sed quilibet baptizatus vel penitētialiter absolutus pōt ⁊ debet esse certus ꝙ est cōsecutus gratiā baptismalē si baptizat⁹ ⁊ penitētialē si absolutus ⁊ per consequens a culpa liberatus. Et hoc aliquo duorum predictorum modoꝝ: videlicet aut mediante sacramēto si ipm administrans cū intentione debita ministrauit: aut deo hoc sine sacramēto operante si in ministro sacramenti fuit intentio depranata. Tunc enim est in recipiente sacramentū ignorantia inuincibilis que excusat oēz hominē a peccato. nullū enim vult deus ad aliq̄d sibi impossibile obligari. est aūt cuilibet impossibile scire alterius intentionē. quare ⁊c.

¶ Sed circa predicta est dubiū. quoniā omne sensibile signū per quod adhibitū homo cōsequit gratie donum est vere ⁊ ꝓpue sacramentū. Sed baptism⁹ sine intētione debita ministratus est sensibile signū. ergo vere erit ⁊ propue sacrāmētū si per ipm baptizatus ꝓsequitur gratie dei donū: nec per cōsequens est necessaria intentio debita in ministrante baptismum vel aliquod aliud sacramētū. ¶ Tūc videt ex predictis necessario oportere cōcedere: aut ꝙ intentio debita non sit i ministro baptismi necessaria: vel si sic / ꝙ ipsa nō existente in eo baptismus administrat⁹ non est sacramentū: nec per ipm baptizat⁹ ꝓsequit gr̄e infusionem vel culpe remissionez. Sed hoc scōm ponere videtur multum difficile ⁊ crudele / quia tunc nullus posset certus existere an esset in gr̄a diuina

cum nec possit de intentione alteri⁹ naturaliter esse certus. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum dicitur ꝙ nulla ministri malitia impedit baptismi vel cuiuscunq; alterius sacramẽti collati effectũ. cũ eñ effectus sacramẽti nõ sit a ministro causaliter, sed a deo: p ꝓsequẽs nõ magis ꝓiudicat sacramẽtũ si a bono ꝙ si a malo: ꝛ a quãticũq; possime ministrat: dũ tñ vt supponit veracit ministrat. Hoc tñ est tame intelligendũ. est eñ in vno intellectu verũ ꝛ in alio falsũ. ¶ Ad cuius euidentiã est sciẽdũ: ꝙ sacramentũ puta baptismus de quo est sermo / habere equalez effectũ i recipiẽtib⁹ ipz siue a bono siue a malo ministret. põt intelligi dupliciter. Uno mõ hoc põt intelligi pcise de effectu debito sacramento ex ratione sacramẽti. Alio modo de effectu absolute sumpto mediante sacramento collato. ¶ Primo mõ est verũ illud cõe dictũ: ꝙ quãtã habz efficaciã si a malo / quãtã si ab optio ministret. nec eñ gradus gratie quẽ meruit Christus ꝓferri alicui mediante sacramento baptismatis in aliquo remittit ꝓpt malitiã ministrantis. ¶ Secõ autẽ modo nõ est verum verisimile eñ est ꝙ ꝓpter deuotionem orationem ꝛ alia merita ministrantis sacramentũ deus maiorẽ gratiã cõferat recipientib⁹ ipm. quãto eñ sacramentũ ministrat digni⁹ ꝛ deuotius / tanto ẽ vtili⁹ nõ tñ ministranti sacramentũ sed etiã recipienti ipm. ¶ Ex q̃ sequitur ꝙ multo melius ꝛ vtilius est cuilibet baptizari ꝛ quodcunq; aliud sacramẽtũ a bono recipe ꝙ a malo. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rõnẽ in principio primã patet solutio ex predictis quia licet mala intentio alicuius impediat sacramentũ: nõ tñ eius effectũ deo supplẽte ipm. ¶ Sed ista solutio licz cõis nõ videtur rationabilis: quia vt dictum est oẽ illud sensibile signũ est veracit sacramẽtũ p quod deus statuit recipiẽti ipz cõferre gratie siue donũ. Et tõ aut oportet dicere ꝙ nulla ministri intentio impedit sacramentum aut si impedit ipm / ꝙ etiã impedit ei⁹ effectũ qui ẽ gratie dei donũ / ꝛ hoc videt rationabilius ꝛ magis pium. ¶ Confirmatur primo. quia nec baptismus nec aliquis eius effectus exigit magis in ministrante ꝙ in recipiente aliqũ meritũ: nec p consequẽs aliquã determinatã intentionẽ. Sed in recipiente paruulo nihil exigit baptismus nec aliquis eius effect⁹: vt apparet. ergo ꝛc. ¶ Secundo: quia Christus vt in precedentibus dictũ fuit meruit aliquibus baptizatis totaliter gratias ipsorum / qui meruit eas cuiuscunq; alterius actu meritorio acquirere pto. sed hoc poni non posset si aliqua talis debita intentio esset necessaria in ministro: ergo ꝛc. ¶ Ad omnes autoritates quas magister in litera adducit / dicendum ꝙ oẽs sunt intelligende modo predicto / videlicet ꝙ baptismus non minus valet si a malo ꝙ si a bono ministretur quãtũ est ex ratione sacramenti ꝛ effectus qui Christus promeruit mediante ipso conferri vniuersaliter oibus baptizatis.

Secũdo quero: vtrũ mortaliter peccet ꝺ a prauo ministro recipit baptismũ vel q̃cũq; aliũ sacramẽtũ. ¶ Et videt ꝙ sic qz mortaliter delinquit qui aliũ ad peccatuz mortale inducat. sed qui a malo sacramentũ petit ꝛ recipit / ipm peccare mortaliter facit / cuz sacramẽtũ cum pctõ mortali ꝓferre sit petiñ mortale: ꝙ ꝛc. ¶ Cõtra quia cuilibet petere licz q̃ alius sibi debeat: sed minister ecclesiasticus debet populo simpliciũ ministrare quodlibet ipsi necessarium sacramẽtum: ergo ab ipso petere vel recipe mortũ est petiñ. ¶ Responsio ꝛ primo ad questum. Secundo vtrũ cõferre baptismum cuilibet homini sit debitum. Tertio tangam duplex dubium.

Quãtũ ad primum: distinguam de malo ministro. qñ aut ẽ ab ecclesia totaliter siue ad tẽpus precisus / aut non. Si primo mõ: nullus a tali potest baptismum recipere nec aliquod aliud sacramẽtũ sine peccato mortali: dũ tñ sit alius a quo possit baptizari. Ois eñ cõtemptus precise ab ecclesia ꝛ maxime in ecclesiasticis sacramẽtis / peccat mortaliter. Si aũt nõ potest habere aliũ / potest vtiq; si adultus recipere baptismum a tali tmino tenetur. si autẽ est paruulus debet etiam a parentibus ipm baptizare nõ valentibus qz multis vel quodcũq; aliud impedimentũ habẽtib⁹ tali ab ecclesia precise offerri vt per eum licet precisum ab ecclesia ipsi baptismũ ꝓferat. ¶ Hoc ꝓbat. qñ ꝓceptũ superiorus plus obligat ꝙ preceptũ inferiorus. sed ex precepto dei quilibet tenet recipere sacramentum baptismi: nec deus precipiens baptizari declarauit a quo baptism⁹ debeat recipi: ergo ad baptismũ recipiẽdũ quilibet obligat cuiuscunq; precepto alterius nõ obstante. ſz vitare excõicatũ ab ecclesiastici precisum: hoc est ecclesie preceptũ: ergo isto nõ obstante in casu tante necessitatis ꝙte cuilibet est baptism⁹ / põt ꝛ debet quilibet cõmunicare schismatico ꝛ denuncio ab ecclesiastici precisio sacramẽtũ baptismi recipiẽdo ab eo. quia nec est verisimile ꝙ in tali casu hoc sibi ecclesia intelligat prohibere: ꝛ esto ꝙ intelligeret non valet nec cum in aliquo obligaret ratione precepti superioris videlicet dei ad cõtrariũ existẽtis. Si autẽ est malus nõ tamẽ ab ecclia precisus: aut ẽ malus publice aut occulte. Si publice: aut ipsi incũbit ex officio baptizare: aut nõ. Primo modo debet ab ipso baptizari si nullus alius sacerdos vel curatus sibi eque malus possit haberi. Si aũt meliorẽ habz cui incũbat similit ex officio baptizare peccat qui ab illo malo baptizat vel prolem facit baptizari. Consimiliter ꝛ magis peccat si a malo baptizat cui non incumbit ex officio baptizare: dum tamen alium melioꝛem possit habere. Si aũt est occulte malus / ꝛ ipsi incumbit ex officio baptizare / põt quilibet ꝛ debet ab ipso baptismũ ꝛ alia sacramẽta recipere: maxime si nõ sit alius cui incumbat sacramenta ministrare. nullus eñ ꝓpt petiñ occultũ debet in actib⁹ publicis sibi debitis vitare ꝓximũ: cũ sic vitando cũ quodãmodo diffamet ipm. ¶ Sz nũqd ois ministrãs indebite vel recipiẽs aliqũ sacramentũ cõmittit mortale petiñ? ¶ Respondeo ꝙ certũ est de recipiente indebite eucharistie sacramentũ. qz talis fm apostolũ iudiciũ sibi manducat ꝛ bibit / non sic aũt est in scriptura expressum de recipiente indigne / hoc est sine cõtritiõe de peccatis preteritis aliquod aliud sacramentũ. ¶ Cõmuniter tamẽ dicit ꝙ tã ministrans ꝙ recipiens indigne aliquod sacramentũ / peccat mortaliter ꝛ hoc est verisimile maxime si in actu ministrandi vel recipiẽdi est in actu peccãdi. talis eñ magis facit irreuerẽtiã sacramento. ¶ Hec de primo.

Quãtũ ad secũdũ: dicit primo ꝙ in casu necessitatis cuilibet est debitum non tamen licitũ aliũ baptizare. ¶ Secõ: ꝙ casu necessitatis excluso nullus debet nisi sacerdos vel diaconus baptizare. ¶ Tertio ꝙ absolute de potẽtia absoluta quilibet non tñ vir sed etiam mulier potest aliquando baptizare. non tamẽ debet facere nisi necessitatis articulo imminẽte. ¶ Primũ ꝓbatur. quia nõ min⁹ quilibet tenetur si potest preseruare ꝓximum a morte eterne pene ꝙ a morte nature. ſz q̃libet tenet alteri in vltio necessitatis articlo existẽti subuenire corporalit ne ꝓpt indigẽtiam moriatur: ergo non min⁹ tenetur in mortis articulo ꝓximũ baptizare

ne ꝓpter sacrāmēti carentiā penā eternā incurrat: imo tanto quilibet nolens talem sic in periculo positū baptizare peccare mortaliter grauius videt/ q̄ alī nolēs indigenti corporaliter subuenire q̄to mors pene est grauior morte nature. ¶ Scōz ꝛ tertiū apparet. qm̄ baptism⁹ est sacramētū vniuersalis necessitatis: ꝛ tō voluit de⁹ eī⁹ ministrum esse vniuersalē nō aliquē specialem. Quia tm̄ sacerdotib⁹ incūbit specialit sacraméta ex ipsoꝝ officio ministrare: ideo nullus in ipsoꝝ ꝓsentia debet aliquē baptizare: nec si faceret/ veracit baptizaret. post sacerdotem aūt ad iciuniū: post ipm̄ ad omnē aliuz hominē recte venire. ¶ Sz numqd bon⁹ vel mal⁹ angelus vel etiā alius beatus posset hominē baptizare? ¶ Dico q̄ si quilibet predictorum baptizaret deo hoc volente ꝛ precipiēte non est dubium quin quilibet esset veraciter baptizatus ab ipsorum quolibet baptizatus. Q: tm̄ non est verisimile deum velle hominem per diabolum baptizari: tō ꝓsumēdū est q̄ diabolus neminē baptizaret deo approbante: sed tātummō permittente: ꝓpter qō credēdū est q̄ indebite hoc faceret aliquid omittendo: quia humani generis inimicus. Ipsi etiā quia ab ecclesia tā militante q̄ triumphāte totaliter est precisus/ nō pōt competere sacramentū aliqō ministrare. propter qō ab ipso baptizat⁹ nō esset baptizat⁹/ sz baptizādus. Et p ꝓtrariū qr angelī boni vel beati si aliquē vel aliquos baptizarent: hoc non facerent nisi ex diuina volūtate: ꝓstat etiam q̄ ipsi sacramentū perfecte conferrent nihilq̄ omitterent: ideo a talib⁹ baptizat⁹/ q̄rere baptizatus/ nō essz postea baptizandus. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: primum dubiū

est. An āgeli vel bti cōpatiēfores possent ēt nō ex speciali cōmissione dei baptizare vel sacraméta alia ministrare Secundū: an baptizātes inanimata vt aliqui fortilegi hereticī sint censendi. ¶ Ad primū dicēt aliqui q̄ sic. q̄ ecclesia militans est pars ecclesie triumphantis. vñ aliquo mō est vna ecclesia militans ꝛ triumphans. ¶ Sed hoc non videt verū: qr tūc sequeret q̄ papa ꝛ ois alius sacerdos post mortem resuscitatus ꝛ beatus aī alioꝝ resurrectionē oīz ḡhalē cādē ptātez quā prius haberet in ecclia militanti. hoc aūt est falsū. ꝛc. ¶ Preterea: qr nec ptās ministrādi sacraméta videt āgelis sz tm̄ hoīb⁹ viatoribus esse collata. Et tō rationabil⁹ ē dicere q̄ multis alijs a viatorib⁹ conueniēt nisi ex speciali dei commissione sacraméta ecclesiastica ministrare. ¶ Ad scōm respōdet. q̄ aut talis baptizat talia inanimata vel quecūq̄ alia ab hoīe qr credit q̄ ipm̄ baptismi sacramentū ad talē rē applicatū habet aliquē effectū: aut qr baptismū spernit: nō credēs ipm̄ plus valere hominib⁹ q̄ alijs rebus inanimatis: ꝛ ideo baptizat alia deridendo ꝛ contemnendo sacramentum baptismi: aut tertio qr ex pacto quod habet cum diabolo hoc ei mungente: videlicet vt talia sic baptizet: quod quidem ipe facit quia credit se talia baptizādo quod vult a diabolo obtinere: nec tñ credit baptismū ipm̄ circa talia applicatū aliquē habere effectū/ nec spernit ipm̄/ nō credēdo hoīb⁹ esse bonū. ¶ Tunc dicit q̄ baptizās inanimata aliquo predictorū duorū modorū/ hereticus est cēsendus. Si aūt tertio modo/ non est hereticus sed sortilegus ꝛ idololatra pessimus. ¶ Primū ꝓbat: quia ois male sentiens de aliquo ecclesiastico sacramento est hereticus. sed baptizās aliquod inanimatum propter aliquā causam illarum duarum male sentit: ꝛ falsum existimat de baptismo qui est sacramētum ecclesie generale ꝛ omnib⁹ salutare: ergo ꝛc. ¶ Ad nos est cuidēs. constat cm̄ baptismū sup rē inanimatam vel quācūq̄ aliā ab hoīe nullū habere effectū. ꝓstat aut ipsum per hominem digne recipientem eum habere sui effectum: cum ipsi conferat gratie donum. ergo vltimum horum duorum negare ꝛ primum affirmare seu credere est de baptismo falsam existimationem habere: ergo ꝛc. ¶ Scōm/ vez q̄ tertio modo vel ꝓpter tertiā cām baptizans nō sit hereticus/ apparet: qr nec talis sentit nec credit male aliquid de baptismo. Q: aūt sit sortilegus euidens est. Sed q̄ sit idololatra ꝓbatur. qm̄ sm̄ Hugu. in⁹. de trin. idololatria est vitium/ quo quis exhibet demonū cultum dei. imo vniuersaliter omnis exhibens cultū q̄ creature debitum cultum deo est idololatra. Sed sacramenta omnia ecclesiastica sunt precise ad cultum diuinum in hoc q̄ eis mediantibus postulamus a deo veniam seu remissionem culpe ꝛ infusionem gratie. nullus enim est culpā remittere nisi dei. sed baptizans illo tertio modo predicto exhibet reuerentiā diabolo mediāte baptismi sacramento: ergo ꝛc. ¶ Sed ꝓtra: qr omnis idololatra est hereticus: sed ille vt predictū est nō est hereticus: ergo non est idololatra. ¶ Respondeo: qr idololatra est duplex. vn⁹ quātū ad actū interiorē simul ꝛ cultū exteriorē: vt ois ille qui aliquod ens creatū aut exhibet exterius cultū deo debitū/ reputat verū deū. ꝛ talis idololatra est hereticus. Alius est idololatra tm̄ quantuz ad actum exteriorē nō aūt quātuz ad animū interiorē: vt ille qui cultū aliquē deo debitum exhibet creature: quam tamē nō existimat verum deum. ꝛ talis non est hereticus. Hoc modo non primo sunt idololatre nec per ꝓsequens hereticī predicti sortilegi actu inanimata vt imagines vel quecunq̄ alia ꝓpter causam ꝓexpositā baptizātes: quare ꝛc. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē in principio dicendū. q̄ petens a sacerdote baptismū vel quodcunq̄ aliud sacramentum/ nō inducit ipz ad peccatū: sz magis ad penitentie gemitum ꝛ lamētū. petens aūt ab aliquo sibi debitū qō tenet ei reddere ꝛ nō potest debite nec cōgrue sine penitentia precedēte/ magis inducit eū ad penitentiā q̄ ad culpam. sed sacerdos curatus tenet sacramēta ecclesiastica dispensare: qui si est in petō nō pōt digne facere sine penitentia mediante: ergo qui ab ipo aliquod sacramentum petit/ cuz ad penitentie gemitū alicit ꝛ inducit: quare ꝛc.

Circa distinctionem sextā in qua magister determinat de gradu ꝛ statu ministri baptismi: Quero primo vtrū aliqs posset baptizare maxime i necessitatis articulo semetipsum. ¶ Et videt q̄ sic. qm̄ cū sacramentū baptismi sit magis necessariū q̄ eucharistie sacramentum/ per consequens nō minus videt q̄ aliquis possit se metipsum baptizare q̄ eucharistie sacramentum accipere. sed quilibet sacerdos potest seipsuz communicare. ergo ꝛ quilibet alius poterit seipsum in necessitatis articulo baptizare. ¶ Cōtra. quia vt expresse determinatur extra de baptismo ꝛ eius effectu. Debitum. oportet baptizantem esse a baptizato personaliter distinctū. ¶ Responsio. vbi primo dicendum est ad questituz. Scōo ē videndum an oporteat baptizantem simul verba proferre ꝛ baptizandum abluere.

Quātum ad primum: certum est nul

lum posse seipsum baptizare: sed oportet necessario baptizantez a baptizato esse personaliter distinctū. Cui⁹ rō reddit. qr i collatiōe baptismi ꝓtrahit q̄dā spūal' cognatio inter baptizantem ꝛ baptizatū/ cū baptizans sit ministerialiter generans/ baptizatus aūt spūaliē generat⁹ scōm illud Joō. iij. Oportet vos nasci denuo. Et ita sicut in generatione corporali alius est qui generat et alius

qui generat: sic cōsimiliter debet esse in ista generatione spirituali: generās spiritualiter per baptismū vt ipm ad ministrans/alius debet esse a baptizato spiritualiter generato. ¶Sed ista rō parū valet. quoniā spiritualiter generans baptizatum nō est alius nisi deus. ¶Et si dicatur q verū est causaliter: tamē ministerialiter ab illo etiam baptizatus spiritualiter generat a quo sacramētum baptismi sibi ministrat. Detur. sed ex hoc nō habetur quin hoc modo idē posset generare spiritualiter semetipsū cū nec hoc mō sit generare nisi sacramētū ministrare/ad qō sequit esse gratie ab alio effectiue. Nonvidetur autem i cōuenientius eundē posse sibipsi ministrare baptismum q̄ eucharistie sacramentū. Et ideo huius videlicet quare aliquis non potest seipsum baptizare nōvideo q sit alia ratio nisi sola Christi institutio q̄ ex verbis eius arguit quibus dixit apostolis Matthei vltimo. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos: ꝛc. In his verbis saluator discipulos baptizātes seu baptizare debentes expressit in secūda psona cū dixit/baptizate: baptizandos vero in tertia: cū subiunxit/eos. Ipe etiā Christus baptismū instituēs ipm baptismū nullū sibi debere ministrare nec posse sed ab alio accipere debere ostendit cū ipe non a seipso sed ab alio videlicz a Joāne voluerit baptizari. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: dicitur & bene

q̄ requirit simultas aliqua nō tñ punctualis inter illa duo vez verboꝝ ꝓlationē ꝛ baptizādi imersionē. ¶Primū videlicet q simultas aliqualis necessario requirat apparet. qñ ista duo vez ꝟboꝝ ꝓlatio ꝛ ablutio ex institutione Christi sunt tanq̄ vnicum sacramentū vnū signum ita q neutrum sine alio esset signū: ꝛ ita oportet existere seu cōcurrere simt ambo. ¶Et si queraſ q̄lis simultas est illa q̄ est necessaria inter ista: Respōdeo. q talis qualis requirit in aliis actibus humanis ad hoc q simul esse dicant. nunc aūt inter quecūq; facta humana dicit esse simultas q̄ sic se habēt q vnū inchoat ante q̄ alterū finiatur. Et ita in ꝓposito licet baptizans puꝰ incipiat verba ꝓferre q̄ puerū imergere: vel cōuerso prius imergere q̄ ꝟba ꝓferre: dū tñ aīq̄ vnū finiat alterū incipiat simultas est sufficiens inter ista. ¶Secūm videlicz q nō sit necessaria simultas punctualis sic q eodēmōmēti simul oia incipiat: ideo est quia deus sacramentū instituēs non voluit ministrū obligare ad tantā ꝛ sic pūctualez simultatē quā difficile esset obseruare. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rōnē in pncipio dicēdū. q nō est simile de eucharistia ꝛ baptismo. cuiꝰ potissima ratio est Christi institutio: quia si ipe voluisset aliter instituere potuisset.

SEcūdo quero: vtrū aliquis possit pluries baptizari. ¶Et videt q nō: qm medicina nō debet iterari nisi morbus p̄ quē ꝓficit iterat. sed baptismi sacramentū est medicina ordinata ꝓtra originalis reatus morbū: q morbꝰ ex quo semel expellit nunq̄ reducit. g̃ ꝛc. ¶Cōtra. q baptismꝰ nō tñ valet ꝓtra originale sed etiā ꝓtra actuale peccatū. ꝫ petā actualia sepiꝰ iterant. g̃ ꝛc. ¶Respōdeo. vbi est videndum primo quare baptismꝰ nō potest iterari. Secundo que sit pena iterantiū baptismū. Tertio qualis intentio est necessaria in ministrāte baptismum.

Quātū ad primum: certum est q baptismꝰ nō pōt iterari nec per ꝓsequēs aliqs pōt pluries baptizari. Cuiꝰ rō nō est q Christus semel tñ passus est a qua passione baptismus habet effectū vt dicūt aliq. q nō magis baptismꝰ habz efficaciā a merito mortis Christi q̄ penitētie sacramētū: qō tñ pōt pluries iterari. Hec vt dicunt alij quia in baptismo imprimit character indelebilis. ¶Primo q hoc est dubiū: nec forte est verū aliqd tale imprimi per baptismum. Secōo quia esto q sic esset ex hoc nō haberet quin iterari posset: cū nō tñ sit impressus talis indelebilis characteris: sed etiam delebilis seu amissibilis charitatis. ¶Nulla ergo ꝓdicta ē iste rabilitatis baptismi rō: sed tota diuina ordinatio seu institutio: q̄ fuit rationabilis ꝓpter tria. ¶Primo q: licz baptismꝰ valeat ꝓtra peccā quodlibet actuale ipm precedens: tñ principaliter est in remediū ꝓtra originale delictū diuinꝰ institutū: hoc aūt originale peccā ē itterabile. quare ꝛc. ¶Secōo q: cum facilitas venie inconstantium sit deliquēdi: ꝛ q baptismū det baptizato plena remissio nō tñ culpe sed etiā oīs pene: cuius ꝓtrariū est de sacramento pnie: q ꝓsequēs si sacramentū baptismi potuisset pluries iterari magnū fuisset incētiuū deliquēdi. ¶Tertio/quia cū sit primū ecclesiasticū sacramentū per qō introitur i eccliē militātis domū: per ꝓsequēs nō debuit iterari: cū nullū ad aliquod collegiū introductū oporteat si offendat iterū introduci: sed collegio cuiusq; capiti recōciliari. Et tō licz xp̄ianꝰ postq̄ est i collegiū xp̄ianitatis admissus/si offēdat in tali existēs collegio per peccā/debeat recōciliari q pnie sacramentū: nō oportet ipm iterum introduci in collegium fidelium per baptismū: quare ꝛc. ¶Hec de primo.

Quātū ad secūdū dicit q baptismꝰ nō iterari aut cōferēdo: vt videlicet aliqs minister baptizet bis eundē: aut suscipiendo: vt qñ idē pluries baptizatur. Et vtroq; horū modorū pōt iterari duplicit: q: aut sciēter/aut ignoranter ignorantia facti: non curando hic de ignorantia iuris vtpote nulli nec hominī: cū nulla excuset in ꝓposito aliquē a culpa nec a debita ipi pena. ¶Tūc dicitur primo q tā cōferēs q̄ suscipiēs baptismū sciēter pluries est irregularis siue hoc fiat publice siue occulte licet in vna irregularitate facilius q̄ in alia dispēset. In irregularitate cū ꝓtracta si fiat publice nō pōt nisi papa tñmodo dispēsare: i alia aūt pōt p cēz (vt dicit) dispēsari. ¶Secōo dicit q si fiat hmōi baptismi iteratio ignoranter/suscipiēs est irregularis nō aūt conferens. ¶Alij aūt dicūt/qō ꝛ videt probabilius/q facti ignorātia dum tñ sit ꝓbabilis non fatua tam cōferentē q̄ suscipiētē excusat ab hmōi irregularitatis pena: ita q irregularitatē aliquā nō incurrit baptismū pluries suscipiēs vel cōferēs ignorant. q cū ꝓbabiliꝫ ignorat se fuisse baptizatū: nec p vīā aliquā potest scire/nōvidet errare nec esse p cō sequēs puniēdꝰ si facit se baptizari quātūcūq; iā fuerit baptizatus. Sacerdos etiā curatus semp supponit puerū sibi oblatū ad baptizādū nō ee baptizatū ꝛ iō si baptizat aliquē puꝰ baptizatū sibi vt nō baptizatū oblatū/nō videt esse culpādus nec in aliq̄ puniēdus. ¶Nota. Predicta sunt intelligēda de his q̄ baptismū iterāt absolute nō aūt de illis qui cum conditione: qualiē sunt baptizandi illi de quib⁹ dubitat an fuerint baptizati / dicendo/si non es baptizatus ego te baptizo ꝛc. quia nec talis dicitur iterare baptismū. Quia aut ille qui sub tali forma conditionali baptizatur fuerat prius baptizatus aut non. si primum: non intendit cum baptizans baptizare sicut nec baptizat. Si secundum: baptizat eū. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: distinguitur de intentione actuali/habituali/ꝛ virtuali.

¶Actualis intēcio est actus elicitus eius qō quis actu ꝓsiderat et intendit. Habitualis of habitꝰ ad talē actū inclinans. Virtualis que minor est actuali ꝛ maior: habituali/est quam habet quis faciens aliqd quod actu non

cogitat distractus ad qđ faciēdū fuit motus ex intētio ne actuali aliqua precedente. sicut exemplificatur de illo qui in principio misse intēdit actualiter celebrare/ ex qua actuali intentione procedit ad omnia in missa facē da: que quidez postea distractus circa alia non aduertit actualiter nec attēdit. ¶Tūc hac distinctione premissa dicatur primo q in ministro baptismi ꝛ cuiuscunq; alterius sacramenti requirit aliqua intentio. ¶Secūdo q non requirit actualis intentio. ¶Tertio q non sufficiat habitualis. ¶Quarto q est necessaria intētio virtualis ¶Primū apparet. qm̄ acr⁹ ministrādi quodlibet sacramentū debet esse humanus. sed nullus hominis actus sine omni intētione factus est propue humanus. ergo ꝛc. ¶Secūdū etiā probatur: videlicet q non sit necessaria intentio actualis. quonā noluit deus hominē obligare ad sibi impossibile vel multū difficile/ cuiusmodi est alicuius intentio actualis: cum actualiter aliquid cogitare requirat hominem circa alia non distractum. circa alia aūt hominē non distrahi est difficile: cū secūdū Aug. tertio de libero arbitrio non sit in nostra potestate quin vigilie tāgamur. ergo ꝛc. ¶Tertiū videlicet q nō sufficiat intentio habitualis/ apparet qr talis intētio potest esse in dormiente: qui tamē nō potest sacramentū aliquod ministrare/ quia nec opus humanū propue aliquod exercere ¶Ex hoc infertur quartū: videlicet q sufficiat ꝛ requirit intētio actual. De hoc aūt qđ sit verius videbit in distinctione sequenti. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationē in puncto patet solutio ex predictis.

Circa distinctionem septimā in qua magister determinat de sacramento cōfirmationis: quero primo/ vtrū istud sacramētū sit necessarium ad salutē cuiuslibet viatoris. ¶Et videt q sic. qr nisi esset necessariū ad salutē vel saltē prosit cuī / frustra fuisset diuinitus institutū. sed pstat ipm a Christo esse institutū. ergo ꝛc. ¶Contra. quia precise illud sacramentū videt esse necessarium ad salutem per qđ culpa omnis remittit et gratia superinfunditur. sed per baptismū tm ꝛ per penitētie sacramentuz remittit culpa ꝛ infunditur gratia: ergo alia sacramēta ab istis nō sunt necessaria ad salutē. ¶Respō sio. vbi est videndū primo quid sit cōfirmationis sacramētū. Secūdo an est ad salutē necessariū: qđ è questū. Tertio quis sit huiusmodi sacramēti idoneꝰ minister. Quarto an potest recipi sepius.

Quātum ad primum dicitur: q confirmatiōis sacramētum est vnctio hominis viatoris aliqualiter consentientis vel libero arbitrio nunq̄ vsi facta in frōte in figura crucis cū chrismate sctificato a ministro idonco simul cū intentione debita ungēte ꝛ verba aliqua pferente/ significās efficacit ex diuina institutione vnctionē aic per gratiā roborātē ad pfitendū cū fiducia fidē Christi. ¶Hec est diffinitio doctoris subtilis. In q̄ ponitur primo huius sacramenti materia q̄ est vnctio facta cū chrismate ex oleo oliue ꝛ balsamo cōpositio sctificato a ministro idonco. ¶Secūdo forma: intelligendo cōfirmatiōis formā ipsa verba propter rationē dictā superius de baptismo. Forma aūt verborū huius sacramenti vt dicit doctor est ista. Signo vel consigno te signo crucis: ꝛ confirmo te chrismate salutis an nole patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti amen. ¶Tertio ponitur crⁱ⁹ subiectum idoneū susceptiuū qđ est homo viator aliqualiter consentiens quātū ad rationem vtēdi. Qđ intelligendū est eo mō quo dictum est superius/ consensum baptizandi esse necessariū ad baptismū ipm̄ suscipiēdum. Debet aūt hō in unctus in determinata parte corporis. ꝛ ideo dicit q i frōte: ibi est debitꝫ fieri hmōi iūctio. ¶Quarto ponit huiusmodi sacramēti minister q̄ è solus epūs. ¶Quito crⁱ⁹ signatū qđ è augmētū collatū ad roborādū gre supnaturalē cū pcipue dit significās ex diuisa institutione unctionē aic ꝛc. Nō tñ est intelligendum in diffinitione pdicta: qr unctio ipa ponit in recto ꝛ verba in obliquo/ q propter hoc unctio principalius q̄ verba ad sacramētū hmōi requirat. ambo enī videlicet vba ꝛ unctio ipa sunt ad huiusmodi sacramentū necessaria ex equo: sicut pbatuz fuit superius de baptismo. sicut ei se habēt verba ꝛ ablutio ad baptismū ita verba ꝛ iunctio ad hmōi sacramētū. ¶Hec de pria.

Quātum ad secundū: dicitur primo q non est simplicit sic necessariū ad salutē q oporteat ipꝫ oēm hoiez recipe. Secdo q scām qđ aliquo modo est necessariū sic q oꝫet ipꝫ nō spernere. ¶Primū declarat qm̄ pstat q solo mediāte baptismo remittit eis culpa ꝛ infundit gratia: vel si baptism⁹ non possit haberi/ solo mediante penitētie sacramēto. sed illud precise sufficit ꝛ est necessarium ad salutem per qđ eis culpa remittit ꝛ gratia infundit: cū ista sola a filijs gehēne regni filij diuidātur. ergo ꝛc. ¶Cōfirmat. Primo qr si hmōi sacramentū esset simplicit necessariū ad recipiēdū lati conferret cuilibet: vt baptismus: qđ est falsum. ¶Secundo qr nullū sacramentū gratiā presupponēs in digne recipiēte ipm̄ est simplicit necessariū ad salutē. sed hmōi confirmationis sacramentū sicut ꝛ quodlibet aliud a penia ꝛ baptismo i quocūq; ipm̄ digne recipiēte gratiam presupponit. g̃ ꝛc. ¶Scām: vez q sit necessariū adulto ad nō spernendū apparet: nullus enī pōt spernere aliqđ a Christo statutū quin cōmittat mortale petiñ. sꝫ Christ⁹ statuit hmōi sacramētū. g̃ ꝛc. ¶Et qr adult⁹ opportūtate habita nolēs ipsum recipere manifeste videtur ipsum contemnere: nō dicatur q ad ipsum recipiendum omnis nō parulus sꝫ adult⁹ opportunitate habita obligatur. ¶Cōfirmatur quia per huiusmodi sacramentum receptum quilibet digne recipiēs ipsum acquirit magnuz gratie dei gradum ꝛ ideo rationabile est ad ipsum recipiendum/ maxime cū sit facillimum/ esse quēlibet pro tēpore ꝛ opportunitate habita obligatum. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium: dicitur q solus episcopus est huiusmodi sacramēti minister idoneus. qđ non est propter huiusmodi sacramenti nobilitatem: sed magis propter minorem eius necessitatem. quia cū baptismus sit omnibus vniuersaliter necessari⁹: ideo deus noluit eius ministrum esse aliquē specialiter sed quēcunq; vniuersaliter maxime necessitatis articulo imminente. ꝛ per contrarium quia huiusmodi sacramentum non sic omnibus est necessarium ad sumēduz vel propter quod cunq; aliud sibi notum noluit ipm̄ sic ministrari ab oībus vniuersaliter: vt baptismū. ¶Hec de tertio.

Quantum ad quartum & vltimū ꝛ constat q non potest iterari sicut nec baptismus. Cuius ratio sicut fuit dictū de baptismo / nō est nisi sola deus in institutio. ¶Et si queratur que sit pena ipsuz iterātiū: Dicunt aliqui q similiter pununtur sicut iterantes baptismū: vez pena irregularitatis. ¶Alij dicūt q nō è verū qr nec aliqua talis pena pro iteratione pfirmationis in toto iure canonico inuenit imposita seu expressa. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationē in puncto/ cōcedo q è ad salutē gloue pficuū qr gre collatiuum. Est etiā necessariū ad nō spernēdū: ret per cōsequēs ad ipm̄ opportunitate habita assumendū: vt superius est predictū.

Secũdo quęro vtrum i miniſtrã te iſtud vel quodcunq; aliud ſacramentum requirat aliqua intẽtio actualis. ¶Et videt q; ſic. qñ ois act⁹ quo miniſtrat aliquod ſacramentũ debet eſſe humanus/ſed nullus actus propue eſt humanus niſi ſit ab homine actualiter intẽdente. ergo ꝛc. ¶Cõtra. quia celebrãs qñ verba cõſecrationis ꝓ fert: vere ꝓficit/licet diſtractus ſit. Sed ſi eſt diſtractus ad illud quod facit vel dicit minime actualiter eſt intentus: ergo ꝛc. ¶Reſpõdeo. vbi primo videndũ eſt qualis intẽtio eſt neceſſaria ad miniſtrãdum quodlibet ſacramẽtum. quod eſt principale q̃ſitũ. Scõo an in cõfirmatiõe imprimat vltra gratiã aliquis character indelebilis cõfirmato.

Quãtũ ad primum: ſunt tres modi dicendi. ¶Primus modus eſt q; ad ſacramentum quodlibet miniſtrandũ requirit intẽtio nõ actualis elicita/ſed habitualis quieſcẽs in alia. ¶Et ſi querat ab iſtis quõ hmõi habitualis intẽtio ſine actuali poteſt ſufficere ad quemlibet actũ/cũ effect⁹ in actu/cauſam requirat I actu: Reſpondent: q; volũtas mouẽs potẽtias inferiores executiuas imprimit eis formã aliquã ꝓtinuãtẽ ꝛ exequẽtẽ motũ volũtatis imperatiũ: ꝛ hoc ad tp̃s ceſſante actu voluntatis. Sicut cñ in motu locali quo lapis a manu ſurſum violẽter ꝓjcit/non requiritur ad hoc vt lapis moueatur actu q; manus ſemp moueat ipſum actu: ſ3 ſufficit q; primus mouerit ſeu mouere inceperit: ipmq; lapidẽ tũc i motus principio ad motũ determinauerit per formã aliquã in ipſo vel in aere verelictã: q; quidẽ cõtinuat poſtea motũ ipm a voluntate imperatũ ꝛ a manu inchoatuz abſq; actuali motiõe manus exiſtente / cũ nec illa ſit neccia ad motus cõtinuationẽ/ſed tm̃ ad inchoationẽ ꝛ talis virtutis ſeu formę mot⁹ cõtinuatiue ꝓductionem. Ita nec actus a voluntate imperatus requirit ad ꝓtinuationez eius q̃ volũtas vult ſeu imperat per alias potẽtias iferiores/ſed tm̃ quãtũ ad primã inchoationẽ ꝛ determinationẽ: qua facta ꝛ volũtate motũ ſemel priꝰ per actũ elicitũ imperante derelinquit in iſtis executiuis potentijs quedã virtus ſeu actualis qualitas cõtinuãs ꝛ exequẽs motũ talẽ primo imperatũ ꝛ inchoatũ/q̃ tamẽ forma talis motus ꝓtinuatiua ꝛ executiua deficit paulatim: qua ꝛ deficiẽte ceſſat ꝛ deficit talis mot⁹: iſtẽ recte eſt I motu lapidis violẽto. ¶Priꝰ iſta opinio ſic intellecta arguit quoniã volũtas nõ habet maꝰ dñium ſup corpa ab ipſa ſeparata q̃ ſuper potẽtias organicas ſibi cõiunctas. ſ3 voluntas mouendo corpa ab ipſa ſeparata puta lapidez imprimit in ipſo formã aliquã motũ ipm primo volitũ et imperatũ ꝛ ab executiua potẽtia inchoatũ continuantẽ ceſſante actu volũtatis ꝛ executiue potẽtie ſeu motiue. q̃ ꝛc. ¶Sed cõtra iſtũ dicendi modũ arguit. q; nec videtur ſufficere. ¶Primo quia potentia motiua lapidis/ licz per formam illam lapidi moto in principio motus impreſſaz poſſit ꝓtinuare motũ inchoatũ/nõ tm̃ motum oppoſitũ ſed tm̃ vnicũ. ſed ceſſante actu volendi ꝛ imperandi mẽbra hoĩs mouẽt ad mot⁹ ꝓtrarios: vt patet i ſacerdote celebrãte diſtracto nec per conſequens actualiter intendẽte man⁹ ſurſum aliq̃n eleuante/ꝛ deorſũ aliq̃n depumẽte: cum tamen eleuatio ꝛ depreſſio ſint motus contrarij. Idem apparet de dicẽte officium: qui ad tp̃m non intẽtus/ſed circa alia diſtractus/ nũc labia aperit ꝛ nũc claudit. quare ꝛc. ¶Secũdo. quia licet lapis projectus moueatur per formam illam in ipſo vel in aere derelictã manu ceſſante mouere: hoc tamen non eſt niſi per aliquod tempus breue. ſed hõ diſtractus ſine actuali intentione exequitur ꝛ continuat actum a volũtate imperatũ per aliquod tempus magnũ: vt patet de celebrante miſſam in tota miſſa excepto principio diſtracto/nec ad ipaz per conſequens actualiter intendente. ergo hmõi actus ꝓtinuatio ita magna ꝛ longa non poteſt eſſe a forma aliqua p volũtatẽ in executiua potẽtia derelicta. ¶Tertio quia ſicut motus lapidis ex quo lapis eſt a manu proiectus non eſt voluntarius nec in projcientis poteſtate: ita conſimiliter ſi voluntas aliquẽ bonum actum velẽs ꝛ imperãs cauſaret in executiua potentijs talis actus formam aliquã actum ipſum imperatum ꝛ volitum exequentem: actus ipſe ex quo inchoatus tam non eſſet voluntarius/ nec in hominis poteſtate niſi precise quantũ ad primam eius volitionez ꝛ determinationem/ qua mediante fuit producta forma illa in executiua potẽtia ſeu motiua actũ huiuſmodi exequẽte. ſ3 hoc eſt falſum: quia tũc null⁹ act⁹ a volũtate impetus eſſet meritorius nec demeritorius niſi ratione ſui principij. ergo ꝛc.

Secundus modus dicendi eſt: q; ad miniſtrandum ſacramentum ꝛ quemcũq; alium actuz meritoriuz exequendum non ſufficit habitualis intentio ſz requiritur virtualis. q̃ non eſt aliud q̃ aliqua non ꝓſens ſed preterita intentio actualis ex qua originaliter prouenit hoc qõ quis actualiter operatur. nullus cñ act⁹ eſſet meritorius nec humanus niſi circa ipſum cum exercens actualiter intentus fuerit vel ſit mõ. ¶Et ſi quera tur quomodo effectus poteſt eſſe in actu ſine cõ in actu ꝛ per conſequens quomodo poteſt homo aliquid actualiter operari: illud actualiter non intendens: ¶Reſpondetur dupliciter. ¶Primo quia volũtas circa finem ꝛ circa ordinata ad ipſum habet duplicem actum: videlicet volendi: ꝛ potentijs inferioribus imperandi. ꝛ ideo dicitur q; voluntas ceſſante actu volẽdi poteſt mouere executiuas inferiores potentias per actum alium imperandi. ¶Secundo dicitur q; voluntas volẽs aliquid derelinquit actum aliquẽ in potentijs motiuis inferioribus ex ordine ipſarum ad voluntatez: qui actus q̃diu remanet mouet potentias ipſas ad continuãdum illud qõ primo voluntas voluit ꝛ imperauit. ¶Sed nec hic modus dicendi ſufficit. ¶Primũ enim qõ ponit videlicet voluntatẽ poſſe imperare aliq̃d qõ actu nõ vult / videt falſum: quoniam nihil eſt a voluntate imperatũ niſi quia volitum: et ita ceſſante totaliter actu volendi videtur etiam ceſſare actus imperandi. ¶Cõfirmatur. q; nõ minus actus imperandi dependet ab actu volendi q̃ actus volendi ab actu intelligendi. ſed actus volẽdi neceſſario preſupponit actum intelligendi volitum. ergo ꝛc. ¶Preterea ſecundo/quia actus tranſiens ſup obiectuz extra ſiue ſup potentias in ordine ad extra: cuiuſmodi eſt actus imperandi: preſupponit actum immanendi/videlicet ipm velle. ¶Confirmatur/quia quicq̃d homo agit ſine volitiõe agit modo nature non libere nec humane. ¶Secunduz qõ dicit de actu a volũtate i potẽtijs derelicto/ ſcidit cũ modo dicendi primo predicto. ¶Tertius modus dicendi eſt/q; ad miniſtrandũ ſacramentũ ꝛ ad opandũ quẽcũ q; aliũ actum bonum/ eſt neceſſaria operanti intentio actualis / non tamen percepta. Dicit enim q; dupliꝛ poteſt eſſe in aliquo intentio actualis. Uno modo ſic q; ipſa intentio actualis percipiatur. Alio modo ſic q; nõ percipiatur. Tũc quis habet intentionẽ perceptam qñ actu cogitat ſeu intelligit vel ſentit/ ꝛ ſe cogitare intelligere vel ſentire cognoſcit. Tunc autem habet intentionem actualem: ſed tamen actualiter imperceptam/ quãdo aliquid actu intelligit vel ſentit qõ ſe ſentire vel intelligere non cognoſcit: quia diſtractus circa alia non aduertit. ſm enim Auguſt. xi. de trin. ca. viij. frequenter accidit q; hõ audit vel videt aliquid qõ tamen non per

cipit se audire vel videre. Et q hoc sit possibile declarat quoniam nullus habet intentionē perceptā nisi habēs actū rectum insimul ⁊ reflexū. per actū enī reflexum percipit intētio ipsa recta. sed nullum est inconueniēs habere circa aliquod obiectū actum rectū / sine aliquo reflexo. ḡ nec est inconueniēs intētionē actualē habere ⁊ ipam non percipere. quare ⁊c. ¶ Tunc dicūt isti / q ministrātem quodlibet sacramentū / sicut etiā operantē quēlibet aliū actum bonū / oportet habere actualē intentionē operis qō exercet / nō tñ ipsius intentionis. q nec requiritur q huiusmodi actualis intentio sit precepta : cum non possit percipi sine intētione reflexa : ad quam habēdam / q propter distractionē difficile est homini habere ipsam : deus nolunt aliquem obligare. ¶ Hic modus dicēdi vltim⁹ videtur rationabilis : q aliquis p̄dictorū . quoniā constat scōm omnes / ad ministrandū sacramentū esse necessariū ministrāti ipsum aliquo modo intēdere hoc quod facit. Sed nullus duox modox dicēdi p̄dictorum hoc saluare videtur : sed magis negare. ℘ Probo. quia quilibet ipsorū ponit ad continuandum actum sacramentalē inchoatū vel alium quemcunq; bonū actum sufficere illā formam a voluntate in motibus potētia in actus principio derelictā : cū illa (vt dicūt) continuet actū primo volitū ⁊ impetratū omni actu volēdi cessante. Sed constat / q forma illa ab actu volendi ⁊ intelligendi / totaliter est distincta. ergo ꝓpter ipsam inexistentem / ⁊ motum sine actu continuantem / non habetur q homo circa hoc qō agatur aliquam intentionē habeat : sed magis contrariū / puta q nullatenus sit intentus. ¶ Nec valet si dicat / q in principio actus fuit intentus. quoniā illa intentio habita in principio / nō plus est in medio / vt suppono / vt in termino q̄ si nunq̄ in principio existentē / homo in principio diceretur intentus : et per consequēs actus posset dici et esset humanus / non tamen intentione cessante / magis q̄ si nunq̄ in actus principio precessisset. ¶ Confirmatur. q cōstat q habitualis intētio non sufficit ad aliquē actum bonum : cum illa sit in dormiēte nec virtualis / q virtualis nō dicit nisi intentionē actualem preteritā : ratione cuius / vt dicunt / actus continuatur mediante forma in executiua potentia derelicta. sed talis forma esto q ponat / non est aliqua intētio / immo ab omni intentione tam habituali q̄ actuali specifice est distincta. intētio aūt actualis preterita / qua mediante illa forma (vt dicunt) fuit causata nec nunc est / nec per ꝓns ad actum ipsum aliquid facere potest. ergo ⁊c. ¶ Preterea scōm istam opinionē ponentem talē hmōi virtualē intētionem / non magis videtur actuali intentione cessante in actus principio existente / q postmodū actus ptinuatio sit libere ab illo a quo fuit eius inchoatio / q̄ si forma illa actum continuans / fuisset producta in hoc operante ab alio : vt a deo actum huiusmodi inchoante. Sed si aliquis / vt angelus vel deus / incaperet mouere hominē / ⁊ in motus principio causaret in ei⁹ motiua potentia formā aliquam motū inchoatū continuantem / si virtute eius homo moueret / talis mot⁹ nō esset hūan⁹ / q nec aliquo modo existere videret in hoīs potestate. ergo ⁊c. ¶ Et si queratur cuius debet esse huiusmodi intētio necessaria ministro cuiuslibz sacramēti : Respondet / q tam operis q̄ finis. Debet enim aduertere ⁊ intendere actū quē exequitur. Debet etiam intēdere ministrando sacramentū facere illud in recipiente ipsum qō significant ipsa verba ⁊ alia ad sacramentū ipm̄ ministratum necessaria. ¶ Hoc aūt qō dictum est de intētione ministro necessaria ad ministrandū sacramentū / est intelligendū precise de omni illo sacramēto / cuius esse consistit in fieri et in ministrantis ita q non durat / nisi q̄ diu actualiter ministrat. ⁊ talia sunt omnia sacramenta alia ab eucharistie sacramento / cuius esse nō consistit in fieri : sed in facto esse nec per cōsequēs exigit aliq̄d in ministrante / cū nec minister in ministrando ipm̄ efficiat : sed supponat. cuius contrariū est de omni alio sacramento. Licet aūt ad eucharistie sacramentū nō sit necessaria in ministrante intentio actualis : est tamē necessaria in consecrāte / vez in verbis illis quibus mediātibus huiusmodi efficax sacramentum. ¶ Sed cōtra p̄dicta forsitan arguetur. quoniam / vt dictum fuit superius distinctiōe. v. q̄stiōe. i. intētio baptismi debita nō est ministro baptismi necessaria. sed constat q nō magis est necessaria intētio aliqua in ministrāte aliquod aliud sacramentū : q̄ in ministrante ipsum baptismū. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc p̄t dici q duplex potest poni in aliquo intentio / vez operis elicitii et finis intenti. vtraq; istarum est necessaria sacramenti ministro : non tamen nisi prima ipsi sacramento admin strato. licz enī baptizans / vel quodcūq; aliud sacramētū administrās debeat intēdere tam ad sacramentū ipsum administratum q̄ ad finē eius debitum / nō tamē videtur impedire sacramētū verum recipi ex aliqua prava vel ex nulla intētione finis ministri. q aliter (vt in p̄cedentib⁹ fuit dictum) nullus posset esse cert⁹ de baptismo recepto nec de aliquo alio sacramēto. Licet autem intentio finis debiti non sit necessaria sacramēto : est tamen necessaria ad ipsum intentio operis elicitii in ministro : nisi dicat q dormiēs vel diseretiōe carēs p̄t baptizare ⁊ quodcūq; sacramētū aliud ministrare / qō est falsum. nec enī ablutio nis nec verborū prolatiōis act⁹ nec aliqs alius nisi sit act⁹ humanus p̄t existere sacramētū. Nullus aūt actus videtur humanus nisi ab ipso homine cū exercente aliqua liter sit intentus. quare ⁊c. ¶ Nec valet si contra hoc arguat. q : tūc etiā non poterit haberi certitudo de aliquo sacramēto. qm̄ licet non omnis exercens aliquē actum intendat eius finem debitum : intendit tñ aliquo modo si vigilat ⁊ ratione vtitur ipsum actum seu opus qō prosequitur exterius / licet huiusmodi intentio sit aliquādo impercepta / vt dictum fuit supertus . ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum

q hic character non accipit pro figura nec pro signo. q hoc mō / q̄libet sacramentū potest dici character. Sed character vt hic accipit cōiter est aliqō spirituale indelebile ipressum a deo suscipiēti quodcūq; nō iterabile sacramētū. ¶ Ex hoc sequitur / q character vt hic accipit nō est gr̄a nec aliqua virt⁹ alia. nō enī gratia nec virtus aliqua infunditur cuicunq; recipiēti non iterabile sacramentum. si enim ficte recipiat non acquirit gratiam sed magis culpam. sed licet ficte recipiat / omnis tale sacramētū qualitercūq; recipiēs recipit characterē : vt supponitur. ergo ⁊c. ¶ Preterea. q : nec gr̄a nec virt⁹ aliqua in aliquo sacramento est indelebilis sed q peccatū amissibilis / cui⁹ cōtrariū ponitur de charactere. ḡ ⁊c. ¶ Hoc premisso ex quo apparet significatū nominis characteris : pono quantum ad istū articulum tres conclusiones. ¶ Prima est q non oportet ponere characterem modo predicto sumptū ipsum alicui suscipiēti aliqō sacramētō. ¶ Hec ꝓbat. qm̄ per sacramētū nō ipsimit suscipiēti ipsum nisi suum signatum / ad quod conferēdum fuit diuinitus institutū. sed p̄dictum sacramenti signatum ad quod cōsequēdum fuit diuinitus institutū / est gratie dei donum. tota enim veritas cuiuslibet sacramenti cōsistit in signo sensibili qō est ipsum sacramentū : ⁊ in effectu in visibili qō est eius signatum : quem effectum Augusti . ⁊ alij omnes sancti gratiā esse dicunt. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia non videtur de sacramentis esse aliquid concedendū nisi quod est in scriptura expressum / vel ab aliquo doctore authētico. Sz nec p̄ scripturā nec p̄ alicui⁹ sanc-

propriū percipit significatū .ergo quelibet significatiua vox cuiuslibet orationis citra vltimum habet suum significatum ante ipsam orationem perfectum. ¶ Cōfirmatur.quia sicut ad esse partis non requirit esse totiꝰ: sic ecōuerso tota cū subiectō ⁊ ꝓdicatō sint partes ꝓpositionis/licet significatū orationis ꝓsupponat significatū cuiuslibz eius partiū non tñ econuerso significatuz partis videt exigere nec sperare significatū seu eē totiꝰ orationis. ¶ Preterea ad ꝓpositū sic arguit. illud idez qō hoc ꝓnomen hoc ꝓlatum per se absolute sine alio supponē vl' eius accētis demōstrat/demōstrat vt ꝓlatū super idem vt positum in oratione. ¶ Hoc apparet.quia vt dictū est/non mutat suum significatuz qn̄ in oratione positum.sed constat q vt hoc absolute sup panem ꝓfertur supponit ꝓ ipso ipsumq demōstrat.ergo cum i oratione sup panem vel eius accidentia similiter ꝓferat pro eodem similiter supponit. ¶ Preterea verba cōuersionis seu consecrationis debent significare ⁊ exprimere vtrunq conuersionis terminum:qō non faceret si ly hoc ꝓ corpore supponeret ⁊ non ꝓ pane. ¶ Confirmat. quia verba sacramentalia sunt modo aliquo cōuersiua siue conuersionem significātia.sed Christi corpus non conuertitur sed panis in ipsum.ergo nec hoc debet pro corpore supponere sed ꝓ pane seu eius accidētibus ante corporis existentiā demonstratis. ¶ Alij dicūt q supponit non ꝓ corpore nec pro pane sed ꝓ entis individuo: vt sit orationis sensus:hoc ens sub istis accidentibus demonstratis est corpus meum.⁊ sic omnino est vera.qm̄ individuum entis non repugnat individuo corporis Christi sicut nec ens ipsi.corpus enim Christi est ens. ¶ Alij dicunt q supponit ꝓ individuo corpis.vt sensus sit/hoc est corpus meum.i.hoc corpus referendo ly hoc ad individuum corporis subalterni generis/est corpus Christi.sicut enim genus subalternuz nō habet repugnantiam ad speciem specialissimam:ita nec individuum eius ad individuū illius.quare ⁊c. ¶ Cōtra vrū q istum modū dicendi arguit dupliciter. Primo sicut contra predictum modum.qm̄ nec individuuz entis est terminus a quo hmōi cōuersionis/nec corporis/sed individuum panis:verba autem consecratiōis habēt exprimere vtrūq terminum conuersionis:vt supradictuz est.quare ⁊c. ¶ Preterea.quia constat q sacerdos profert hoc pronomen sup panis individuū qō tenet i manibus:⁊ demonstrat pro quo ⁊ ipsum ꝓnomen supponeret si per se absolute sine oratione super ipsum proferretur.q̄ ⁊ nūc vt in oratione/supponit similiter pro eodē. ¶ Secundo arguitur contra modum ꝓdictum.qz non euadit difficultatem ad quā euadendam ponitur.non enim magis omino erit vera/hoc est corpꝰ meū/ipso ꝓ nomine hoc ꝓ entis individuo q̄ pro pane seu eius accidentibꝰ supponente.Qō ꝓbatur.qm̄ numerato inferiori numeratur in ipso suum supernus.nec cū duo homines sunt vnum sed duo animalia.sed Christi corpus et panis sunt duo ſferiora entis et ēt respectu corporis absolute accepti.ergo in eis numeratur corpꝰ ⁊ ens sic q corpus Christi ⁊ panis sunt duo corpora ⁊ duo entia ¶ Tūc arguit ex hoc sic.aut ly hoc supponit ꝓ individuo entis aut corporis qō est in pane:aut ꝓ illo qō est i Christi corpore. Si primū:tūc nō euadit difficultas:qz nec ostenditur orationis veritas.non enim magis hec est vera/individuum entis vel corporis qō est in pane ē Christi corpus/q̄ ista/panis est corpus. ¶ Cōfirmatur. quia panis ⁊ individuum entis vel corporis de ipso dictum sunt realiter indistincta.ergo ⁊c. ¶ Si dēt secundū/puta q supponit pro individuo entis qō est in Christi corpore: contra hoc esse videntur q̄ superius sunt argute.Et ideo dicitur aliter/vez q hmōi ꝓnemē hoc supponit pro pane:quo non obstante oratio ipsa dicitur ēe vera. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum:q licz vox quelibet lcōplexa significatiua siue vt ꝓ se sumpta/siue vt in oratione posita suum habeat significatum statum vt prolate ante q̄ ipsa oratio sit perfecta:oratio tamen ipsa tota non habet veritatem suam vsq ad vltimum instans prolationis virtute syllabe seu litere ipsius orationis.nulla enim oratio potest habere suam veritatē quo vsq oēs eius partes ipsaz cōstituētes totaliter sint ꝓlate/licz quelibet eius dictio significatiua suaz habeat veritatem. ¶ Hic igit ad ꝓpositum:cum dicit hoc est corpus meum/ly hoc qō est subiectuz orationis supponit pro substantia panis quā demonstrat:cū ipa adhuc ibi sit in manibus sacerdotis in toto tempore prolationis eius:pro quo tempore nec ipsa tota oratio suum habet significatum:cum non sit vera vsq ad vltimum instans prolationis virtute partis eius. In illo autem instanti vltimo quo ipsa oratio est perfecta ⁊ vera/panis ipse per ly hoc demonstratus penitus desinit esse panis cum sit in Christi corpus conuersus.⁊ ideo pro illo instanti vltimo totius orationis ipsa oratio est vera.licet enim panis in substantia panis manēs sit a Christi corpore differens:tamen panis conuersus est veraciter Christi corpꝰ.vnde hec oratio non ē vera ꝓ illo pro quo supponit eius subiectum/puta ly hoc:cum supponat ꝓ panis substātia non conuersa:sed est vera pro pane conuerso.vnde habet veritatē nō cū ꝓstātia subiecti. ¶ Sz si contra hoc arguatur.quia propositio videtur esse vera ꝓ illo pro quo supponit eius subiectum:Respondet q hoc est verum de ꝓpositione veritatis indicatiue:nō autem de illa que est sue veritatis aliqualiter effectiua: quia subiecti in ꝓdicatū cōuersiua:qualis est propositio talis enim non potest verificari pro illo esse ꝓ quo supponit subiectum:sed pro alio.qm̄ subiectum propositionis supponit ꝓ illo qō ꝓcedit propositionis veritatem illud aūt a ꝓdicato ꝓpositionis realiter est distinctuz. Propositio autem ipsa verificatur ꝓ esse illo in qō conuertitur ipsum eius subiectum ipsa oratione completa ¶ Si autē hoc omo impossibile videatur:vez oratio nem istam posse veram existere eius subiecto qō est ly hoc pronomen/ꝓ aliquo alio a Christi corpore supponē test poteſt dici q quando Christus cōfecrauit licet panē acceperit ⁊ super ipsuz verba predicta protulerit:tamē ꝓ ly hoc non panem quem accepit:sed corpus suum demonstrauit:⁊ ꝓ ipso qō tūc tunc aderat suppositi non pro pane.⁊ ideo crꝰ consecrationis oratio vera fuit. Nostra etiam vera est: qm̄ subiectū orationis vt recitatiue prolate cōsimiliter supponit ⁊ pro eodē ꝓ quo supposuit in oratione illa qm̄ fuit ab idicāte ꝓlata.si sacerdos quilibet recitat orationē illā cōuersiuam vt a Christo prolatam.ergo ly hoc etus subiectum idem Christi corpus lz nō tūc ꝑsens sz absens demōstrat ⁊ ꝓ ipo supponit/sicut ⁊ supposuit qn̄ xp̄o ipe ꝓmitꝰ ꝓsecrauit.Sz tūc oporteret dicere q forma consecrationis non exprimit vtrūq terminum conuersionis:sed vnum tñ/vez Christi corpus.qō non est inconueniens. ¶ Et quādo arguit q ly hoc prolatum absolute super panem/significat ipsum:verū est.Et quando inferturergo consimiliter eū significabit quando super eū proferturvt in oratione positum: cum non mutetur significatum: Diceret q verum est si oratio in qua ponit diceretur.indicatiue.non autem quando dicitur tñmodo recitatiue. quoniam vt dictum est in tali oratione vt sic dicta/vez recitatiue pro eodem supponit ꝓ quo supponit quando oratio ipa ab alio fuit indicatiue prolata. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationez in principio apparet solutio ex ꝓdictis.

Circa distinctionem nomam: in qua magister determinat de perceptione hmõi sacramẽti: Quero primo. vtrum quilibet teneatur integre recipere totum eucharistie sacramentum. ¶ Et videtur q̃ sic. per illud Joã. vi. Nisi mãducaueritis carnem filij hois: ⁊ biberitis eius sanguinem/ nõ habebitis vitã in vobis. sed totum eucharistie sacramentum consistit in panis ⁊ vini accidentib⁹ Christi carnis ⁊ sanguinis contẽtiuis. g̃ ⁊c. ¶ Sed in contrarium est vsus cõmunis fidelium: cũ fideles cõmunicando non recipiant nisi hostiam tm̃ consecratam solis exceptis sacerdotibus celebrantibus. sed non est verisimile q̃ hoc fieri p̃mitteret si ipsum sacramentum integre quilibet recipere teneretur. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi primo est videndum si q̃libet teneatur hoc sacramentum recipere. Secundo. si integre. Tertio. an hmõi sacramenti perceptio sit de eius essentia.

Quantum ad primum: constat quẽlibet esse obligatum ad istud sacramentum peripiendum.

¶ Ad cuius euidentiam est aduertẽdum: q̃ huiusmodi sacramentũ vt cõmuniter dicitur/ potest recipi multis modis. Potest em̃ recipi vno modo non sacramẽtaliter: nec p̃sequens spiritualiter hoc est salubriter/ licet realiter. Alio modo sacramentaliter non tm̃ spiritualiter sic salubriter. licet enim omnis recipiens ipsum spũaliter recipiat sacramentaliter: non tm̃ econuerso. Tertio modo sacramentaliter ⁊ spiritualiter simul. ¶ Primo modo recipit omnis hostiã recipiens consecratam: non tm̃ vt consecratam/ qz nec ipsam discernit ab alijs nõ cõsecratis. qõ potest contingere vel p̃pter infidelitatem: vel p̃pter fatuitatem: vel p̃pter indiscretionem siue carentiã vsus debite rationis ipsius recipientis. ¶ Secũdo mõ recipit qui ibi verũ Christi corpus esse credit: ⁊ per consequens ip̃m huiusmodi sacramẽtum ab alio cibo distinguit: tamẽ indigne recipit qz in peccato existit. ¶ Tertio modo recipit omnis iustus qui secundũz suã possibilitatem deuote recipit hoc sacramentũ. talis em̃ dicitur recipere ipsum spiritualiter: quia spiritualẽ consequitur eius effectum/ vez̃ superne gratie dei donum: non tamen p̃pter hoc recipiunt ipsum hmõi sacramentuz. Et ideo tm̃ videtur esse primi tres modi p̃dicti recipiendi ipsum eucharistie sacramentum. Quibus etiam tribus ⁊ eisdez modis potest recipi quodcunq; aliud sacramentum. omne em̃ sacramentum potest recipi sacramentaliter vel non sacramentaliter/ spiritualiẽ vel non spiritualiter. Ille em̃ baptismum nõ sacramentaliẽ recipit qui ipsuz ab ablutione alia non distinguit: nec sibi p̃ consequens aliq̃d valere credit/ licet hoc intẽdat recipere qõ ecclesia sibi intẽdit conferre. Qõ dico de baptismo idez est de oĩi alio sacramento. ¶ Tunc hoc p̃misso accedendo ad propositum dico primo: q̃ quilibet hoc sacramentum tenet recipere. Secundo q̃ debet ⁊ tenet recipere ipsum tertio modo/ vez̃ sacramentaliẽ ⁊ spũaliẽ. ¶ Primum apparet tam ex verbo Christi q̃ etiam ex statuto ecclesie. Christus enim dixit. Joan. vi. Nisi manducaueritis carnẽ filij hois ⁊ biberitis eiꝰ sanguinez̃ non habebitis vitã i. vobis/ puta gr̃e in p̃senti: nec glorie in sequẽti: ꝫ cõstat q̃ nullus priuat tali vita/ gr̃e et glorie vez̃/ nisi quia aut qõ non debet facit: aut quia qõ facere tenet omittit. g̃ quilibet non impeditus tenet de necessitate salutis eucharistie sacramentũ recipe. ¶ Ad hoc idẽ est statutum ecclesie quo etiam quilibet obligat. extra. de vtriusq; sexus. Ibi enim habetur q̃ omnis christianus tenetur semel in anno cõmunicare: ita q̃ statutum ecclesie ẽ quasi specificatiuũ statuti ⁊ mãdati Christi. ipe em̃ Christus absolute mandauit ⁊ statuit hoc sacramentũ esse a fidelib⁹ deuote recipiendũ: ecclesia aũt tps p̃fixit determinatum ad hoc fiendum: quia ad minus semel in anno. ¶ Secũdũ/ vez̃ q̃ debeat recipi tertio modo/ puta sacramentaliter ⁊ spũaliter/ apparet. Constat em̃ q̃ quilibet obligat ⁊ tenetur vitare peccatum mortale. ꝫ omnis rationis capax hoc sacramentum recipiẽs non sacramentaliter vel non spiritualiter/ peccat mortaliter. qui enim recipit non sacramentaliter est hereticus: cuz ipsum non credat vel ⁊ hominis contentiuũ: ⁊ ideo non discernat ipsum a cibo quolibet alioũ. qui etiã ipz recipit sacramentaliter nõ spiritualiter vt malus catholicꝰ peccat mortaliter: quia quicũq; mandu caueritpanem hunc ⁊ biberit calicem dñi indigne reus erit corporis ⁊ sanguinis domini. prime Counth. xi. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia quilibet tenet hoc sacramentum sicut ⁊ oĩ aliud quod recipit / digne quantuz sibi est possibile recipere. sed omnis quodcunq; sacramentũ digne recipiẽs secundum suam possibilitatem ipsum sacramentum sacramentaliter ⁊ spiritualiter recipit. ¶ Qõ apparet. quia sacramentum sacramentaliẽ recipere est ipsuz eẽ verum a deo institutum sacramẽtum credere: ⁊ ideo ab alijs nõ sacramentis distinguere. Spiritualiter aũt recipere est ipsum spiritualẽ effectum ad quem ipso mediante consequendum est institutum diuinitus/ obtinere. sed sacramentum qõcunq; digne recipiens qualis ẽ omnis sine peccato existens/ vel etiaz in peccato quantum ad baptismum ⁊ penitentie sacramentum/ g̃ sacramentũ qõ si rationis est capax salubriter recipit qz ip̃m vt verum sacramentum ab alijs distinguit/ eius effectũ puta gratie donum p̃cipit. g̃ ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: est primo sciẽdum quid sit hoc sacramentum recipere integre.

¶ Ad cuius euidẽtiam est sciendũ: q̃ hmõi eucharistie sacramentũ integre recipi põt dupliciter intelligi. Uno enim modo potest integre recipi hmõi sacramentũ vt virtualiter acceptũ/ vez̃ in ordine ad suũ signatũ immediatuz vel remotũ in eo cõtẽtũ. Alio mõ vt formaliter sumptũ vt vez̃ est sensibile signũ. Primo mõ nõ querit questionis qm̃ vt sic nõ potest recipi/ nisi integre: sed scõo. ¶ Hoc appet. qm̃ ꝓstat q̃ nihil sub vini accitibus ꝓtinet nisi qõ sub panis accitibus est ꝓtentũ: ⁊ econuerso. Cõstat etiam Christũ esse totũ in qualibet particula hostie ⁊ i qualibet parte accitiũ vini. ¶ Ex hoc apparet ꝓpositum. qm̃ sacramentũ vt virtualiter sumptũ integre recipere est eius signatum in ipso contentum totũ peripere. sed nullus potest hmõi sacramẽti ptẽ quãtũcũq; modi cũ recipe quin recipiat totũ totiꝰ sacri huius signatuz/ vez̃ Jesum Christum in toto hoc sacro existentem ⁊ in qualibet eius parte. ergo ⁊c. Sacramentum aũt eucharistie vt formaliter sumptũ totũ recipe/ est vtrũq; signũ sensibile tã accitis vez̃ panis q̃ vini ꝓtẽtis Christi peripe. ¶ Et hoc mõ appet q̃ sacrm illud potest recipi integre vel tm̃ scõm alteram partẽ eius. Potest em̃ recipi hostia consecrata sine speciebus seu accitibꝰ vini. posset

etiam fieri econuerso: vel potest vtrunq; simul recipi: sicut recipitur a sacerdote celebrãte. ¶ Hoc ꝓmisso quãdo queritur vtrum hoc sacramentum sit integre recipiẽdum: Dicendum primo q̃ hoc sacramentum est a quolibet celebrante integre conficiendum. Secundo q̃ est ab eodem integre assumendum. Tertio. q̃ nulli alteri ẽ integre ministrandum: nec etiam sacerdoti non celebrãti. ¶ Primum horum apparet ex hmõi sacramenti institutione. Christus enim hoc sacramentum instituens integre hoc sacramentum confici debere instituit: ⁊ sic ipse primo confecit. Ad hoc etiam est statutum ecclesie districte quemlibet obligans. de consecratione dist. ij. Cõperimus. vbi sic dicitur. Aut sacramenta integra percipiant: aut ab integris arceant. ⁊ hoc dicitur sacerdotibus conficientibus ⁊ postea non cõmunicãtibus. ⁊ sub dicta ratio: que est ad ꝓpositum: Quia diuisio huius sacramẽti sine grandi sacrilegio non potest prouenire. cõstat autem q̃ magis hoc sacramentũ diuidit qui corpus sine sanguine vel calicem sine corpore conficit: q̃ qui vtrũq; conficit ⁊ postea alterum iñ percipit. ergo ꝛc. ¶ Secundum: vez q̃ omnis sacerdos celebrans debeat hoc sacramentum integre recipere/habetur ⁊ sequitur ex p̃dicto. nec enim teneretur corpus ⁊ sanguinem cõsecrare seu conficere/ nisi teneretur vtrũq; simul recipere. vnde ⁊ de consecrantibus sacerdotibus post consecrationem sacramentum recipere nolentibus dicitur de consecratione dist. ij. Relatũ est. Certum est q̃ hi qui sacrificantes non edunt/ rei sunt dominici sacramenti. ⁊ sequitur. Qui talis est cõlone vno ãno nouerit se repulsum. Omnibus ergo modis tenendum est vt quotiẽscũq; sacerdos corpus ⁊ sanguinem immolat totiẽs ꝓceptiõis corporis ⁊ sanguinis ꝑcipẽ se prebeat. Hoc autẽ / vez sacerdotem debere integre recipere hmõi eucharistie sacramentuz/ est intelligendum de sacerdote celebrante. quando enim cõicat non conficiendo seu celebrãdo/nõ recipit integre: sicut apparet in die parasceues in qua tñ recipit hostiam antea consecratam non sanguinem econuerso autem nunq̃ sanguis recipitur sine corpore consecrato. ¶ Tertium ⁊ vltimum/vez q̃ aliis communicantibus non ministratur hoc sacramentum integre apparet: q̃ hostia tñ sine cõsecrato sanguine ministratur. qõ fieri est ab ecclesia propter sanguinis effusionis cuitandum periculum ordinatum. ¶ Hec de secundo.

Quantũ ad tertium & vltimũ: dicendũ q̃ hmõi sacramenti perceptio non est de eius essentia. sed eius enim est de isto ⁊ secus de oñi alio sacramento. qñ quodcunq; sacramentum aliorum ab isto consistit precise in fieri: ꝓpter qõ vsus seu perceptio cuiuslibet est de ei⁹ essentia: imo ipsa ẽ tota essentia cuiuslibet sacramenti. nec enim baptismus existit nisi quando aliquis actualiter baptizatur/nec sacramentum baptismi est aliud q̃ receptio talis actus: ⁊ sic de quolibet aliorũ ab isto. Illud autem eucharistie sacramentum consistit non in fieri sed in esse. propter qõ eius receptio licet sit quid sacramentale non est tamen ipsum eucharistie sacramentuz nec aliquid ipsi intrinsecum: sed totaliter ipsi extrinsecum ⁊ ab eo penitus alienum. ¶ Qõ probatur. qñ illud non est de essentia sacramenti quo sublato manet tota essentia sacramenti. sed constat q̃ sublato vsu seu esu hmõi sacramenti manet eius tota ratio quantuz ad oia ad rationem pertinentia sacramẽti. antea enim q̃ sacerdos species panis ⁊ vini reciat/iam species huiusmodi sunt veraciter sacramentũ Christi corporis ⁊ sanguinis realiter contentiuum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. qñ perceptio hmõi sacramenti presupponit ipsuz huiusmodi sacramentum. cuius contrarium est de quolibet aliorum. sed qõ ꝑsupponit aliquid iam perfectuz/nõ potest esse ipsi intrinsecum cum sit eo posterius. cum igitur perceptio seu eius hmõi sacramenti sit ipso posterioꝛ consequens non potest de essentia ei⁹ poni. ¶ Sic ad q̃stionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum: q̃ quicunq; recipit quãcunq; sacramenti huiusmodi particulam: vere manducat Christi carnem ⁊ sanguinem: vt superi⁹ fuit dictum. Nõ tamen ex hoc est intelligendum nec inferendum q̃ quilibet debeat recipere integre hoc sacramentum vt formaliter acceptum: put vez est tale sensibile signum/ videlicet accidens panis ⁊ vini corporis ⁊ sanguinis differenter licet realiter contẽtiuũ. quare ꝛc.

Secundo quæro. vtrum sit mortale peccatum indigne percipere huiusmodi sacrum eucharistie sacramentum. ¶ Et videtur q̃ sic. quoniam secundum apostolum prime Corinth. xi. Quicunq; manducauerit ⁊ biberit indigne iudicium sibi manducat ⁊ bibit non diiudicans corpus domini. Sed constat hoc esse intelligendum de iudicio damnationis eterne: quo nullus est iudicandus nisi solum propter mortale peccatum. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia tante dignitatis est hoc sacramentum q̃ nullus potest digne recipere ipsum. sed nõ oñis recipiens ipsum peccat mortaliter. ergo recipere ipsuz indigne non est peccatum mortale. ¶ Responsio. vbi ẽ primo premittendum quis digne et quis indigne recipit huiusmodi sacramentum. Secundo est respondendum ad questum.

Quãtum ad primum: est dicendum q̃ omnis ille qui est in gratia/ digne recipit huiusmodi sacramentum: ⁊ econuerso omnis ille indigne qui caret gra. Et hoc est cõmune cuilibet alteri sacramẽto a penitentia ⁊ baptismo/ videlicet q̃ nullus aliquod aliorũ digne recipit ab his duob⁹ nisi qui in gratia existit. Et ratio huius est. qñ q̃libet sacramẽtoꝝ aliorꝝ a sacro penitentie ⁊ baptismi est ordinatum nõ ad conferendum primam gratiam sed ad augendum ipsam. sed omne q̃ est alicuius forme intensiuum in aliquo subiecto / ꝑsupponit formam ipsam preexistere in illo cui. nihil intendi possit anteq̃ sit. cum ergo tam eucharistie sacramentum q̃ quodlibet quatuoꝛ aliorum sit in quocunq; digne recipiente ipsum gratie intensiuum: per cõsequens sequitur quodlibet ipsoꝝ in illo presupponere gratie vel donum. ¶ Ex hoc sequitur: q̃ cuz nullus careat gratia nisi ex culpa originali vel mortali actuali: q̃ ꝓpter nullum aliud quodcunq; peccatum / puta veniale/ aliquis efficitur indignus ad recipiendum huiusmodi eucharistie sacramentum. omnis enim existens in gratia potest digne percipere hoc sacramentum. sed omnis carens culpa originali ⁊ omni mortali actuali/ esto q̃ haberet infinita venialia esset in gratia. ergo solus existens in originali ⁊ mortali culpa actuali est indignus percipere huiusmodi sacramentum. ¶ Confirmatur. quia omnis ille hoc sacramentum digne percipit qui per ipsum consequitur gratie augmentum. sed omnis sine culpa originali ⁊ mortali hoc sacramentum suscipiens consequitur augmẽtum gratie supernalis. ergo ꝛc. ¶ Sed nunquid si esset aliquis in puris naturalib⁹ carens oñi culpa ⁊ gratia/ talis posset digne recipere huiusmodi sacramentum? ¶ Videtur dicendum q̃ talis indigne reciperet contradictorie seu negatiue: attamẽ contrarie seu positiue nec digne reciperet nec indigne.

¶ Hoc apparet. quoniam positiue solus ille digne recipit qui est in gratia dei: & conuerso ille indigne recipit contrarie seu positiue qui est in odio seu in culpa. sed talis vt supponitur non esset in gratia nec in culpa. ergo nec positiue dignus existeret nec indignus. esset tamen negatiue indignus hoc est non dignus: quia gratia qua dlibz sic ẽ dign⁹/esset vt supponit spoliat⁹. ¶ Ex q̃ sequitur: q̃ dignior & deo acceptabilior est habens quecunq; peccata venialia sine aliquo mortali/q̃ esset talis q̃ nullum peccatum haberet. ¶ Hoc apparet. quia gratia superna hominem facit dignum ac deo acceptum. ergo omnis habens gratiam dignior est deoq; acceptabilior q̃ aliquis gratia ipsa carens. sed nullum peccatum habens supponitur carere gratia qua non careat alius/licz peccata venialia multa habens. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur: q̃ si aliquis talis esset/qui videlicet non haberet aliquam gratiam neq; culpaz: q̃ talis in recipiẽdo hoc sacramentũ peccaret mortaliter: cũ sine gratia nullus possit hoc sacramentum digne recipere: nec per cõsequens sine culpa. Et si forte talis ex diuino beneplacito posset hoc sacramentum digne recipere: & per ipm gratiam consequi: non tamen tantam recipere videtur quantam recipit/qui ipsum cum gratia & quacũq; alia venali culpa recipit,. ¶ Hoc apparet. quoniam quanto sacramentum recipiens est magis deo gratus tanto per ipsum ampliorem gratiam promeretur. sed constat omnem in gratia existentem esse magis quocunq; alio deo gratum. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quãtum ad secundum : patet cuilibet

catholico quid dicendum. Cõstat enim primo q̃ quicũq; hoc sacramentum digne recipit/gratiam recipit. Secũdo q̃ econuerso quicũq; alius mortalem culpam incurrit: qui videlicet ipsum indigne sumit. ¶ Primum apparet per illud Joan. vi. vbi Christus loquens de hoc sacramento dixit. Ego sum panis viuus qui de celo descẽdi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Sed ꝓstat q̃ nisi conferretur gratia per hoc sacramentum/nullus posset peruenire ad vitam eternam per ipsum. nec vicerẽt etiã vita mundi: cum nec vita mundi etiam spiritualis sit aliud q̃ dei gratia supernalis. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia q̃libẽt perfectionis in quolibet alio sacramento. non est in isto negandum: cum sit perfectius quolibet aliorum. sed per quodcunq; aliud sacramentum confertur gratie dei augmentum digne recipienti ipsum. ergo multo magis gratie augmentum confertur per huiusmodi eucharistie sacramentum. nisi enim per quodcunq; sacramentum conferretur gratie donum/frustra fuisset tale sacramentum diuinitus institutum. quare ꝛc. ¶ Secundum/ vez q̃ omnis indigne hoc sacramentũ recipiens sit mortaliter delinquẽs: apparet per apostolum primo Corinth. xi. Indigne autem recipit nõ tm ille qui est factus peccandi/puta in aliquo malo proposito interiori vel facto exteriori: sz etiã ille q̃ peccauit: de quo peccato commisso penitentiam non egit. sed quilibet talium caret gratia. ¶ Sed numq̃d de peccato commisso contritus non tamen cõfessus de facto licet in voto: quia nec habet cui valeat confiteri/potest recipere huiusmodi sacramẽtum? ¶ Respondeo q̃ posset si sibi constaret suum dolorem internum ad remissionem culpe sufficere sine sacramento penitentie concurrente. ¶ Hoc apparet. quoniam constat omnẽ a culpa absolutum & gratia informatum posse digne recipere huiusmodi eucharistie sacramẽtum. Sed quia hoc est dubium/vez talem internum dolorem ad remissionẽ culpe per se sufficere: quia forte est remissus: constat autem per fidem & certum est ipsum dolorem huiusmodi licet modicum & remissum ad hoc sufficere/videlicz culpe remissionem & gratie consequutionem secum sacramento penitentie concurrente: ergo cũ in dubijs semper sit via tutior eligenda: per consequens tutius & melius est cuilibet post peccatum commissum ab hoc sacramẽto abstinere q̃ ipsum recipere ante confessionis actum & absolutionis beneficium receptum siue penitentie sacramentum. ¶ Ex predictis sequitur corollarie. Primo: q̃ recipere hoc sacramentum nunq̃ est tm veniale peccatum. Secundo q̃ quicunq; ipsum recipit / aut gratiam diuinalem recipit: aut culpã mortalem incurrit. ¶ Primum apparet. quoniam eucharistie sacramentum recipiẽs digne recipit: aut indigne. Si digne/meretur gratiam: nec per consequens aliquam committit culpam cum per nullam culpam aliquis mereatur gratiam. si autem recipit indigne: peccat mortaliter nõ tm venialiter. ergo ꝛc. ¶ Ex eodem apparet & sequitur secundus cũ inter dignam hmõi sacramẽti perceptionem et indignam/nullum sit medium. quare ꝛc. ¶ Sz nũquid etiã indigne recipere aliud quodcunq; sacramẽtum ab isto est mortale peccatum? ¶ Videtur q̃ sic: licet de isto magis q̃ de aliquo alio sit expressum: & etiã istud indigne recipere sit grauius peccatum: quia videlicet est eminẽtius aliis omnibus sacramentis. & sicut hmõi sacramẽti indigna receptio est magis demeritoria: ita ecõtrario eius digna receptio videtur magis meritoria receptione digna cuiuscunq; alterius sacramenti. ¶ Q; autẽ sit mortale peccatum indigne recipere quodlibet sacramentum: ex hoc videtur posse probari. quoniam non videtur minus graue peccatum dei signum ab ipso institutum ad aliquid conferendum per ipsum frustra accipere / q̃ suum nomen in vanum accipere. sed nomen dei in vanum accipere/est mortale peccatum: quia contra secundum prime tabule preceptum. ergo ꝛc. Sed omne sacramentum est signum supernum diuinitus institutum ad gratiam conferendum per ipsum. ergo omnis qui tale signum frustra accipit/mortaliter delinquit. sed omnis qui indigne ipsum accipit frustra ipm recipit. Q; apparet. quia cum perceptio sacramenti sit ad cõsecutionem gratie ordinata/frustra sacramentum assumit qui per ipsum nullam gratiam accipit. frustra enim accipit signum qui non potest recipere eius signatum. Sed quodlibet sacramentum est signum gratie cõferẽ de per ipsum. hmõi autem signatum non potest consequi qui indigne percipit sacramentum. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur. quoniam sicut nomen dei in vanum assumere est nomini domini irreuerentiam facere: ita & sacramẽtum indigne recipere est tam sacramento q̃ etiam deo irreuerentiam exhibere. ¶ Q; apparet. quoniã sicut ille reueretur sacramentum & in illo deum qui per sacramẽtum vt per signum diuinitus institutum / querit eius signatum/puta gratie donum ad quod est diuinitus institutum: ita econuerso indigne recipiens/ipsum & deum leo in hoc spernit: q; eius signatum predictum/videlicet gratie donum per ipsum a deo non querit. omnis autez spernit signum & eius institutiuũ principium ad signandum/q̃ non q̃rit eius signatũ. ergo ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio patet solutio ex predictis. Quia licet nullus sit ex se dign⁹ huiusmodi sacramentum recipere: efficitur tamen dign⁹ diuina gratia mediante.

Sequitur Decima Distinctio.

Circa distinctionem decimamxin qua magister excludit errorem quorūdam hereticorum circa veritatez huiusmodi sacramenti / qui negabāt in hoc sacramento verum corpus Christi realiter contineri: Quero ꝓmo. vtrū ipse Christus vt homo verus sit de nouo absq; aliqua mutatione in isto eucharistie sacramento. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ qō localiter est mutatum / non retinet primum locum. sed Christus quādo ēt incipit ēe in isto sacramēto: nō desinit remanere ī celo nec per consequens dimittit primum locum propter hmōi sacramētum. ergo nec mutatur localiter quia in hoc sacramēto est nouiter: nec potest dici ꝙ mutetur aliter q̄ localiter. ergo ꝛc. ¶ Contra hoc arguitur. qm̄ omne existēs in aliquo loco nouiter / est mutatū localiter. ¶ Hoc apparet. quia nec aliquid esse localiter motum vl̄ mutatum est aliud q̄ ipsum ēe in aliquo loco modo / in quo non fuerat prius. sed Christus vt homo ē localiter mobilis ꝛ est nouiter in isto sacramento ꝛ eo mediante in mūdo cum ante ipsum huiusmodi sacramentum esset tm̄ ī celo. ergo ꝛc. ¶ Respōdeo. Vbi supposito sicut ex euāgelio a quolibet fideliuz est indubitāter ꝛ certitudinaliter supponendum / in isto eucharistie sacramento realiter contineri sub speciebus panis corpus / ꝛ sub speciebꝰ vini sanguinē Jesu Christi ꝛ sub vtriusq; ipsum deuz verum ꝛ hominem Christum totum: sic est procedendū. Primo enim excludam multiplicem dicendi modum. Secūdo dicam aliter ad questitum.

Quantum ad primum: fuit modus antiquorum dicentium q̄ Christꝰ non potest in hoc sacramento incipere esse sine aliqua sui mutatiōe / quia incipit esse propter mutationem siue conuersionem alterꝰ rez panis in ipsuz. semp enim vbi fuit terminꝰ a quo generationis vel cuiuscūq; alterius mutationis / ibi accepit esse ꝛ incipit terminus ad quem propter solam mutationem ipsius termini a quo in eum: sicut exemplificatur de aq̄ ex igne genita que est vbi antea erat ignis. sed in isto sacramento panis conuertitur in corꝰ Christi ꝛ vinum in sanguinem. ergo corpus ꝛ sanguis ratione conuersionis incipiunt esse sola mutatione aliorum in ipsa vbi antea erant illa. ¶ Sed contra hunc dicendi modum antiquorū arguit̄ dupl̄r. Primo. qi falsum accipit quando dicit corpus Christi vel sanguinem hic incipere esse vel existere virtute conuersionis. posset enī panis conuerti in corpus Christi in celo remanēs sicut prius: nec per consequens conuersionis terminum ad quem oportet esse vbi prius fuerat terminus a quo conuersiōis. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia si corpus Christi inciperet esse in speciebus panis virtute cōuersionis panis in ipsum / cōsimiliter esset sub eis sicut antea fuit panis. sed hoc est falsum: cum ipsum non sit extensiuz meis sicut fuit panis. ergo ꝛc. ¶ Secundo contra istum modum potest argui: quia non soluit dubium / esto ꝙ illud quod accipit esset verum. ¶ Hoc apparet. quoniaz non minus Christi corpus est mutatum quādo nouiter esse incipit sub panis accidentibus ipsa panis substantia desinente: q̄ si inciperet esse ibi / panis substantia remanente: concederetur ab eis fuisse mutatum: cuz non esset ibi per conuersionem alterius in ipsum. ergo nec propter mutationem hmōi alterius in ipsuz potest saluari nec probari ipsum non esse mutatum. ¶ Confirmatur. quia corpus nunc existens Rome ꝛ postea esse incipiēs Barchinone nō magis mutat̄ si Barchinone esse incipit absolute / q̄ si propter conuersionem alicuius ibi prius existētis incipiat esse ibi. ¶ Nec valet illud qō dicitur: ꝙ corpus in quod aliud conuertitur incipit esse vbi erat corpus cōuersum propter eius mutationem in ipsum. quoniam corpus quod in aliud conuertitur non mutatur: sed magis corpus ipsum in qō illud conuertitur. Qō apparet. quoniam illud proprie mutatur ꝛ mutari dicitur qō se habet aliter nunc q̄ prius. sed corpus conuersum cuz non sit aliquid non se habet aliter nunc q̄ prius. ipsum autem corpus in qō est conuersum se videtur habere aliter nunc q̄ prius: cum sit in loco in quo non erat primo. ergo ꝛc. ¶ Secundus modus dicendi subtilior modernorum est: ꝙ Christus incipit esse in hoc sacramento de nouo sine aliqua sui mutatione deperditiua cum aliqua tamen acquisitiua. ¶ Hic ꝓbatur. quoniam omne corpus acquirens aliquod vbi nouum non amittendo antiquum / est mutatum mutatione acquisitiua sine aliqua amissiua seu deperditiua. sed corpus Christi ꝓhoc ꝙ nouiter in sacramēto isto cē incipit / esse in celo vbi fuit antea non desistit. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia sicut non est intelligibile ꝙ aliq̄d careat aliquo qō prius habuit dn̄ mutatione deperditiua mutatum fuerit: ita nec ꝙ nouiter aliquid habeat sine aliqua mutatione acquisitiua. sed constat ꝙ Christus in sacramento eucharistie esse incipiens acquirit vbi qō prius nō habuit: nullus tamē antiquum qō ꝓius habuit amittit. nec enim localiter aliquod corpus motum de loco ad locum dimitteret locum primum propter secundum si simul posset existere in vtroq;: sed corpus Christi virtute dei posset esse ꝛ est in plurib⁹ locis simul: vt in alijs questionibus ostendetur. ergo per hoc ꝙ mutatur mutatione acquisitiua ad eucharistie sacramentuz / non oportet ipsum deserere primum locum / videlicet celum: nec per consequens mutatione deperditiua aliqua transmutari. ¶ Tunc igitur ponit ista opinio ꝙ corpus Christi non est in hoc sacramēto propter panis conuersionem: sed propter ipsius corporis localem acquisitiuam mutationem / cuius est alius terminus a cōuersionis termino. ipsa enim cōuersio ad Christi corporis substantiam / localis vero mutatio ad ipsiꝰ corporis realem presentiam in isto sacramento eucharistie terminatur. que quidem presentia corporis Christi aduenies per hunc motum est respectus extrinsecus aduenies de genere accidentis: nec per consequens est necessarius ad conuersionem panis in substantiam Christi corporis. ¶ Tertius modus dicēdi predicto appropinquans: sed tamen ab ipso aliquantulum discordans est ꝙ Christus potest nouiter incipere esse in hoc sacramento absq; aliqua sui mutatione tā deperditiua q̄ etiā acquisitiua / licet cum aliqua mutatione alicuius alterius ab ipso. ¶ Ad cuius euidentiam premittit: q̄ respectus simultatis quoruncunq; realiter distinctorum realiter sunt distincti. ¶ Hoc apparet. quia omnes respectus arguuntur realiter esse distincti ex distinctione fundamentorum reali. sed cōstat ꝙ panis accidentia vel vini ꝛ corpus vel sanguis Christi realiter sunt distincta. ergo alius respectus simultatis vel p̄sentialitatis est corporis Christi ad species panis: ꝛ alius ab illo realiter distinctus specierū seu accidentium panis ad corpus / vel vini ad sanguinez Jesu Christi. sed q̄rūcunq; realiter distinctorum quorum vnum non includitur ī alio cuiusmōi sunt ꝑdicti sibi ꝛ fieri. q̄ sine aliq̄ cōtradictione pōt esse corꝰ Christi insimul cū speciebꝰ panis respectu similitudinis siue p̄sentialitatis in speciebꝰ hmōi exīte ꝛ ad ipm̄ terminato absq; aliq̄ alio querso ī ipso exīte ꝛ ad species terminato. Ex quo sequit̄ ꝙ corꝰ xp̄i incipit nouit̄ esse in sacramēto absq; aliq̄ mutatiōe vcp

ditiue ꝛ etiã acquisitiua. cũ incipiat esse p̃sens ipsi / vez sacramento p̃sentialitate non in ipso: sed in sacrameto fundata ꝛ ad ipsum terminata. sicut deus ẽ in oĩ loco p̃sens p̃sentialitate nõ eius ad aliquẽ locũ: ꝫ cuiuslibet loci ad ip̃m. ¶ Ad Aug. Intelligit vbi dicit. Intelligamus deũ quãtũ possum⁹ sine quãtitate magnũ sine situ vbiq; p̃sentem. sicut eñ res dicit videri visione i ipsam nõ existente: sed ad ipsam terminata: ita non est inconueniens aliquid alicubi esse p̃sens p̃sentialitate ad ipsum terminata ꝛ in alio existente. ¶ Quart⁹ dicendi mod⁹ p̃dicto cõsimilis est: q; corpus Christi dupliciter potest esse in eucharistie sacramento / vez negatiue per remotionẽ realis distãtie / quã existens in celo habebat pt⁹ ad ipsum absq; positione respectus contrarij / puta propinquitatis. omnis enim forma potest per diuinam potentiam remoueri a subiecto: vel p̃suam contrariam vt etiam per priuationez nudam. ꝛ ita respectus distãtie Christi corporis ad eucharistie sacramentum potest tolli a corpore Christi: vel per solam eius destructionem: ꝛ tunc Christi corpus erit in eucharistia tm̃modo negatiue: vel p respectus contrarũ positionem: vez p̃sentialitatis vel ꝓpinquitatis: ꝛ tunc erit ibi alio modo / puta positiue. Si primo modo ponatur esse in eucharistia / vez negatiue / incipit nouiter esse ibi mediãte mutatiõe non acquisitiua: sed tm̃ deperditiua. Si aũt secũdo modo sit ibi / vez positiue: est ibi mediãte mutatione deperditiua distantie ꝛ acquisitiua propinquitatis ipsi contrarie. ¶ Quint⁹ modus dicendi est: q; ali⁹ est respectus corporis locati cõmensurati ad locum commensurãtẽ: et alius eiusdem locati corporis vt cõtẽti ad locum vt ipsum realiter ꝛtinentem. ꝛ ita alius respectus est commẽsuratio passiua qua corpus Christi cõmensurat celo ꝛ alius continentis passiua qua continet ab ipso. ¶ Ex quo sequitur q; vnus potest per diuinam potentiaz ab alio absolui: vt vez corpus commensuretur alicui loco ꝛ non contineat ab ipso: sicut ecõuerso potest ab ipo cõtineri ꝛ ipsi non commensurari: vt Christi corpus quod in eucharistia continetur / cui tamẽ non commẽsuratur. ¶ Tunc ergo dicitur: q; quãdo Christi corpus nouiter esse incipit in altari / absoluitur a respectu realis continentie quem prius habebat in celo: ꝛ manet tm̃ ibi p respectum cõmensurationis passiue: ꝛ incipit esse i eucharistie sacramento p respectũ alium quẽ amittit in celo / puta p respectum continentie passiue. ¶ Ex q̃ sequitur q; est in corpore Christi mutatio tam acquisitiua ꝙ deperditiua. ¶ Si aũt ponat q; nõ est in ipso mutatio / ni si tm̃ acquisitiua: hoc vt dicunt posset saluari isto modo vez vt diceret q; quando Christus ascendit in celum nõ acquisiuit ad celum aliquem respectum cõtinentie passiue ad ipsum: sed tm̃ respectum cõmensurationis passiue ita q; Christus sit in celo tm̃ quantuz ad cõmensurationis respectum: non autem quantũ ad aliquem respectũ continentie passiue. ¶ Ad si sic est / non positiue nec p̃ uatiue ipsum mutari oportet p hoc q; nouiter esse incipit in eucharistie sacramento.

Contra oẽs istos modos dicendi quatuor vltimos consimiles simul arguo. p̃mo. qm̃ omnes videntur supponere vnum falsum / puta q; corpus esse in loco dicat formam aliquam in re extra distinctã realiter ab extremis. Quã formam alij vocant simultatez: alij p̃sentiam seu ꝓpinquitatem: alij commensurationem: ꝛ alij passiuam continentiaz / vt ex predictis apparet. ¶ Q; aũtẽ hoc sit falsum / puta simultatem ꝛ propinquitatem ꝛ alia consimilia dicere distinctum aliquid ab extremis vt quibus dicantur talia in re extra: arguo p̃lo sic. Inter immediata nulla forma ab eis distincta media est ponenda. sed corpus ꝛ locus ꝛ quecunq; alia simul existentia seu vnita sunt immediata. ergo ꝛc. ¶ Si dicatur q; verũ est q; inter vnita immediate sicut inter corp⁹ Christi ꝛ eucharistie sacramentum non est res aliqua media absoluta sed bene relatiua / puta simultas ipsa: Contra. quia quanto medium ab extremis vnitis magis est distinctum: tanto extrema ipsa remotius sũt vnita. sed talis simultatis vel propinquitatis vel quẽcunq; vocetur respectus non minus immo magis secundũ ipsos distinguitur ab extremis ꝙ si poneretur forma aliqua absoluta. ergo ꝛc. ¶ Preterea aut huiusmodi eucharistie cum Christi corpore simultas vel propinquitas continentia seu presentia est immediate in ipsa eucharistia ꝛ simul cum ipsa ꝛ cum Christi corpore: vel non nisi alia mediante. Sed non põt poni secundum: quia tunc esset processus in infinitum in talibus respectibus. ergo primum. ¶ Ex quo tunc arguo sic. vnibilia siue simul existere possibilia magis distincta non possunt immediat⁹ vniri siue sint ꝙ vnibilia ꝛ sint possibilia min⁹ distincta. ꝫ huiusmodi distratio vel p̃sentialitatis respectus magis secundum ipsos distinguitur a Christi corpore ꝛ ab eucharistie sacramento: que duo ponuntur esse vnibilia: immo de facto vnita ꝛ simul existẽtia: ꝙ corpus differat a sacramento. ergo cum inter simultatem ꝛ aliquod horum nullum ponatur mediũ / nec inter vnũ ꝛ alterum est ponendum. ¶ Preterea si simultas ẽ aliqua res ab illis que dicuntur esse simul distincta: ꝛ distantia a distantibus: ergo inter illa que magis sunt simul est maior simultas: ꝛ inter magis remota maior distantia ꝛ ꝙ forma aliqua distincta realiter ab extremis distantibus ꝛ propinq̃. Sed hoc est falsum. ¶ Ad ꝓbatur. quia quanto aliqua sunt propinquiora et immediatiora tanto a se magis oĩe medium abiiciunt ꝛ excludunt. sed propinquitas vt dicunt non minus distinguitur realiter ab extremis propinquis / ꝙ distantia a distantibus. ergo non magis propinquiora excludunt a seipsis quanto propinquiora distantiam ꝙ propinquitatem maiorem. ¶ Confirmatur. quia quanto aliqua sunt propinquiora / ꝛ immediatiora / sed quãto inter aliqua est medium magis ab eis realiter distinctum / tanto illa sunt remotiora. ergo cuz propinquitas sit forma distincta realiter ab extremis propinquis / sicut distantia a distãtibus: sequitur q; sicut inter que est maior distantia illa sunt remotiora: ita ꝛ tanto similiter quecunq; erunt remotiora quanto erit maior propinquitas inter illa. quare ꝛc. ¶ Secundo q; inter extrema magis distantia non possit poni maior distantia tãꝙ forma aliqua absoluta distincta: ¶ Probo. quoniam forma huiusmodi si ponatur non potest produci naturaliter nisi ab extremis distantibus. sed non potest produci a fundamento: quia tunc vnũ ꝛ idem posset fieri in seipso ꝓducere infinita si essent ab ipso res distãtes infinite. ergo habz ꝙ duci in fundamẽto a termino. ¶ Ex quo arguo. qõlibz actiuũ principium limitatum quanto habet passiuz magis remotum tãto ꝑfectiorem potest in ipso introducere effectum. sed quelibet res creata est productiua distantie in alia re creata. ergo quãto aliqua magis distabunt tanto erit minor distantia inter ipsa: suppposito q; distantia huiusmodi sit forma aliqua positiua que ab vno distantium in alio sit producta. ¶ Confirmatur. quia siue huiusmodi distantia producatur a fundamento siue a termino / non est probabile q; maior producat sed minor vno extremorum magis distante ab altero / vt fundamento a termino. quare ꝛc. ¶ Preterea constat q; huiusmodi distantia si ponatur forma aliqua respectiua positiua / non minus distat a termino ꝙ suum fundamentum. aut ergo hmõi distantia distat a termio

semetipsa aut alia distantia mediante.sed nō pōt poni scōm.g primum.sed nō magis inter fundamētum ⁊ terminū oportet ponere medium q̄ inter distantiam ipaz ⁊ terminū a termino ipso nō min⁹ q̄ fundamētū localiter distantē/nec minus etiā realiē differentez. quare ꝛc. ¶Consimiliter potest argui contra ꝓpinquitatē ⁊ presentiam seu continentiam ⁊ simultatem ⁊ cōmēsuratonem.qm nullum horum dicit aliquid p se vnum distinctuz realiter ab extremis. ¶Secundo arguo contra quēlibet quatuor p̄dictorum modorum dicendi in speciali. Et primo contra primum ponentē Christum incipere esse in eucharistie sacramento p mutationem seu actionē acquisitiuam ad nouam Christo aduenientem p̄sentiaz terminatam.qm aut huiusmodi p̄sentia aduenit Christo immediate:aut alia presentia mediāte.sed non secūdum:qr tūc esset processus ī infinitū.ergo p̄muz.sed qua ratione Christus potest acquirere nouam p̄sentiam siue vbi immediate/eadem potest sine p̄sentia mediante seu vbi acquirere nouū locum:cuz locus etiā ipse nō magis secundum eos ponatur distingui a corpore q̄ huiusmodi p̄sentia siue vbi. ¶Preterea arguiē.huiusmodi p̄sentia corporis ad eucharistie sacramētū est aduentꝰ Christi corpori vt in celo remanenti nec alibi existenti: aut aduenit ipsi quia alibi nouiter existenti:aut absolute. ¶Si primum.ergo p ipsam corpus Christi non pōt poni nouiter existere in eucharistie sacramēto. ¶Probo.qm nullum corpus ab aliquo prius localiter separatum potest dici nouiter in illo existere presens precise propter aduentum alicuius rei ab ipso ⁊ ab alio realiter differentis. Sed hmōi presentialitatis respect⁹ est distinctus realiter a Christi corpore ⁊ ab eucharistie sacramento.ergo propter ipsum aduenientē corpori Christi a sacramēto eucharistie distanti nō potest ip̄m Christi corpus poni nouiter in eucharistie sacramēto. ¶Si autem ponatur secūdum/puta q̄ respectus hmōi adueniat ipsi vt in sacramento eucharistie existenti: idem sequitur.qm nihil est alicubi p formam p̄supponentem ipsum esse ibi.Sed si huiusmodi respectus aduenit Christi corpori vt in eucharistia existenti / existētia corporis in eucharistie sacramento est prior respectu isto.ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia licet sit posterior siue simultanum ipsum Christi corpus seipso immediate possit esse in eucharistie sacramento/non videtur q̄ sit in ipso p talem respectum medium ab ipso ⁊ a sacramento realiē distinctum.qm aut huiusmodi respectus est in sacramēto aut non.si non est in sacramēto:q̄ nec ipso mediāte corp⁹ est in sacramento.non videtur enim necessariū ponere corpus in sacramento existere mediante aliquo accidente ab ipso ⁊ a sacramēto realiter differentenec in ipso sacramento realiter existente. Si autem est in sacramento:aut igiē simul cū corpe:aut posteri⁹:aut pri⁹. Sz nullo horum modorum videē necessario oportere ponere p pter Christi corporis existentiam in sacramento in ipso respectum:nec aliquā rem quācūq; aliam a corpore existentē.non enim minus Christi corpus potest immediate existere in eucharistie sacramēto ablq; aliqua re alia ab ipsa precedente vel sequente / q̄ illa talis res puta p̄sentialitas ipsa: vel quecunq; alia que ponatur quare ꝛc. ¶Nō potest etiaz poni tertium/vez q̄ hmōi presentialitas adueniat Christi corpori absolute non vt in celo nec vt alibi existenti.Tū quia huiusmodi presentialitas scōm ponentes ipsam p̄supponit extrema esse vnita. Tum qr tūc sequeret⁹ q̄ hmōi p̄sentialitas posset esse in corpore distante a sacramēto eucharistie.Tuz etiam tertio quia nec per ipsam magis q̄ sine ipsa aliquid alteri esset p̄sens:⁊ alia multa sequunt absurda.q̄re ꝛc. ¶Secundo arguo contra secundum moduz dicēdi ponentem corpus Christi nouiter incipere esse ibi ꝓpter nouam presentiam sacramenti eucharistie ad corpus Christi realiter terminatā.qm aut huiusmodi p̄sentia terminat ad corpus Christi vt in celo existēs:aut vt absolute sumptū:aut vt in sacramento positum.Si primum.ergo ꝓpter ipsam nō est in eucharistie sacramēto nec enim Christi corpus existens in celo potest poni in terra propter aliquod accīs ab ipso corpore realiē distinctum. Si scōm/idē sequit.Et p̄firmat.qm propter talē p̄sentiam magis eucharistie sacramentum deberet dici incipere esse in celo in Christi corpore q̄ q̄ Christi corp⁹ incipiat esse in terra in ipso eucharistie sacramento.Si autem ponatur tertium:q̄ prius corpus Christi est ī eucharistie sacramēto q̄ sit talis respect⁹.q̄re ꝛc. ¶Preterea arguiē sic ad idem.corpus Christi potest manere in eucharistie sacramento destructa quacūq; re distincta ab ipso ⁊ ab eucharistie sacramento.nulla etiam re posita ab vtroq;/vez Christi corpore ⁊ ab eucharistia distincta realiter oportet necessario Christi corpus existere ī eucharistie sacramento.sed secundum eos p̄sentia seu simultas eucharistie ad Christi corpus distinguiē realiē tā a corpore q̄ ab eucharistia existente.ergo ipsa destructa potest Christi corpus manere ī eucharistie sacramē tonec per consequens ad hoc q̄ nouiter Christi corp⁹ in sacramento esse incipiat/ipsa necessario est ponenda cum etiam ipsa posita posset Christi corpus non existere in eucharistie sacramento. Non enim est verisimile q̄ ꝓpter aliquod accidens alicui creature aduentens ab ipsa realiter differens Christi corpus oporteat illi creature necessario esse p̄sens. ¶Cōfirmatē dupliciter. Primo.quia nulli creature Christi corpus oportet necessario esse presens.ergo potest fieri huiusmodi quā imaginantur presentia vel simultas sacramēti ad corp⁹ Christi/ cui simultati nō sit presens realiter corpus Christi. sed si simultati hmōi non sit presens nec eius fundamēto/videlicz eucharistie sacramēto/oportz ipz necessario esse presens.quare ꝛc. ¶Secundo.quia si corpus est in sacramento mediante tali simultate vel p̄sentialitate: constat q̄ etiam ipsum erit p̄sens tali huiusmodi simultati:⁊ non alia mediante:sed immediate.ergo ⁊ eadem ratione potest esse p̄sens immediate eucharistie sacramento omni simultate ⁊ alia re quacūq; distincta ab extremis realiter circumscripta.quare ꝛc. ¶Preterea non magis deus potest facere quecunq; visibilia simul destructa simultate vne vni⁹ ad alterum q̄ alia alteri⁹ ad ipsam.sed per te deus potest facere Christi corpus simul cum panis accidentibus sine simultate corporis ad ipsa.ergo ⁊ sine simultate conuersa.non ergo est necessario ponenda. ¶Confirmatur.quia si corpus Christi esset simul cum panis speciebus mediante vtroq; simultate p̄dicta non esset magis simul q̄ si tm̄ altera mediante.ergo necē ponatur cum eis of simultate circūscripta erit minus simul q̄ si ponatur simultate aliqua mediante. ¶Antecedens apparet.quia nec de⁹ est minus simul cum aliquo creato q̄ vnum creatum cuz alio cum tamen deus non sit simul cum aliquo secundum ipsos nisi vnica simultate/videlicet creati ad ipsum: non autē ipsi⁹ ad creatum.creata autem simul existētia vt dicūt sūt sīl mediāte dupliciē simultate.ergo ꝛc. ¶Nec valet illud quod dicunt/videlicet q̄ deus est hoc modo vbiq; presens/videlicet presentialitate cuiuscunq; ad ipsum terminata. hoc enim falsum est.non enim inter deum existentem in loco ⁊ locum oportet ponere vllu medium loci ad deum magis q̄ dei ad locum. ¶Et si queras quomodo ergo deus est vbiq;: Respōdeo q̄ sicut ponendo deum esse vbiq; mediante tali presentialitate cuiuslibet rei ad ipsum oportet ponere ipsum

esse in aliqua re immediate omni ꝓsentialitate circumscripta alia ab ipsa re in qua dicitur esse deus: nec enim potest dici q̄ sit in tali ꝓsentialitate mediante alia ꝓsentialitate: ita consimiliter potest poni ipsum esse immediate in quacūq; alia re ab ipso. ¶ Confirmatur. qm̄ nō videtur q̄ magis vnius rerum in quibus omnibus est deus ad ipsum q̄ alterius oporteat ponere aliquē respectum: maxime cum res omnes create in quibus omnib⁹ dicitur esse deus / a deo vniformiter quia totaliter sint distincte: sed si presentialitas alicuius rei ad deum est a deo ⁊ a re illa distinctū aliquid in re extra / in tali huiusmodi re / puta presentialitate / deus ipse erit realiter immediate presens. ergo ita potest poni ipsum esse immediate in alia re quacunq;. ¶ Nec valet illud quod additur q̄ deus est sine situ vbiq; ꝓsens. Deus enim esse sine situ presentem est ipsum nō esse vt corpus alicubi coextēsum siue cōmēsuratū: non autem est ipsum esse alicubi sine presentialitate eius ad locum: q̄ hoc modo oē corpus existens in loco est sine situ in ipso: cum nullum inter ipsum ⁊ locum medium sit ponendum. Nec situs dicit tale medium esto q̄ poneretur: sed tm̄ dicit ordinem partium locati ad partes loci: qđ nō est aliud q̄ partes locati partibus coexistere loci. hmōi autem coexistentia non est aliqua forma media in re extra: cū immediate partes locati corporis partibus coexistant loci. quare ⁊c. ¶ Tertio arguo contra tertium modum ponendi corpus Christi nouiter in sacramento esse incipere negatiue precise propter destructionem distantie: vel positiue propter positionē propinquitatis ꝓtrarie. ¶ Primo. quia supponit falsum / vez huiusmodi propinquitatis et distantie respectū dicere in re extra distinctuz aliquid ab extremis. ¶ Scōo. q̄ hoc supposito magis sequitur oppositum q̄ ꝓpositum / puta q̄ nec p̄ destructionē distantie nec per positionem propinquitatis contrarie oporteat Christi corpus existere in eucharistie sacramēto. qm̄ corpus Christi potest manere seu existere in eucharistie sacramento quocūq; remanēte ab ipso ⁊ ab eucharistia realiter differente / ⁊ sine quocunq; tali nouiter alicui aduenīente. sed secundum ipsos distantia ⁊ ꝓpinquitas sunt q̄dam accidentia a Christi corpore ⁊ ab eucharistia realiē distincta. ergo neutrū horū oportet destruere nec alteruz producere ad hoc q̄ Christi corpus incipiat nouiter i eucharistia existere. ergo nec ad hoc est necessaria distantie destructio nec propinquitatis ꝓductio. Sequitur ergo q̄ si hmōi propinq̄tas ⁊ distātia sunt aliqua ab extremis distincta q̄ Christi corpus potest incipere esse in eucharistia propinquitate non posita nec distantia circunscripta. quare ⁊c. ¶ Preterea q̄ro quomodo intelligis Christi corpus incipere esse i sacramento eucharistie ꝓpter destructionē distātie? Aut enim huiusmodi destructa distantia corpus Christi est tm̄ in celo sicut prius: vel alibi / puta in eucharistie sacramento. Si ꝑmum: ergo propter destructionem distātie non est in eucharistie sacramento: cū tm̄odo sit i celo. Si secundum: ergo nec ipsum corpus Christi est i eucharistie sacramento propter destructionem distantie: sed magis econuerso / quia corpus Christi incepit esse i sacramēto eucharistie / nō est destruct⁹ talis respect⁹ distantie: ita p̄ consequens corpus Christi non negatiue sed positiue erit realiē i eucharistie sacramēto. ¶ Preterea aut distantia hmōi destruitur quia corpus Christi in sacramento ponitur: aut econuerso quia distantia destruitur / corpus Christi in sacramento ponitur. sed si distantia est a distantibus distinctum aliquid in re extra neutrum p̄dictorum necessario est ponēdum. Vel si ponatur / sequit̄ ꝓpositum / vez q̄ nullo modo corpus Christi sit in sacramento eucharistie negatiue: sed tm̄odo positiue. ergo ⁊c. ¶ Probatio p̄me partis minoris. qm̄ si distantia corporis Christi a sacramēto eucharistie est ab vtroq; extremoz distincta / ipsa manente pōt Christi corpus existere in eucharistie sacramēto. nec eī ad existentiā corpis Christi in sacramento eucharistie oportz destrui aliquā rem creatā. ergo non ī quia corp⁹ Christi in hoc sacramēto ponit / necessario hmōi distātia destruit: nec econuerso q; ipa destruitur / corpus Christi i sacramēto necessario ponit. ad nulli⁹ eī rei create destructionē sequitur necessario corporis Christi existētia in eucharistie sacramēto. quare ⁊c. ¶ Scōa pars minoris apparet. qm̄ siue corp⁹ Christi ponit in sacramēto q; illa distātia destruit: siue econuerso q; corp⁹ i sacramēto ponit / nō illa distātia destruit: corpus ipm̄ necessario videt esse ponēdū positiue nō tm̄ negatiue in eucharistie sacramento. ¶ Qm̄ corp⁹ Christi esse negatiue in eucharistie sacramento non est aliud q̄ ipm̄ carere tali respectu distātie. sed tali respectu nō pōt carere q; est in ipso sacramēto eucharistie negatiue: cū idē nō sit subi⁹ cū ꝯ eadē ratione nō pōt esse in sacramento hmōi negatiue q; caret hmōi distātie respectu: cū nec etiā sit aliud / corpus Christi eē in eucharistie sacramēto negatiue / q̄ ipz carere respectu distātie. q̄ ⁊c. ¶ Et qm̄ dicit q̄ vnū ꝓtrariorz pōt tolli vel p̄ eius nudā remotionē vel p̄ alterius positionez / concedo. sed hmōi ꝓpinquitas ⁊ distātia nō sunt ꝓtraria vt ab extremis distincta: cum non dicāt vt sic aliqd in re extra. Vel si dicūt ⁊ ꝓtraria sunt / cōcedo a Christi corpore ab eucharistia distante posse hmōi distantiā manente ꝓpinquitate ⁊ sine ꝓpinquitate in ea posita remoueri: vel etiā ipm̄ posse manere ꝓpinquitate apposita: cum duo contraria possint forte p̄ diuinā potentiam esse simul. sed siue distantia a Christi corpore tollatur propter / siue mediante ꝓpinquitate in eo posita / ex hoc non necessario sequitur Christi corpus existere in eucharistie sacramento: cū ꝓpter nullum accidēs positū vel destructū aliqua alia prius diuisa seu separata necessario contingant. sed hmōi ꝓpinquitas ⁊ distantia ponuntur esse q̄dā accidentia distincta realiter a Christi corpore ⁊ ab eucharistia. ergo propter ipsa posita vel remota non oportet Christi corpus eē ꝓsens panis accidentibus a quibus antea erat distans. quare ⁊c. ¶ Quarto ⁊ vltimo contra quartum modum dicendi ponentem illum duplicez respectū ꝓmēsurationis ⁊ continentie passiue in corpore existente in loco / arguo ¶ Primo sic. q; accipit falsum ⁊ supponit sicut p̄cedentes / vez cōmensurationem hmōi ⁊ continentiā esse in re extra distinctum aliquid ab extremis. non oportet enim inter corpus loco cōmensuratū ⁊ locum ponere aliquē cōmensurationis vel continentie respectū a loco ⁊ a locato distinctum: cum omne corpus seipso sit locabile ⁊ loco commensurabile ipsiq; commensuretur in eo existens ac ab ipso contineatur / omni ab eo distincto loco videlicet ⁊ locato medio circunscripto. ¶ Confirmat. q; corpus commensurari loco non est aliud q̄ totum ipsum esse in toto loco ⁊ partez in parte. sed ad hoc non oportet inter ipsa aliquod ponere medium ab eis distinctum / puta hmōi commensurationis respectum. quoniam si talis respectus poneretur / esset commensuratiue / quia extensiue / in loco ⁊ locato: ⁊ non mediante aliquo respectu / sed immediate seipso. sed eadem ratione corpus locatum videtur in loco posse existere circūscriptiue vel alio modo sibi conuenienti immediate seipso quocunq; ab ipso ⁊ a loco alio circunscripto. quare ⁊c. ¶ Et quando dicitur q̄ corpus pōt esse cōtentū in aliq; ⁊ non circunscriptum: concedo sed ex hoc non sequitur. q̄ huiusmodi circunscriptio ⁊ continentia sint respect⁹ distincti realiē ab extremis. Ideo eī aliqd pōt eē ꝓtētū

in aliquo ꝛ non circumscriptū ab ipso/quis esse contentum in aliquo/vt hic sumitur/nō est aliud ꝫ ipsum realiter esse in eo:siue totū in toto ꝛ in qualibet eius parte/siue totū in toto ꝛ partes in partibus:qđ est commensurative esse in eo.ꝛ ideo qz in plus se habet ꝓtineri in aliquo ꝫ circumscribi ab ipso:cū circumscribi non sit aliud ꝫ contineri modo aliquo specialiꝫ:contineri autez se habeat vniuersaliter ad modum istum:ꝛ ad alium se extendat:ideo cōcedendū est non omne contētum esse circumscriptum:sed econuerso oīe circumscriptum ab aliquo esse contentum ab ipso. ¶ Ex quo videtur esse falsum illud qđ subdunt illi vicentes corpus Christi vel aliud quodcūq; in loco aliquo circumscriptum posse non esse ibi contentum. Impossibile enim est locum circūscribere corpus aliquod non contentum/licet possit continere non circumscriptum:cum possit continere aliquid̄ se totum ꝛ in qualibet parte eius. ¶ Ex ꝓdictis appet nō esse verum illud quod dicitur/vez corpus Christi acquisiuisse respectū aliquē cōmensurationis/non autez passiue continentie in celo.non enim in celo positum acquirunt per huiusmodi ascensum aliquid nisi celum. Concedo tamen ipsum contineri in celo ꝛ realiter circumscribi non aliquo alio a celo distincto realiꝫ et ab ipso. Esto etiam ꝙ sic esset:puta ꝙ eius circūscriptio ꝛ contmētia passiua essent forme distincte a celo realiter ꝛ ab ipo/ꝓbatum est supius ꝙ nec propter positionem nec propter destructionem alicuius forme accidentalis distincte realiter a Christi corpore ꝛ ab eucharistie sacramento Christi corpus habet esse in eucharistie sacramento. Et ideo falsuz est qđ dicit hic modus/corpus Christi incipere esse in eucharistia propter destructionē continentie passiue in celo/ꝛ per acquisitionem eius in eucharistie sacramento:quia nec etiam corpus Christi desinit contineri in celo ꝓ hoc ꝙ incipit cōtineri in eucharistie sacramento. ¶ Nec valet etiā vltimū qđ dicit/videliczꝙ Christi corpus potuit acquirere in celo respectū cōmensurationis sine respectu continentie:ꝛ ita incipere potest esse in eucharistie sacramento:continentiam in ipo acquirendo ꝛ in celo nihil amittendo. ¶ Primo.qz vt dictum est/a quocunq; corpus circumscribitur ꝛ continetur:licet non econuerso.sed corpus Christi a celo circumscribitur.ergo ꝛc. ¶ Secundo.qz aut corpus Christi acquirit precise hmōi contmētie respectū/aut acquirit ipsum cum eius termino/videlicet eucharistie sacramento /aut pōt sine ipso acquirere hmōi terminum puta eucharistie sacramentum. Si primum:ergo corpus Christi non est in eucharistie sacramēto.nihil enim primo distās ab aliquo est in eo quia habet aliquid seu acquirit distinctum realiter ab eo. Si secundum: sequit̄ tertium/videlicet ꝙ potest corpus Christi de nouo incipere esse in eucharistie sacramento omni tali respectu destructo.ꝙ enim corpus Christi nouiter acquirat ista duo distincta realiter/videlicet talem respectum et eius terminum qui est eucharistie sacramentum/hoc habet a deo.sed nullum est inconueniens deuz corpori Christi sicut ꝛ cuicunq; alteri dare vnum aliquid sine quocūq; ab illo realiter differente. Cum igitur talis continentia ponatur a sacramento eucharistie realiter esse distincta:potest Christi corpus diuina virtute continentiam huiusmodi acquirere sine acquisito eucharistie sacramento/ꝛ econuerso. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia huiusmodi contmentia Christi corporis in eucharistia aut precedit eius existētiam in ipa: aut est simul: aut sequit̄. Si ꝓcedit:ergo potest Christi corꝑ cōtineri in eucharistia ꝛ nō esse in ipa. Si est simul/aut posterior:ꝫ potest esse Christi corpus existēs in eucharistia sine tali contmentia ab ipso distincta.ꝫre ꝛc. ¶ Hec de ꝓblo.

Quantum ad secundū:vbi est aliter re

spondendū ad questū:dico ꝙ corpus Christi est de nouo in eucharistie sacramēto nihil ꝓter ipsum eucharistie sacramentum/in quo esse incipit/nouiter acquirendo: nec aliqđ prius habitū amittendo. ¶ Hoc ꝓbo.ꝛ primo ꝙ nihil acquirat ꝓter eucharistie sacrm.quonā nōmagis Christi corpus incipiens esse in sacro eucharistie oportet ꝓter ipsuz sacrm aliquid aliud acqrere/ꝫ corpus qōcūq; aliud motū localiter acqrat aliquid ꝓter locū ad quē nouiter est mutatū.sed per hoc ꝙ vnū corpus quodcūq; mouet nouiter naturaliter ad aliquē locū/nō acquirit nec ipsum oportet acqrere formā aliquā ꝓter locū. Qđ ꝓbat.quonā si dicatur ꝙ tamo acquirit vbi:qđ a loco distinguit̄ ꝛ locato:aut acquirit ipsum ante locuz/aut simul cum ipso/aut ipso acquisito.sed non potest poni primū.nullū ēns corpus pōt habere vbi naturaliter in aliquo loco ꝓius ꝫ fit in ipo. nec secundū nec tertiū.quia ad existentiā seu ꝓsentiā corporis in loco nō est necessarium simul esse nec sequi aliquod medīū inter ipsa distinctū realiter ab vtroq;.ꝫ ꝛc. ¶ Confirmatur.quia omne corpus mobile naturaliter videt posse acquirere quodcūq; sibi possibile preexistēs quocūq; nō ꝓexistente alio circūscripto.sed vbi ponitur esse forma corpus sequens vt in loco positū nō precedēs ꝫ ipso circumscripto nec aliquo modo posito potest corpus quodlibet mobile acquirere omnē locū sibi possibilem existentē.quare ꝛc. ¶ Ex quo infero corollarie:ꝙ ꝓ hoc ꝙ corpus qōcūq; locū in q̄ ꝑ fuit locatū dimittit nullā formā in eo prius existentē amittit. ¶ Hoc appet qm̄ nō magis qz locū in quo prius fuit deserit aliquam formā in eo preexistentē amittit/ꝫ quia locū nouū accipit formā aliquā nouā acquirit.sed ꝓ hoc ꝙ nouum locum accipit nullā formā nec aliquid ꝓter locum acqrit.ergo ꝛc. ¶ Confirmat.quia si omne corpus vnum locū dimittens ꝛ alium acquirēs vnā formā realē acquireret ꝛ alia perderet/in omni motu locali esset vera corruptio seu destructio:ꝛ vera ac realis production:qđ ponere nō oportet. Sic in ꝓposito:ꝓ hoc ꝙ Christi corꝑ esse incipit in eucharistie sacro nihil acquirit de nouo ꝓter ipsum in quo ponitur eucharistie sacramentū:vel saltē ad hoc ꝙ ibi nouiter esse incipiat non oportet ponere necessario ꝙ ipsi aliqđ aliud ab ipso sacramento/nec sacramento aliqđ aliud a Christo nouiter aduenit. qm̄ quicquid sit de alijs que de vno loco ad alium locū realiter ꝛ transferunt̄/saltē de corpore supernaturaliter locuz alicui vel quodcūq; aliud acquirēte / loquendo:nō videt ponere oportere ipsum acquirere formā aliquā necessario ꝓter illud ad quod supnaturaliter fuit motū.nullus enim apparet impossibile separata vnibilia posse vniri ꝛ vnum alteri applicari quocunq; ab eis distincto realiter circumscripto.sed corpus Christi diuisum et separatum a partis accidentibus potest cōungi eis.ꝫ nō est deo impossibile ipsum eis coniungere absq; aliqua forma ab eis distincta realiter resultāte. ¶ Sic igit appet primū/vez ꝙ Christus ꝓ hoc ꝙ in eucharistie sacramento esse incipit /non acquirit nisi tm̄modo ipsum eucharistie sacramētū. ¶ Secundū/vez ꝙ nihil amittat/appareat.qm̄ nullū corpus motū ad aliquē locū nouū amittit aliquid nisi deserat primū locū.sed corpus Christi sic in sacramēto isto nouiter esse incipit ꝙ ipm celū vbi erat prius /nō dimittit.ꝫ ꝛc. ¶ Cōfirmat.qz ū corꝑ Christi quādo in isto sacramento esse incipit aliqđ amittit/aut hoc est locus puta/vez celū ipsum/aut aliquod medius puta respectus aliquis celi ad ipsum/vel eius ad celuz. sed celum nō deserit:nec ꝓ cōsequēs oportet ipsuz amittere formā aliquā respectiuā:esto ꝙ ponat in ipso ad ce

ium vel in celo ad ipm. respectus enim locati ad locum vel loci ad locatū nō corrumpitur nisi ꝓpter diuisionē seu separationē ipsorum. ergo ꝛc. ¶ Tunc igit̄ est dicendum ꝙ corpus Christi incipit esse nouiter in hoc sacro nō sine sui mutatione ad locum siue ad eucharistie sacramentū: sed bene sine mutatione ad quodcūq; aliud positiuū ab ipso ꝛ a sacramēto distinctū. Et hoc mō illa opinio que ponit in ipso esse mutationē acquisitiuā siue perditiuam est vera: sic intelligēdo/ꝙ acquirit locū non ut puta eucharistie sacramentū nō dimittēdo antiquū vel ipsum celū: nō aūt intelligendo vt illa opinio accipit: ꝙ hmōi corpus Christi mutatio acquisitiua' sit ad formam aliquam respectiuam a sacramento distinctā. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio patet solutio ex predictis in corpore questionis.

SEcundo quæro: Vtrū quantus Christus est in celo tantus sit in isto eucharistie sacramēto. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ corpus idē numero in pluribus locis simul existens tantū est in vno quantuz in alio. alias idem esset maius et minus seipso. sed Christus tam quātū ad corpus ꝙ quantum ad alam ꝛ etiam ad diuinā essentiam est idem numero in celo ꝛ in isto sacramento. ergo ꝛ cet. ¶ Cōtra. quia omne quantū habet partē aliquā extra partem. sed corpus Christi/vt in isto sacramento/nō habet partem aliquā extra partē: cū sit in qualibet parte totū. ergo nō est in tpo aliquo mō quātū/nec ꝙ ꝑs tantum quantū in celo. ¶ Responsio. vbi primo videbitur quomodo Christus descendat de celo ad huiusmodi sacramentū/an vez transeundo an non transeundo p medū. ¶ Secundo respondebitur ad quesitum.

Quantum ad primum: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ corpus Christi descēdit ad eucharistie sacramentū in instanti. ¶ Hec apparet ex fide. Constat em̄ secundū fidei veritatē in vltimo instanti prolationis vltime litere verborū consecrationis esse realiter in eucharistie sacramento: cum tamē prius cēt sicut ꝛ tūc est in celo. quare ꝛc. ¶ Ex hoc cōcludit̄ corollarie a quibusdā: ꝙ necessario corpus manet i celo: licz esse incipiat in isto sacramēto. ¶ Hoc probāt. quoniam si ꝙ hoc ꝙ Christus hic cē incipit celū dimittit/aut hoc facit i eodez instanti quo hic esse incipit/aut in alio/aut in tēpore precedēti. Nō in eodē: qz tunc simul esset in celo ꝛ nō esset. sed nec in alio instanti ab isto quo hic esse incipit: qz tūc in tpe intermedio inter illud instans quo celum dimisit ꝛ illud quo hic cē incepit/nec fuisset in celo/nec in eucharistie sacro/nec in tēpore precedēti. qz tunc non in instanti sed successiue descēderet de celo ad istud eucharistie sacrm. ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est. ꝙ corpus Christi descendēs ad eucharistie sacrm modo quo descendit/vez in instanti/non potest transire p medium dimittendo ipsum ꝓpter acquisitū eucharistie sacrm. ¶ Hec apparet. qm̄ impossibile est vnum ꝛ idē esse i alio quo simul ꝛ nō esse. sed si corpus Christi veniēs in instanti ad eucharistie sacrm transiret p medium ꝛ dimitteret ipsum quando esse inciperet in eucharistie sacro: hoc sequerē euidenē/vez ꝙ ipsum Christi corpus esset in medio insimul ꝛ nō esset. ꝓbatio. quoniā cū Christi corpus veniat siue esse incipiat in sacro eucharistie in istanti: si ipsum transit p medium oportet ꝙ trāseat in instanti ꝛ in eodem in quo incipit esse in sacro. quoniā si i alio ad sacrm nō veniret in instanti sed successiue: sed vt supponit corpus Christi nō est simul in medio ꝛ in eucharistie sacro: qz statim vt est in sacro dimittit esse in medio ergo simul transit p medium: ꝛ p ꝑs est in ipso ꝛ nō est in ipso. hoc aūt est impossibile. ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est. ꝙ Christus esse incipiēs in instanti in hoc sacro pōt in eodē instanti esse in medio nō tamen transire p medium ipsum dimittendo/sed in ipso simul ꝛ in sacro manēdo. ¶ Hec apparet. quoniā idem corpus (vt in sequētib⁹ ostēdet) potest esse p diuinam potentiam in pluribus locis simul. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio est. ꝙ corpus Christi nō oportet transire p medium ad hoc ꝙ veni at ad extremū/vez ad ipsum in quo incipit esse eucharistie sacrm. ¶ Hec apparet. quoniā licet naturaliē nullum corpus nec aliquod ens possit se mutare de extremo in extremū nō transeūdo p medium/nō tñ hoc est impossibile apud deum. ¶ Hō probat. qm̄ quodcūq; posterius distinctum realiē a priori nec in eo inclusum potest fieri p diuinam potētiam sine ipso. sed corpus existens in medio motuz ab extremo est distinctū realiē a seipso vt existente in extremo alio ꝛ puus ipo. ꝙ nō est deo impossibile quodcunq; mobile de vno extremo facere in alio non faciendo ipsum in medio. ¶ Confirmat. quia nihil rēquisitum precise ad aliquid fiendū nō ad essendum deus necessario precxigit ad illud fiendum. ¶ Hoc apparet in exemplo de alteratione cōparata ad formā substātialē ipsa mediante introducendā: qz em̄ alteratio ꝑcia nō requirit ad eē forme substātialis: sz tñ ad fieri: ideo pōt supernaturaliē p diuinaz potentiā ois substātialis forma circunscripta qualibet alteratione ꝑcia introduci. sz eē mobile in medio non requirit ad esse ipsum in extremo sed tñ ad fieri seu mutari ad ipm vt existens in alio extremo. ꝙ ꝛc. ¶ Ex hoc videt ꝓcludendū ꝙ corpus Christi ita est in celo ꝛ in isto sacro ꝙ nō est ponendū ipz existere in medio. qm̄ si sic: aut sacramentaliē ꝛ diffinitiue/aut localiter ꝛ circūscriptiue. sed primo modo nō est ita si in eucharistie sacro. nec secūdo modo alibi ꝙ in celo. ꝙ ꝛc. ¶ Hec sequit̄/est in vtroq; extremo: ꝙ est i medio. qz vt probatū est/potest moueri ab extremo in extremum non transeundo p mediuz. ꝛ sic in ꝓposito: corpus Christi mouet de celo ad hmōi sacrm vt ad alterū extremuz non transeundo p medium/nec etiam dimittendo alterū locum extremum videlicet celum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum: dicitur ꝙ Christi corpus ita est magnum in hoc sacro sicut in celo. Cuius ratio est. qm̄ quantitas seu magnitudo corporis nō est aliud ꝙ ordo partium eius non in loco sed in toto: ꝙ vbicunq; corpus existēs habet eundem partiū ordinem in toto: ibi habet eandē numero quantitatē. sed Christi corpus habet in isto sacro eundē partiū ordinē in toto quem in celo: licet non habeat ordinē partiū in sacro: qz totum in toto ꝛ totum in qualibet ꝑte sua. ꝙ ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia esse magnum ꝛ occupare locum non sunt idem. ꝛta licet Christi corpus vt in celo occupet locuz ꝛ nō vt in sacro: nō sequit̄ quin ita magnū sit in sacro sicut in celo. ꝙ ꝛc. ¶ Cōtra istam opinionē arguo. Quero em̄ quid hic intelligit ꝙ ordinē partiū in toto. Aut enim ꝙ hmōi partiū ordinē intelligis aliquid a ꝑtibus distinctum/aut precise ꝑtes ipas vt extra seinuicē existentes non ꝙ aliquid eis appositum sed seipsis. Si primū/non potest poni. quocūq; em̄ distincto a re ꝑtes diuersas habente ꝛ ab eius ꝑtibus circūscripto/pōt vna partiū extra aliam existere: ꝛ p consequens determinatū situ seu ordinem ad alias habere. non em̄ magis ad hoc ꝙ ꝑtes alicuius totius sint extra se ꝛ p consequēs extense ꝛ ordinate: oportet ponere rem aliquam absolutā nec respectiuam ab eis distinctam/ꝙ ad hoc ꝙ omnes sint insimul nulla extra aliam existente. ergo sequit̄ ꝙ p huiusmodi ordinem partiū in toto nō sit aliud intelligenduz ꝙ totū ipsum habere ꝑtes extra seinuicē existentes ali-

qualiter ꝛ distãtes.sed corpus Christi in eucharistie sacramẽto nõ habet ptes distãtes siue extra seinuicẽ exĩtes:ergo nec vt ibi existens est quantũ. ¶Minor appet quia nullum corpus existẽs in aliquo toto ꝛ in qualibꝫ ptẽ eius totum/vt in tali existens est extensum/nec habet ptes aliquam extra ptẽ. ¶Hoc appet.qz habẽs ptẽ in aliquo extra ptem non potest totum existere nec existit in qualibet ptẽ eius.sed constat Christi corpus existere totum in tota eucharistia ꝛ in qualibet eius ptẽ.ꝯ ꝛc. ¶Si dicaꝫ q ideo totũ Christi corpus est in tota eucharistia ꝛ in qualibet eius ptẽ:quia non habet in ipsa ordinem partiũ/quẽ tamẽ habet in seipso:ꝛ p cõsequẽs est quantũ:cũ corpus dicaꝫ quantũ non propꝫ ordinem partiũ in loco/sed in toto. ¶Contra.quia vt dictũ est/ordo partium in toto nõ est nisi ipsum totũ habere ptes distantes ꝛ extra seinuicẽ existentes.sed omnes Christi corporis ptes sunt in sacro eucharistie simul existentes et a seinuicẽ penitus idistantes/alias non essent in qualibet ptẽ eucharistie oẽs simul.ergo ꝛc. ¶Confirmaꝫ.qz corpus Christi posset manere secũdũ esse quod habz in sacro eucharistie:nusq̃ alibi aliqũ aliud habens esse. ¶Ex quo tũc sic arguo.omne corpus habens ptes in ipso toto distantes potest esse circumscriptiue siue commensuratiue in loco.sed Christi corpus manẽs tm̃ secũdum esse qõ habet in eucharistie sacro/nullibi posset eẽ circumscriptiue siue commensuratiue.ergo hoc est qz vt sic nõ habet ptes distãtes siue extra seinuicẽ existẽtes.

Et ideo potlet dici aliter.Primo.q̃ illud idem omnino in re indistinctum corpus quod est in celo est in eucharistie sacro. ¶Scõo.q̃ hoc nõ obstãte ipm̃ corpus est quantũ vt est in celo/nõ autez vt est in eucharistie sacro. ¶Pumuz patet.quoniã Christi corpus nõ est nisi vnicũ tm̃.sed ipsum est in celo ꝛ in eucharistie sacramento.ergo ꝛc. ¶Confirmaꝫ.quia si corpus quod ẽ in eucharistie sacro est ĩ re distinctũ aliquo modo a corpore qõ est in celo/aut substantialiꝫ/aut accidẽtaliꝫ:qz vez vt in celo est cũ aliquo accidente ab ipso realiꝫ differente quo caret vt ĩ sacro eucharistie:vl̃ ecõuerso:qz vi deli cet vt in sacro habet aliquid quod non habet vt in celo.Sed pumũ non potest ponꝫquia corpus Christi ẽ tm̃ vnũ in qõ cõuertiꝫ substantia panis.illud aũt in hoc sacramẽto/puta sub panis accidentibus cõtinez/in qõ panis substantia est conuersa.ergo ꝛc.Nec potest poni secundũ:quia licet virtute conuersionis seu verborũ sacramẽtaliũ nõ sit ĩ hoc eucharistie sacro sub panis accidẽtib⁹ nisi tm̃mõ Christi corpus:tm̃ ola alia tez creata accidentalia q̃ substãtialia q̃ ẽt increata ipsi cõiuncta ponunꝫ existere p cõcomitãtiã.ergo si ideo in hoc sacro ponit existere anima Christi quia vnita corpori:eadem ratione ꝛ quodcũq; accidens corporis Christi in celo inherens ab ipso realiꝫ differens est etiã hic existẽs. quare ꝛc.Nec potest poni tertium. quoniam vt in precedẽtibus fuit dictũ:nihil Christi corpus p hoc q̃ existit in huiusmodi sacro acquirit de nouo nisi ipm̃ tm̃modo sacramentũ.Sic igit appet primũ/vez q̃ corpus Christi est in celo ꝛ in eucharistie sacro totaliꝫ in re extra tam substãtialr q̃ ẽt accidẽtaliꝫ idistinctũ. ¶Scõm/vez q̃ hoc non obstante ipm̃ corpus sit quantũ vt in celo/non autem vt in hoc sacro/ostendit ex hoc.qm̃ cũ quantum seu extensum non sit aliud q̃ habere ptes distantes extra seinuicem existentes:p consequens vbicuq; substãtia aliqua talis habet ptes sic distãtes/ibi vere dicit eẽ quanta:ꝛ ecõuerso vbi habet ptes penit⁹ indistãtes ibi nec quanta dicit nec extensa.sed corpus Christi in celo habet ptes sic distãtes:in hoc aũt sacro penitus indistãtes:cum sint insimul exĩtes.que enim simul existunt vi stare nõ possunt.ergo ꝛc. ¶Ex hoc sequiꝫ nõ esse concedendũ corpus Christi esse tantũ in sacramento quantũ est in celo.qm̃ qõ est tantũ alicubi quãtũ alibi/vtrobiq; est quãtũ ꝛ extẽsum.sed corpus Christi vt in sacro nõ est quantũ nec extensum:cũ ibi(vt dictũ est)habeat ptes totaliꝫ indistãtes.ergo ꝛc. ¶Dico tñ cũ hoc:q̃ hec est vera ꝛ catholica/corpus Christi quantũ est in eucharistie sacro.qm̃ corpus ipm̃ qõ est in eucharistie sacro/ẽ quãtũ ꝛ extensuz vt in celo.ergo si corpus qõ est in eucharistia est quãtũ/nõ videꝫ negandũ corpus quantũ esse ĩ eucharistia:licet sit negandũ corpus in eucharistia eẽ quãtũ. Aliud est eẽ dicere corpus in eucharistia esse quãtuz ꝛ aliud/corpus quãtũ eẽ in eucharistia. Sensus eñ prie ꝓpositõis ẽ q̃ corp⁹ Christi in eucharistia habeat ptes distantes.vbicũq; eñ aliqd ẽ quãtũ ibi ꝛ habet ptes distãtes.hoc aũt ẽ falsum:cũ ptes corpis xpi vt in eucharistia exĩtes nõ sint extra se exĩtes sed totaliꝫ indistãtes Sensus autẽ secunde ꝓpositionis:qua dicit corp⁹ xpi quantũ ẽ in eucharistie sacro:qz tũc nullibi esset quantũ/cũ nullibi haberet ptes distantes sed simul exĩtes. ¶Sed cõtra. quia corpus Christi ẽ in celo ꝛ in isto sacro tam substantialiꝫ q̃ accidentaliꝫ indistinctũ:ꝛ p ꝑs ẽ vtrobiq; est dez accidentib⁹ informatũ. Sed in celo est quãtitate informatũ quia quãtũ.ergo ꝛ in eucharistie sacro. ¶Respõdeo q̃ quantitas corporis Christi non ẽ a substãtia distinctũ aliquid in re extra:cũ nõ sit aliud q̃ eius ptes esse distantes. Partes aũt ipsius nõ distant seu extẽdũtur p aliquid eis additum:cũ oẽ ab eis alio circũscripto vna extra alia possit poni:ꝛ p cõsequẽs totum ipm̃ quantũ fieri seu extendi. ¶Tunc ergo concedo corpus Christi esse in sacro ꝛ in celo tam substãtialiꝫ q̃ accidẽtaliꝫ indistinctũ:ꝛ p cõsequens eisdẽ accidẽtibus informatum. Sed qñ addit q̃ in celo ẽ quãtitate informatũ. non ẽ verũ.nihil eñ informari dicit semel ipo.sed corp⁹ Christi in celo ẽ quantũ p seipm̃ non p aliquid ab ipso quocũq; in re extra distinctũ.eo eñ ipo quodlibet ẽ quãtum seu extensum quo habet ptes distantes:ptes aũt corporis Christi possunt p seipas esse distãtes quocũq; ab eis alio circũscripto.ꝛ sicut corp⁹ Christi ẽ ĩ celo quãtũ p seipsum nõ p aliquid sibi additum:ita ꝛ in eucharistie sacro põt esse ꝛ ẽ non quãtũ nullo alio a se priuatũ. eo esse ipso quo non habet ptes distãtes sed insimul exĩtes dicit nõ quãtũ.non habere aũt ptes distantes nõ ẽ ipsum esse priuatũ aliquo a partibus distincto:cum nec partiũ extensio fiat p aliquid partibus appositum. Et ita nihil ẽ positiuũ in corpore vt ptes distãtes seu extẽsao habẽte ꝛ p ꝑs quãto:qõ nõ sit in ipo eisdẽ partes indistantes habentes:ꝛ p cõsequẽs nõ quãto.quare ꝛc.

Quia tamen iste modus dicẽdi est insolitus/nec ab aliquibus reputaꝫ tutus:ideo tenẽdo viã cõmuniorem/puta q̃ corpus Christi ẽ quantũ in eucharistie sacro:sicut ꝛ in celo:põt dici cõsequenter q̃ tantũ ẽ in hoc sacro quãtũ ꝛ in celo.nec eñ ẽ in hoc sacro alia quantitate quantũ ab illa qua est quantũ in celo. ¶Et qñ dicit q̃ in sacro non habet partes distãtes/cũ oẽs sint insimul exĩtes:põt dici q̃ corpus Christi habere ĩ sacro ptes distãtes/põt ĩtelligi dupliciter. Uno modo q̃ sint ptes distantes in sacro. Alio modo/q̃ distent in ipso toto. Pumo modo oportet concedere ipsas esse indistantes:cum omnes sint in qualibet parte sacri eucharistie insimul exĩtes. Secũdo autem modo sunt distantes.nõ eñ sequiꝫ:ptes corporis Christi sunt indistãtes

in sacramẽto:ergo ẽ in toto.sicut enim ptes corporis alia informati:licet ab alia sint indistantes:cũ ipsa sit tota in toto corpore ẽ in qualibet etius pte:inter se tñ abinuicez sunt distantes:ita ẽ in proposito dicerẽt:q licet partes corporis in sacramẽto exñtis nõ distent in sacramento quia oẽs simul sunt in qualibet eius ꝑte:distant tñ in toto.ipsum autẽ totũ non dicit quantũ seu extensum qz partes eius sunt distantes in loco seu in quocunq alio ab ipso toto cuius dicunt esse partes/sed tñ quia sunt distantes in ipso toto.nec sequit:distant in toto:ergo distant in loco/puta in eucharistie sacramento.qñ sacramentum eucharistie ẽ eius ptes a Christi corpore ẽ ab eiꝰ partibꝰ distinguunt: ẽ ideo non est inconueniens nec deo impossibile partes Christi corporis esse in sacramẽto indistantes/ẽ in toto a sacro alio distãtes.Et ideo sicut ista cõcedit:corpus quantũ seu extensum ab alia informat/vel alia est in extenso corpore siue quanto:ita videt ẽt cõcedẽdũ/corpus Christi in sacro eucharistie ẽ quantũ.¶Et qñ arguit.q corpus non põt esse quantũ vbi nõ habet ptes extẽsas seu distãtes:Hoc põt negari. quia corpꝰ quantũ.vbicũq sit ẽ quantũ:põt aũt esse alicubi vbi eiꝰ ptes sunt indistãtes nõ in toto sed i illo vbi sunt:sicut ptes corporis sunt indistãtes ab alia:cũ tñ cõcedat aiam ipsam informare realiter corpus quantuz. ergo sicut cõcedit aiam existere in corpore quanto:cũ tamẽ eius partes sint ab alia indistantes:ita põt dici ẽ cõcdi corpus eẽ in aliq quãtũ/puta in sacro:licz abeiꝰ partibꝰ sint ptes corporis idistãtes.¶Sed mirũ videtur quomodo in sacro ptes corporis Christi abinuicem possunt esse distantes:cũ oẽs sint in qualibet parte eucharistie exñtes.Hec illo qõ adducit de anima ẽ corpore informato videt ad ꝓpositũ facere.licet enim oẽs corporis ptes informent eadẽ aia:sic tamẽ inter se distant q vbi ẽ vna nõ ẽ alia:nec minus distent quia informantur eadẽ anima q̃ si nõ informarent ipsa:cum anima ipsa corpus qõ informat quantũ ẽ extensum ꝑ cõsequẽs ꝓsupponat.Sed in ꝓposito aliter esse videt:cũ nec sacramentũ in quo existit Christi corpus sacrũ/ipsuz corpus esse extẽsum sed magis inextensuz ꝓsupponere videat.¶Preterea quomodocũq dicatur:est dubium quomodo corpus Christi põt esse totum in tota hostia ẽ totum in qualibet eius parte:cũ hic modus essendi i re aliqua corpali ẽ extensa sit tñ rei incorpalis:sicut contrarius modus essendi/puta cõmensurative siue circunscriptiue/sit modus essendi rei corporalis.sed nõ magis video modũ essendi rei incorpalis posse ꝓpetere rei corpali:q̃ ecõuerso modus essendi rei corpalis possit cõuenire rei incorpali.constat aũt esse impossibile rem aliquã corporalẽ esse in aliquo circunscriptiue.ergo ẽc.¶Ad hoc respondet:q licet Christi corpus sit in tota eucharistia ẽ in qualibet eius pte:non tamen habet modũ essendi rei spiritualis propter hoc puta angeli i loco corporali aliquo exñtis.qñ angelus vel aia exñs in re aliqua corporali /sic est tota in illa re ẽ in qualibet eius pte:q respectus eius ad hmõi rem corpalẽ est vnicus et indiuisibilis.Corpꝰ aũt exñs in re aliqua corpali ẽ in qualibz eius parte/aut existit in ipsa ratiõe partiũ suarũ/aut ꝓmo ratione totius.Si ꝓmuz:quot sunt in ipso ptes tot sunt respectus ipsarũ ad rem illam in qua oẽs existunt/ẽ ad quãlibet pteꝛ.Si secũdũ/licet sit vnus respectus eiꝰ totalis/ẽ tamen diuisibilis ẽ extensus.quare ẽc.

Sed hic modus dicẽdi omnino irrationabilis esse videt.Primo.quia accipit falsum. Secundo.qz nõ soluit dubiũ.¶Falsum qõ accipit est:qz inter locũ ẽ locatũ tales respect9 ponit quos ponere nõ oportet:vt superius in questione alias est ꝓbatũ.¶Secũdo. esto q ponant/ꝓpter ipsos dubiũ nõ soluit supradictuz qñ hmõi respectus cuiuscũq exñtis in loco ad ipsum ꝓ supponunt fundamentũ ipsoꝝ/vez locatũ existere in loco/ẽ modũ sibi debitũ exñdi:ergo diuersitas talium respectuum non ẽ diuersitas modoꝝ exñdi nec causa ipsorum/sed magis ecõuerso diuersitas modoꝝ exñdi videtur esse causa diuersitatis respectuum talium/si ponãtur. sed in ꝓposito res corpalis ẽ incorpalis habẽt cũdẽ extendi modũ in aliqua re extensa quantũ ad hoc q tam corpalis q̃ incorpalis ẽ in tota re extensa ẽ in qualibet parte eiꝰ:ergo magis deberet argui inter talia unitas q̃ diuersitas respectuum si poneret.¶Cõfirmat. quia res non existit in aliquo quia habet respectuz ad illud sed ecõuerso quia ẽ in aliquo habet/si habet/respectuz ad ipsum:ergo q̃ uniformiter existunt in aliqbus eiusdẽ rationis habent ad illa respectus similes ẽ eiusdem rationis.sed corpus Christi uniformiter existit in hoc sacramento sicut ibi existeret angelus si esset in eo:quia vez totũ in toto ẽ in qualibet eiꝰ pte.ergo ẽc.¶Et ideo aliter ad dubiũ hmõi ẽ dicendum.¶Et ꝓmo posset dici q ideo res incorpalis ẽ in qualibet parte corpis tota quia non habet partẽ ẽ partem :sed consistit in indiuisibili:ꝓpter qõ nõ põt esse in aliquo nisi tota. ꝓpter eiꝰ cõtrariam rationem res corpalis põt esse in aliquo secundũ aliquã partẽ tñ/qz vez habet plures partes distãtes ẽ extra seinuicẽ exñtes.ad hoc enim q res aliqua possit esse in aliquo secũdũ aliqd suum/nõ sufficit q habeat plures partes:sed oportet q habeat eas distãtes si enim habeat eas,indistantes:nõ magis põt esse in aliquo secundũ earuz aliquã tñ q̃ si esse eius consisteret in indiuisibili q̃libet parte earẽ.¶Tũc ergo ad ꝓpositũ qñ dicit q res corpalis nõ põt habere modũ essendi rei incorpalis diceret/q verũ ẽ de re corpali vt extensa manente ẽ ptes distantes habente:non autem de re corporea cuius partes sunt indistantes:nec ꝓ cõsequẽs plus extẽse in aliq̃ q̃ sit res incorpalis seu spiritualis:sicut est in ꝓposito de Christi corpe,vt in eucharistia exñte:vbi eius partes nõ plus distant abinuicẽ q̃ alia vel q̃ cunq res alia incorporea a seipa.¶Secundo põt dici aliter:tenẽdo q Christi corpus i eucharistia sit extẽsuz ẽ quãtũ sicut in celo:vez q rem corporeã seu extensam habere modũ essendi rei spiritualis:nõ est aliud q̃ ipaz totã secundũ oẽs suas partes licet inter se distãtes esse simul in aliquo ẽ in qualibet eius parte.rẽ autem spũalem habere modũ essendi rei corporee ẽ extense/ est ipsam existere secundũ aliquid sui in aliqua parte quanti: ẽ secundum aliquid in aliqua parte contigua illi.sed res spũalis non põt habere partes:ergo impossibile est ipsam commensurari alicui rei quãte:nec ꝓ põs eiꝰ habere modũ essendi.licet aũt sit impossibile rem spũalez partes habere extensas:cuz nullas habere valeat:nõ ẽ tñ impossibile rem corpalẽ partes diuersas habentem habere ipsas indistantes p̃cise vel distãtes inter se siue in toto cuius sunt ptes:ẽ in aliquo alio a toto ẽ in eius parte qualibet infimẽ exñtes.Non enim videt ꝑ possibiliꝰ partes totius in toto ipso distantes vt partes corporis Christi esse in aliquo alio corpore/puta in sacramẽto eucharistie exñtes:ẽ ꝓ cõsequẽs indistantes:q̃ duo corpora quorũ vnũ esset in vno loco extremo ẽ alterũ in alio: ẽ ꝓ cõsequẽs distantia :esse simul in loco intermedio:ẽ ꝓ cõsequens respectu illius indistãtis.sicut enim duo corpora inter se distantia respectu locoꝝ extremoꝝ in quorũ vnũ est vnũ ẽ in altero reliquũ:ꝑhit esse ꝓximã potẽtiã indistantie respectu loci intermedij i quo insimul licet distantia possint esse ita eadem virtute partes alicuius totius in toto distantes videntur posse esse in aliquo alio abillo toto insimul exñtes ẽ ꝓ põs indistãtes.

quare ꝛc. ¶ Sic ad ꝗstionē. ¶ Ad rationes in ꝓncipio quādo dicit ꝙ corpus Christi non habet partē extra ꝓtem in eucharistie sacramento: Respondeo ꝙ verus est. habet tamen in se partem extra partem: ⁊ per cōsequēs ipm tantū quātū in celo est/in ipo eucharistie sacro est.

TErtio quæro. Vtrum plura corpora possint simꝫ existere i eodē loco. ¶ Et videt ꝙ sic. quia nihil impossibile fuit vnq̄ de facto. sed pluries fuerūt de facto plura corpora in eodē loco/vt in questiōe ista inferius apparebit. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia oīe corpus replet ⁊ occupat locū in quo existit. sed impossibile est eūdē locū a pluribꝰ simul sic totaliter occupari ꝙ a quolibet ipsoꝝ totalit̄ repleat ⁊ occupet. ergo ꝛc. ¶ Respōdeo. vbi ꝓlo dicā ad questū/vtrū an plura corpora possint simul esse i eodem loco. Secūdo. supposito ꝙ sic ꝓ fidē tm: inquiram modum ꝓpriū possibilem existendi/videlicet an circūscriptiue an diffinitiue possint esse i ipso.

Quātum ad primum: prēmitto ꝙ plura corpa in eodē loco existē dupliciter pōt esse. ¶ Ad cuius euidentiā est sciendū: ꝙ corpus pōt esse in loco/vel diffinitiue tm/vel circūscriptiue ⁊ diffinitiue simꝫ. Oīne ei qđ est in loco circūscriptiue/est in ipso diffinitiue: licꝫ nō ecōuerso. Esse enim in loco diffinitiue est esse i aliquo loco determinato. In quo dupliciter potest esse corpus. Uno mō naturaliter sic ꝙ totū sit in toto loco/⁊ partes in partibus. ⁊ hoc est esse circumscriptiue seu commensuratiue ⁊ situaliter in loco. Alio modo supnaturaliter sic ꝙ totū sit in toto ⁊ in qualibet parte eius/modo quo ala est in corpore ⁊ res q̄libet spiritualis in re corporea ⁊ extensa: ⁊ hoc est esse in loco diffinitiue tm. ¶ Hoc premisso pono vnā ꝓclusionē q̄ est certa of cat holico. ꝙ plura corpora possunt esse in eodē loco simul ꝓ diuinā potētiā. ¶ Hec cōclusio ꝓbat multipliciter a diuersis. Primo eīm ꝓbant aliqui ipsaꝝ: qz corpora nō sunt incōpossibilia nisi ꝓpter eoꝝ materialitatē. ⁊ grossitiē seu corpulentiā. sed talibus possunt ꝓ diuinā potētiā ꝓuari: sicut ⁊ ꝓ dotē subtilitatis ꝓuant corpora beatoꝝ. ꝯ ꝛc. ¶ Secūdo alij ꝓbāt ꝓ hoc: quia duo corpora esse in eodē loco/est ipsa habere candē positionē in numero: que quidē positio in loco est ꝓpria passio quātitatis. sed diuina virtute nō aliqua creata pōt multiplicari subiectū non multiplicata eius ꝓpria passiōe. ergo ⁊ corpora quāta in loco non multiplicata positione. ergo ꝛc. ¶ Tertio. alij ꝓbant ꝓ hoc. quia diuersitas positiōis siue situs in celis est causa (vt dicūt) diuersitatis numeralis vnius quātitatis ab alia. sed deꝰ pōt separare effectū a ꝓpria eius causa. ergo diuina virtute pōt esse numeralis corporū diuersitas sine distinctione situū. ergo plura corpora possunt esse simul. ¶ Quarto alij ꝓbant ꝓ cōtrariū dicentes ꝙ corpus locatū est causa sue positionis in loco. deus aūt solus potest causam oēm ab eius effectu ꝓprio separare. sed plura corpora esse simul est ipsa pluraꝝ ꝓpria ⁊ distincta positiōe localī. ꝯ ꝛc. ¶ Quinto alij ꝓbāt ꝓ hoc: ꝙ sola formalitas opposita/cuiusmōi sunt (vt dicūt) ꝓtradictorie ⁊ ꝓductiue opposita sunt simpliciter incōpossibilia. licꝫ due quātitates nō sunt formaliter/licꝫ tm modo virtualiter repugnātes: sicut etiā repugnāt duo vbi respectu eiusdē loci/ꝓ quāto vnū includit negationē alterius. ergo ꝛc. ¶ Sexto alij arguūt ꝓ hoc ꝙ duo corpa vel plura (vt dicūt) nō repugnāt i eodē loco nisi ꝓpter plures repletiones. impossibile eīm est eundē locuꝫ plures habere repletiones. sed cū repletio sit effectus corporis in loco exīstis: deus pōt facere corpus in loco repletione hmōi circūscripta. ꝯ ꝛc. ¶ Septio alij ꝓbāt ꝓ hoc: ꝙ respectus pōt multiplicari nō multiplicatis respectu eiusdē termini fundamētis. Sed plura corpora esse in eodē loco nō est aliud q̄ ipsa habere diuersa vbi: q̄ sunt respect⁹ extrinseci aduenientes ad eundē terminū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat. qz nō minus tales respectus extrinseci aduenientes vident respectu eiusdē termini eē multiplicabiles ꝙ alij intrinsec⁹ aduenientes. licꝫ cōstat istos posse multiplicari/vt apparet de pluribꝰ albis eidē albo sibꝰ pluribꝰ similitudinibꝰ. ꝯ ꝛc. ¶ Oppositum alij ꝓbāt ꝓ hoc. qz rō ꝓcisa ipossibilitatis pluriū corporū in eodē loco/ē ordo situalis ꝓtū vnuersi. licꝫ cōtra istū ordinē/cū sit ordo accīdentalis nō essentialis/pōt deus facere. ꝯ ꝛc. ¶ Sz ꝓdicte rōnes nō ꝓcludūt/vt ptz ꝓ singlas diuisim currēdo. ¶ Prima eīm rō de tilla corpulētia ⁊ grossitie accipit duplex falsum. Primū ē. ꝙ ratio repugnātie corporū in eodē loco sit aliqđ aliud a quātitate/puta talis corpulētia: quā dicūt posse separari ꝓ diuinā ofpotētiā a corpe quāto. Secūdū falsum est/ꝙ corpa brēuiter ꝓuenīt aliqua materialitate seu grossitie corpali. nō eīm corpus gloriosum est minus imo aliqđ erit maius ⁊ ꝓpter corpulentius ꝙ fuerit nō gloriosum: vt oīne illud qđ fuit in vita pūri i quātitate notabili defectuosuꝫ. qđ aūt ē maius/est ⁊ corpulētior. nisi ꝓ corpulentiā hmōi intelligāt: sicut ⁊ vident intelligere/aliquā qualitatē: q̄ nō pōt ē rō repugnātie simultatis corporū in eodē loco: cū nec sit rō circūscriptiue essendi i ipo. q̄re ꝛc. ¶ Secūdo etiā ꝓdicta rō deficit. qm̄ Christi corpus nō glorificatū nec aliq̄ corpulētia spoliatū sibi debite exiuit vterū ꝟ gmalēs: quo exitu stat fuisse plura corpa nō gloriosa in simul i eodem q̄re ꝛc. ¶ Secūdo ꝓtra secūdam rationē arguo. Primo. qz falsum est qđ assumit/vtrū positionē esse passionē ꝓpriā quātitatis: ⁊ ꝙ duo corpa eē in eodē est ea habere eūdē positionē in loco. ꝓ hmōi ei positionē nō pōt intelligi nec ab eis intelligit forma aliq̄ absoluta sed respectiua. talis aūt pōt multiplicari respectu eiusdē termini fundamētis multiplicati. ⁊ ideo loco vno exīte positionē hmōi terminate tot poterūt poni positiones quot corpora in eodē loco erūt. ¶ Cōfirmat. qz maior est vnitas accīdentū in eodē subiecto/vt saltē nō minor ꝙ vnitas corporū in eodē loco. Sed plura accīdentia eē simul in eodem subiecto/nō est ipa habere eandē inherētiā ad subiectū ergo nec plura corpora esse in eodē loco erit ipa habere eandē positionē in loco eodē. ¶ Preterea: qz siue in loco sit tm vnū corpus/siue plura: corpus ad locū/nec loci ad corpus locatū non oportet ponere formā aliquā media in re extra. quare ꝛc. ¶ Tertia etiā ratio non valet: Primo. qz assumit falsum/puta ꝙ diuersitas situs sit cā diuersitatis numeralis corporū. hoc eīm nō ē verū: tū qz talis sit⁹ siue ordo ꝓtū locati ad locū nō est distinctum aliqđ ab extremis: vel si est/posterior est corpe ipsiꝫ accidit. tū qz idē corpus in numero pōt in pluribus locis esse ⁊ ꝓ ꝓpīs diuersos situs habere: qđ nō eēt verū/si sit⁹ esset cā sui nūeralis vnitatis ⁊ diuersitatis ab aliis. ꝯ ꝛc. ¶ Secūdo. qz esto ꝙ hoc assumptū esset verū/nō habere rei intētū. qm̄ vt ꝓdictū ē/quot corpora sunt in loco tot habēt ⁊ habere possunt sit⁹ in ipo. intelligēdo vt intelligūnt hmōi situs respect⁹. ⁊ ita plura corpa facere i eodē loco insimul eē/nō est vt ipsi accipiūt separe aliquē effectū a ꝓpria sua cā/puta diuersitatē numeralē corporū a diuersitate situū. quare ꝛc. ¶ Quarta etiaꝫ rō que accipit ꝓtrariū/vtrū ꝙ plura corpa simul eē est ipa ꝓpria ꝓprio effectu/puta distincta positione localī: nō ꝓcludit. Primo. qz falsum est qđ accipit/cū dicit positionē esse effectū corpis in loco exīstis. Secūdo. quia esto ꝙ verū sit: nō oportet corpa in eodē loco exīstia ꝓpria aliqua forma tali/cū ad eūdē finē (vt dictū ē) possint eē plurime tales forme. Tertio. quia esto ꝙ hoc eēt verū: per

hoc nō haberet q plura corpora essent in eodē loco insi mul ponitur. nihil enī est in loco ponitur realr p hoc q ponat forma aliqua quā natū est habere in loco: immo ex hoc magis esset arguēdū ipm nō eē in loco. ¶ Cōfir mat. qr sicut vnū corp⁹ in plurib⁹ locis simt exīs nō p̄ sunt in aliquo loco illox aliq; nec habet amplī ꝙ habe ret in ipo/si tm existeret in eo: ita nec plura corpora p di uinam potentiā simul existentia in eodē ponant aliquo in loco illo qō haberet eox alterū si in ipo existeret sine alio p se tm. ¶ Quinta etiā ratio nō cōcludit. ꝓbat enī ꝙcunq; ponitur simul esse possibilia/cū secūdū qd acci pit ola ponitur sicut virtualiē tm nō formaliē repugnā tia. Ola aūt p̄cise sic repugnātia sunt cōpossibilia. ꝯ ꝛc. Et ita secundū illā oportet cōcedere intellectionē ꝛ al bedinē ꝛ ꝙcunq; alia posse esse insimul in eodē. qō si est verū/ratio ꝓcludit ꝛ nō aliter. ¶ Nec sexta ratio valet Primo. qr omne corpus exīs circūscriptiue ꝛ cōmensu ratiue in loco replet locū. sed plura corpa possunt in lo co existē isto mō. ꝯ ꝛc. ¶ Secō. qr aut p hmōi ꝓpletionē loci intelligūt p̄cise corpus esse in loco/aut aliqd aliud. Si p̄mū. ergo quot corpora sunt in loco tot habēt poni repletiones in ipo. Si secūdū. aut illud est forma exten sa/aut forma aliqua inextensa. Sed nō p̄t poni inextē sa: qr talis forma nō p̄t poni rō repugnātie plurū cor porū in eodē. nec p̄t poni extēsa. qm nulla forma extē sa magis repugnat i eodē alteri ꝙ quātitas quātitati. sed hmōi extēsa repletio ponit aliud a quātitate. ergo nō ꝓpter istā est repugnātia inter corpa quāta: sed ma gis repugnātia quātitatū seu corpox videt eē rō reple tionū taliū si ponunt. ūre ꝛc. ¶ Septia etiā ratio nō cō cludit. Primo. quia vbi nō est aliud ꝙ corpus esse in lo co. ꝛ ita ꝓbare plura corpa esse simul possibilia in eo dē qr plura vbi possunt esse respectu eiusdē loci/est ꝓnci piū petē/ꝛ idē p idē ꝓbare. ¶ Secō. qr si vbi dicat for mā aliquā mediātē inter locū ꝛ locatū/illa est forma re lativa etiā secūdū ipos extrinsecus aduenientes: ꝛ p cōse quēs corp⁹ vt i loco p̄existēs ꝓpter nō p̄cedēs. nō enī vbi p̄t cōsurgere quousq; locatū est positū in loco. ꝯ cū nul lū posterius sit causa ponendi/non qr vbi p̄t multiplicari respectu eiusdē loci ideo plura corpa possunt esse simul in eodē: sed magis debet argui econuerso: quia vez plura corpa in eodē loco insimul possunt esse: ideo ad eundem locū possunt esse insimul plura vbi. ¶ Confirmat. quia sicut similitudo ad albā similia/ita vbi ad sua extrema. ergo sicut plures arguunt similitudines respectu eiusdē albi: qr plura alba alia insimul possunt esse/nō econuerso ita in ꝓposito ex possibili pluralitate corporū in eodē loco existētiū erit arguēda pluralitas vbi/nō econuerso. esto q vbi sit forma aliq ab extremis distincta: qō tm secūdū veritatē nō est ponēdū. Preterea si vbi respe ctu eiusdē loci possunt multiplicari sicut respect⁹ intrī secus aduenientes/vt similitudo vel dissimilitudo respe ctu eiusdē termini ꝯ sicut naturaliē ad vnicū albū sunt diuerse similitudines: qr quot sunt alia alba tot simili tudines: ita ꝛ respectu eiusdē loci poterūt esse naturaliter plura vbi. sed plura vbi in eodē loco exigunt plura corpora si mul esse: qō cōstat eē impossibile p naturā. Sed ꝓbare nōn esse deo possibile: ꝛ p ꝓs ad ipz sequēs qō est p na turā possibile: nihil valet. ergo si hmōi plura vbi sint sup naturaliē tm/siue etiā naturaliter possibilia/ꝓpter ipa nō ꝓbat plura corpa simul eē posse. ¶ Octaua etiā ꝛ vl tima ratio nō cōcludit. Primo. qr vt dictū est/sola ipa quātitas est ratio ꝓpē quā plura corpa nō possunt eē si mul in eodē/nō aliqs talis ordo. ¶ Secō qr hmōi situa lis ordo corporū diuersorū in diuersis locis existētiū nō est distinctū aliqd ab extremis/locis vez ꝛ locatis. non minus enī corpa vel alia ꝙcunq; diuersa locata possunt

forum ſecretũ in quo occulta peccata punĩtur ⁊ ab eis hominꝫ abſoluũtur: eſt in eccleſia alius forus vez publicus in quo peccata publica punĩtur: ⁊ ab eis penitẽtes ẽt abſoluũt. ⁊ ita eſt i eccleſia auctoritas vna ad punitẽdũ occulta/⁊ alia ad corrigẽdũ publica. ⁊ ſicut reſpectu ſecretorũ delictorũ eſt a Chriſto eccleſie tradita duplex clauis: vez ſcientie ⁊ potentialis ⁊ reſpectu manifeſtorũ in foro publico punitẽdoꝝ: vez auctoritas cognoſcẽdi ſententiãdi: vt excõicandi: vel penis aliis publicis puniẽdi/ vel ab eis ipoſitio abſoluẽdi. ¶ De his clauib: ſiue de ipaꝝ poteſtate eccleſie tradita dicitur Matth. 18. vbi dicit q̃ Chriſtus dixit Petro. Si peccauerit in te frater tuus: corripe eũ. Et ſequit poſtea. Dic eccleſie quã ſi nõ audierit/ ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Amen dico vobis: quecunq̃ alligaueritis ſuper terram erunt ligata ⁊ in celis: ⁊ quecunq̃ ſolueritis ⁊c. ¶ Conſtat igitur ex precedentibus Chriſtum hic loquutũ eſſe non de poteſtate abſoluendi in foro penitentie ſecretorũ ſed de poteſtate excõmunicandi vel abſoluendi in foro publico. ⁊ huiuſmodi claues ad forum publicũ ꝓtinentes differũt a prioribus ad forum ſecretũ penitentie ꝓtinentibus. nec eñ omnes ſacerdotes habẽtes iſtas habent alias ſed tñ ꝓlati iuriſdictionẽ habentes. nec oẽs habentes alias habent iſtas: cũ multi non ſacerdotes iuriſdictionem habẽtes poſſint excõmunicare ⁊ abſoluere. ãre ⁊c. ¶ Sic ad queſtionem. ¶ Ad rationẽ in ꝓncipio apparet ſolutio ex predictis.

Circa diſtinctionem decimanonã in qua Magiſter determinat ⁊ inquirit quãdo claues ſacerdotales põdere dentur ſeu conferãtur ⁊ quibus tradãtur: qr iſte ſunt certe: conſtat eñ claues ad forum pertinẽtes ſecretum ſolis ſacerdotibus trade in ordine ſacerdotali ideo hoc ſuppoſito tã q̃ certo: Quero hic continuando materiã de indulgentijs inchoatam/ vtrum indulgẽtie tñ valeant quantum ſonant. ¶ Et videl q̃ non. qr ſi ſic pro vno denario poteſt quis euadere totam penã quã deberet ſuſtinere in purgatorio in futuro. ſed ꝓhis videl inconuenies: ergo ⁊ ẽcedẽs. ¶ Cõſequẽtia ptz: quia aliqñ

pro vno denario vel pro obolo.I.anni vel.c. de indulgentia cõcedũtur. sed nõ est verisimile q̃ quilibet obligetur ad penã tãto tẽpore in purgatorio sustinendã. ergo ꝛc. ¶Cõtra.qr nõ est ꝓbabile q̃ ecclesia aliquem decipiat nec p fraudẽ seu deceptionẽ aliquẽ ad bonũ inducat seu alliciat. sed nisi indulgentia quã cõcedit sicut sonat valeret/vtiq; deciperet: ꝛ ad bonũ faciendũ p fraudes alli ecret.ergo ꝛc. ¶Respõdeo. Vbi est videndũ ꝓmo a q̃b⁹ hmõi indulgentie dari possunt. Secõ q̃b⁹ ꝓficiũt. Tertio:ad quid prosunt. Et ex hoc apparebit an tãtũ valeãt quantum sonant.

Quantum ad primũ ꝛ est sciendum q̃

indulgentie possunt dari vel ꝓpria auctoritate vãtu vel alterius concedẽtis. Et hoc modo dupliciꝫ. qr vno modo indulgentia põt dari plenaria ꝛ vlr oibus. Alio mõ non plenaria sed aliqua ꝛ tñ aliquibus nõ oibus. Indulgentia plenaria hic dicitur illa qua tota pena tẽporalis peccatis debita remittitur.vnde q̃ habens ipam statim post mortẽ sine oñi pena gloriã cõsequitur. Indulgentia aũt nõ plenaria/sed aliqua/ hic vocatur illa qua nõ tota pena sed aliqua peccatis debita relaxatur. ¶Hãc hoc ꝑmisso videndum ꝓmo:q̃ solus deus potest dare hmõi idulgẽtiã plenariã ꝓpria auctoritate ꝛ potestate. Secũdo q̃ solus papa auctoritate sibi imediate a Christo tradita ꝛ cõcessa/ põt dare indulgẽtiã plenariã oib⁹ ex causis tñ rõnabilibus existentibus. Tertio:q̃ nullus alius a papa põt dare plenariã idulgẽtiã nec ẽt aliquã vlr oibus vbiq; sed tñ alicubi ꝛ quibusdã. ¶Primũ ap pet.qñ solus ille põt ꝓpria auctoritate indulgẽtiã pcedere q̃ põt ꝓpria ptãte a pena quã talis idulgẽtia respicit liberare. sed solus deus ꝛ nullus alius põt sua ptãte quẽcũq; ab oi pena p peccatis ipi debita liberare ꝛ ꝑseuare. in cuius cñ potestate nõ est alicui⁹ punitio/nec ei⁹ a pena liberatio.sed pena seu punitio peccatis debita ẽ in potestate solius dei ꝛ nõ alicui⁹ alteri⁹.g̃ ꝛc. ¶Secũz etiã appet.qr solus papa habet iurisdictionẽ vlem i tota ecclesia militãte.ipi etiã imediate tradita ẽ potestas per indulgẽtias hmõi a penis tpalib⁹ peccatis debitis absoluendi.et hoc a Christo dicente ipi Matth.16.Q̃cũq; ligaueris sup terrã erit ligatũ ꝛ in celis. ¶Ex quo potest ad ꝓpositũ sic argui.omnis princeps habẽs plenariã potestatẽ in aliqua politia põt dimittere oẽ debitũ cuicũq; illi⁹ politie.sed papa habet sup totã ecclesiã militãtẽ a Christo sibi traditã plenitudinẽ potestatis.g̃ põt cuicũq; ecclesie militãtis dimittere ꝛ relaxare cã rationabili existẽte oẽm penã tpalẽ ipsi debitã ꝑ peccatis. ¶Sed ꝓtra hoc forte arguẽt. Primo.qr tũc sequeretur scõm hoc q̃ papa posset damnãdis penã remittere sempiternã:qđ tñ est falsum. ¶Secõ:qr potestas pape non videt se extẽdere nisi ad illa q̃ sunt in ecclesia militanti in qua est princeps ꝛ vbi ois cõstitutus: nõ aũt ad penã purgatorij nec inferni.ergo ꝛc. ¶Ad primũ dicendũ q̃ papa non põt plus q̃ deus de potentia ordinata. sed deus statuit impenitẽtes nũq̃ a pena liberari.ergo huiusmodi pene eterne debitũ nõ potest dimitti alicui ꝑ penitẽti a papa/qr nec a deo de sua potẽtia ordinata. Et tõ illõ qđ dicit/ papã posse dimittere oẽ debitũ cuicũq; ecclesie militãtis:intelligẽdũ est de debito aliquãdo remittẽdo ꝛ terminãdo seu finiẽdo quale est ois pena tpalis: non aũt de debito interminabili: quale est pena eterna debita cuicũq; in penitẽtia morienti. ¶Ad secũz dicẽdũ q̃ imo eius auctoritas ꝛ potestas se extendit ad penam purgatorij ꝛ inferni:vt ille pene respiciãt existẽtes i ecclesia militante: cũ etiã simplex sacerdos a pena eterna inferni absoluere possit penitẽtem. ¶Preterea esto q̃ hoc esset verũ:ex hoc nõ haberẽt quin papa posset absoluere ab omni pena sibi debita tẽporali.qñ pena peccatis debita tpalis nõ est in purgatorio necessario psoluẽda:imo põt ipsaz quilibz soluere in hoc mũdo. Et ita ex quo obligatus ad penã est adhuc de foro ecclesie militãtis/debitũ etiã qđ debet nõ minus potest soluere i ꝑsenti q̃ in purgatorio in sequenti. Et q̃ ꝓñs esto q̃ papa nõ possit super penã purgatorij nec inferni / adhuc non sequitur quin penitentes in ꝑsenti possint per eũ liberari ab omni pena sibi debita temporali.quare ꝛc. ¶Tertiũ vez q̃ nullus alius a papa possit vlr vbiq; huiusmodi indulgẽtias cõcedere apparet. qr nullus potest aliquem absoluere a pena nec a culpa nisi sup quẽ habet iurisdictionẽ.sed nullus alius a papa habet iurisdictionẽ in tota ecclesia militãte.ergo ꝛc. ¶Q̃ etiã nulli⁹ ab ipso ali⁹ vbi habz iurisdictionẽ possit plenariã indulgentiã dare: appet. qñ sicut nullus inferior põt absoluere a culpa a superiori retentam nec a pena.sed papa omnibus superiori nulli concedit posse aliquẽ ab oi pena absoluere. ergo nec plenariã indulgentiã concedere.

Sed sunt hic duo dubia. Primũ est: an

alij a papa vt episcopi a papa non arctati possint plenariã indulgentiã cõcedere sicut papa. Secõ q̃liter hmõi idulgẽtie pcedũt: ꝛ pena holes a pena liberant. ¶Ad primũ videt dicendũ:q̃ sicut papa põt absoluere vel p se vel p alium ab oi culpa retẽtam ab oi pena. Et ita nõ apparet rõ q̃re episcopi vel q̃cũq; sacerdotes simplices alij a papa licẽtiati nõ possẽt ab oi pena absoluere/ꝛ p ꝑsonam indulgentiam plenã dare. ¶Ad secũdã cõmuniter respõdetur vt etiã in alia q̃stione fuit dictũ:q̃ hmõi indulgentie cõcedunt ꝛ cõcedi possunt ꝓpter thesaurum meritorũ Christi ꝛ sanctoꝝ omniũ aliorũ qui nõ tñ sibi sed etiã aliis meruerũt. Et ita indulgẽtiã ille vel illi cõcedere nõ est aliud q̃ ipse mediante ꝺcto thesauro sibi assignato per illũ ad quẽ spectat eius distributio/a pena ipsi debita liberare. ¶Sed cõtra hoc arguit quidã nouus:quia Christus sufficiẽter est remuneratus ꝛ de omni actu suo premiatus: iuxta illũ ad Philip.2.Humiliauit semetipm factus obediens vsq; ad mortem. Et sequitur. Propter qđ ꝛ deus exaltauit illum ꝛc. Quilibet etiam sanctoꝝ oz alioꝝ plus recipit de ꝑmio q̃ habuit de merito.g̃.ꝛc ¶Sz hoc nõ obstat. qñ quãtũcũq; Christus superabũdanter fuerit premiatus/adhuc nihilominus cõstat meritũ mortis ei⁹ acceptatum fuisse a deo ꝓ ꝑmijs olim hominũ electorũ.ꝛ ita de ꝛctis ꝛ aliis oibus põt dici q̃ licet sufficienter sint premiati tamen multorum merita possunt a deo esse acceptata vt digna nõ tñ premijs eis redditis sed etiam aliis cõcedendis. ¶Et quãdo arguitur q̃ premiũ cuilibet plus valet q̃ suũ meritum:Si intelligas q̃ plus valet formaliter: cõcedo. quia ita ꝛ premiũ infimi beati valet plus q̃ meritũ mortis Christi.nobilior enim actus est ꝺctatiue ꝛ formaliter actus videndi deum ꝛ fruendi brificus q̃ fuerit Christi obitus. Si autem intelligas q̃ premium plus valet virtualiter q̃ meritum: falsum est. meritum enim alio mõ dicitur causa ꝑ mũ. Premiũ aũt nec est cã meriti nec alicuius alteri⁹ ꝑ mũ.ꝛ ita meritũ Christi ꝛ alterius cuiuscũq; plus valet virtualiter q̃ suũ ꝓpriũ primũ: hoc est ad maius bonum pro ipso cõferendũ diuinitus accipitur:cũ nec Christi nec alicuius alterius ꝑmiũ acceptet:sed tñ meritũ vt p ipso tribuẽdo alio bono dignũ. Tũc igitur potest dici vt cõmuniter dicit/q̃ hmõi indulgẽtie cõcedãtur ꝛ valent preter illud meritũ mortis Christi. ¶Et si ꝗras quomõ põt papa cui vult hmõi meritũ applicare eo mediãte penã tẽporalẽ ipi debitã relaxando: Respõdeo:q̃ plus est meritum mortis Christi applicare alicui ad relaxationem culpe mortalis ꝛ pene ipsi debite eternalis q̃ ad relaxa

tionem tñ alicuius pene temporalis sibi debite. sed quilibet sacerdos simplex absoluens penitentē cōfitentē de peccato mortali habet potestatē applicādi ipsi meritū mortis Christi ad remissionē culpe mortalis ⁊ ad relaxationē pene ipsi debite eternalis. ¶ Probatio. qz sacramētū penitētie qō tōc ei administrat totā suā efficaciā principalē habz merito mortis Christi. ⁊ ita ab eodē sacerdos accipit potestatē applicādi penitēti meritū mortis Christi ad remissionē ei⁹ peccati mortalis ⁊ supplicij ei debiti eternalis/a quo hz auctoritatē tpz sacramēt valiter absoluēdi. nisi esset meritū mortis Christi applicatet/ absolutus īpe nō liberaret p sacramētū penitētie a petō. ergo nō min⁹ papa pōt applicare vt Christi immediatus vt cartus ⁊ minister ad hoc idoneus institut⁹ meritū mortis Christi ad relaxationē pene tpalis huic debite pro peccatis. ¶ Et si dicas q sacerdos non applicat Christi meritū penitētie: sed tñ tōm penitētie sacramētū: ad qō sequit applicatio meriti nō ab tōe sed a deo. Cōcedo pl cipaliter: qz nec hoc mō absoluit nec pōt absoluere penitētē a culpa nec ab aliq tpali debita pena: sz tñ ministrialiter exercēdo circa tōm actū aliquē: puta sacramētū penitētie ministrādo: ad qō sequit⁹ vez penitētis absolutio a deo. Et tñ mō quo tōe hz ptātē absoluēdi ⁊ dicit absoluere penitentez/potest dici ipsi applicare posse meritū Christi mortis. Sicut igit simplex sacerdos pōt mediā te penitētie sacramēto applicare huic vel alteri penitēti meritum mortis Christi ad hoc qō est plus vez ad remissionē culpe mortalis ⁊ pene ipsi debite eternalis: ita multo magis papa nullo sacramēto mediāte pōt tpz applicare ad relaxationez pene cuiusl⁹ tpalis. Et q sic habeat dici/declarat. qñ sicut deus olpotens statuit nulli culpā remittere mortalem nec ipsi debitā penā eternalē nisi Christi merito mediāte ita etiā statuit vt videtur nulli ab aliq pena tpali sibi p culpa debita eripere seu ab tōe eā nō exigere/nisi eodē Christi merito pmerente. ergo sicut habēs ptātē absoluēdi a culpa mortali ⁊ a pena et debita eternali: nō habz tpam nec pōt in casu exire nisi ꝓpter passionis Christi meritū: ita ⁊ de habēte ptātē absoluēdi ab ol pena tpali cōstr est dicendū. ⁊ ita sicut absoluens a culpa applicat Christi meritū absoluto penitentiate ⁊ absoluens a pena q̄libet tpali. q̄re ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū: pono qnq; conclusiones. ¶ Prima est: q indulgētie nō valēt ipenitētibus in petō mortali existētibus. ¶ Hec apparet. qz obligatus ad penā eternā nō pōt ab tōa q̄diu manet impenitēs liberari. sz olis ipenitēs in petō mortali existēs est obligat⁹ ad penā eternalē. oēs aūt idulgētie respiciūt tñ penā peccatis debitam tpalē. ꝛc. ¶ Ex hoc sequit q indulgētie nihil valēt in petō ouginali cōceptis quouscq; fuerint a peccato hmōi liberati. ¶ Hoc apparet. qñ talibus debetur pena damni eternalis non aliq tpalis. ¶ Sed ꝓtra. qz in peccato mortali existens pōt habere etiā petā venialia q̄bus nō debetur pena eterna sed tñ tpalis. ꝯ faltē videt q respectu illoz possint ipenitentibus idulgētie cōcedi/a q p tōas a talib⁹ penis tpalib⁹ valeant liberari. ¶ Ad hoc pōt dici q nullus liberat a pena aliq neq; culpa nisi (vt dictū est) Christi merito mediāte. sed Christus nullū impenitētē meruit a culpa nec a pena aliq tpali nec ekna ei debita liberari. Indulgētie aūt tñ valēt ꝓpt Christi meritū. ꝯ ꝛc. ¶ Vel forte aliter posset dici: vez q licet de facto indulgētie nūq; detur nisi vere penitētibus ⁊ cōfessis: nec p ꝑhis ꝑficiant alijs: tñ possent vtiq; dari etiam impenitētibus ⁊ peccato mortali existētibus: nō tñ sic intelligēdo q ꝓpter talem indulgentiam habitam ipsi liberarētur a pena eterna eis debita ex mortali culpa: sed tñ a pena aliq tpali ad quā obligāt ex culpa veniali/vel etiā ex mortali confessa ⁊ tā quātū ad penā eternā remisso. Cū esset idulgentie possint dari absq aliquo merito cōcedēte ⁊ recipiētis eas/tamē fine merito tōe existente in eo qñ ei tōe indulgentie cōcedunt: p ꝑhis nō videt q nēcio gratiā exigant/sed sine ea vident posse valere nō ad omnē penam euadendā: sed ꝑcise ad illā tēporalē quā posset sine gratia ille cui hmōi indulgentie cōcedunt/soluere in ꝑsenti. sed talis pena est eis debita a peccatis venialibus ⁊ etiā mortalibus cōfessis ⁊ remissis. ergo ꝛc. ¶ Scōa ꝯclusio est q indulgentie nō valēt ab ol peccato totaliter absoluto. ¶ Hoc apparet. qñ ille est solus ab omni culpa totaliter absolutus/qui est ab ol pena sibi debita vēr liberat⁹ sed liberato ab omni pena nihil valet indulgētia: cū indulgētia vt dicet in sequēti articulo nulli valeat nisi ad liberandū eū a debita ipsi pena. ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝯclusio est: q hmōi idulgētie nihil valēt totaliter inocētib⁹ q nūq; actualiter peccauerūt. ¶ Hec apparet. qñ inocētes si sunt ad penā aliquā obligati. Nullus etiā obligat ad penā nisi ꝓpter aliquā culpā. sed indulgētie non valēt nisi obligatis ad penā aliquā tpalē. ꝯ ꝛc. ¶ Quarta cōclusio est: q indulgētie nō ꝑficiūt nec vari possunt existētibus in purgatorio nec i inferno nec in cele. ¶ Hec apparet. qz existētes in inferno nō possunt a pena p aliquē liberari. existētes i celo nō sunt i aliq pena. existētes i purgatorio non sunt de foro pape. ⁊ ideo non potest eis per hmōi indulgētias/sed p modū alū subueniri. ¶ Quinta cōclusio est. q indulgētie valēt ol⁹ viatēt⁹ obligatis ad aliquā penā tpalē. ¶ Hec apparet. qñ p hmōi idulgentiā null⁹ liberat nisi tñ a pena. aut ergo ab eterna/ aut ab aliq tpali. sz nō ab eterna. qz talis nulli debet nisi existenti in petō originali/vel in aliq mortali alio actuali. nulli aūt ad penā eternā obligato ꝑficiūt hmōi idulgētie. ꝯ ꝛc. ¶ Ex hoc sequit corollarie: q hmōi indulgētie valēt penitētibus q̄ mortaliter peccauerunt: qui non sunt liberati ab ol pena: sed tñ ab eterna/ ⁊ etiā ipenitentibus de peccatis actualibus venialibus vt videtur. ¶ Hoc apparet. qñ nō minus sunt i gratia dei ipenitētes de petō veniali q̄ penitentes de petō mortali/nec ipenitētes de petō veniali sunt ad maiorē penā obligati q̄ penitētes de petō mortali. vtriq; esset obligand ad penā tñ mō tpalē. ꝯ ꝛc. ¶ Cōtra hoc tñ aliq arguūt: dicētes q idulgētie nō ꝓsunt nisi tñ penitentib⁹ ⁊ ꝓfessis. Nā esto q sola cōtritiōe aū cōfessionē aliquā remissionē petōrū venialiū cōsequāt/nō sunt capaces idulgētie. ¶ Nō ex hoc ꝓbāt. qñ indulgētia tñ se extēdit ad illū cui⁹ obligatio ad vnā penā est in aliam per ecclesiam trāsmutata. sed hoc sit precise in confessione seu in absolutione. ꝯ ꝛc. ¶ Sed hoc nō videtur rationabiliter dici. qñ indulgētie ad hoc vt valeant non supponūt nisi illū cui cōferuntur esse de foro ecclesie militantis: ⁊ obligatum ad penam tñmō aliquā tpalem. ¶ Confirmatur. qz si indulgentie hmōi ꝓsupponerent illū cui conferuntur/esse confessum / presupponerent tōm etiā confessum ei a quo tpse indulgentie largiuntur. hoc aūt est falsum. ergo ꝛc. ¶ Preterea non minus non confessus ad penam tēporalem aliquā tñmodo obligatus est de foro pape q̄ alⁱ confessus ad penam cōsimilem obligatus. ¶ Hoc patet. quia nec magis peccatum confessi est notum pape vel cuicūq; alteri indulgentias hutusmodi petenti/ q̄ peccatum alterius non confessi: cū confessus nō tpe sed alteri potuerit cōfiteri. ergo nullis videt ratio q̄re magis cōfessum q̄ nō confessum possit p hutusmodi indulgētias a pena consimili vtriq; debita liberare. ¶ Hec de secūdo.

Quantum ad tertium: pono duas con

clusiones. ¶ Prima est. q hmõi indulgentie non valẽt ad maiorẽ gratiã nec gloriã cõsequendã. ¶ Hec apper. quantam deus nõ dat maius premiũ nisi habenti maius meritũ. Gratie etiam donũ equalit̃ datur equalit̃ merẽtibus ꝝm. sed huiusmodi indulgentie nullũ exigunt meritũ in cõferente ipsas: quia ita potest eas dare bonus sicut malus: nec in illo cui cõcedũtur magis q̃ in alio cui nõ cõcedũtur: imo nullã habens talem indulgentiã põt esse. ⁊ est frequẽter maioris meriti q̃ habẽs ipsam. ꝫ ꝛc. ¶ Cõfirmatur. quia q nulli⁹ actũ nisi q meritorũ datur alicui maius pmiũ nec maius gratie vel donũ. sed actus conferendi indulgentiã non videtur eẽ meritorius: cum possint ꝓferri hmõi indulgẽtie ab existẽte i mortali cui pa. ꝫ ꝛc. ¶ Preterea nõ potens mereri premiũ sibi/nec alteri. sed existens in peccato mortali nõ potest sibi mereri pmiũ q aliquẽ sibi possibilẽ actũ: cũ ẽ possit aliũ absoluere ab omni tpali debita sibi pena. ꝫ ꝛc. ¶ Sz õ hoc posset argui. qz i cui⁹ ptãte ẽ dare alicui pmiũ/ i cui⁹ ptãte ẽ vt ipi min⁹ vel amplio⁹ ꝓferat. sz i ptãte sacerdotis penitẽtẽ absoluẽtis ẽ ipi ꝓferẽdũ pmiũ sempitnũ. ꝫ ꝛc. ¶ Dicẽdũ q assumptũ ẽ falsuz. Iz enim i ptãte sacerdotis sit aliq̃ mõ pmiũ penitẽti ꝓferẽdi/nõ tñ tãtũ vel tãtũ/ sz ꝑcise illõ qõ ipe sibi meruit Christi passionis merito mediãte. Et ita ẽt i ꝓposito licet in potestate pape vel cuiuscũq; alteri⁹ indulgẽtiã ꝓcedẽtis sit illã cui indulgẽtie cõcedũt pmiũ cõsequi cui⁹/nõ tñ maius. ꝗre ꝛc. ¶ Scõa conclusio ẽ: q hmõi indulgẽtie valẽt ꝑcise ad penã cuidendã temporalẽ. ¶ Hec apper. qm̃ sicut in ꝑsenti nõ est dare medium inter existentes in gratia ⁊ in culpa: ita nec in sequẽti inter existẽtes in gloria ⁊ in pena. sed q hmõi indulgẽtias habitas in ꝑsenti liberat̃ dic⁹ citius a pena tẽporali sibi debita in sequẽti. Hoc apper. qz alias hmõi indulgẽtie nõ sunt a pena: cuius contrariũ supponitur. ¶ Cõfirmat. qz nisi q hmõi indulgẽtias liberaretur a pena citius/ a nihilũ ipe alicui ꝓficerent nec valerẽt: cũ vt dictũ est/ q ipas nec maior in ꝑsenti gratia nec maior in sequenti gloria cõferat. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmat. qz papa põt (vt dictũ ẽ) penitẽtẽ ex cã rõnabili liberare ⁊ absolucre ab oi pena tpali ipi debita. sz ab oi pena tpali absolutus i pñti/statĩ ꝓsequit̃ gloriã i seqnti. ꝫ ꝛc. ¶ Ex hoc ꝓcludo corollarie. Primo: q idulgẽtie tñ valẽt illis q̃ bẽ proficiũt quãtũ sonãt. Secõ: q ois ille qui lucratur indulgentiã q eleemosynã vel q quãcũq; aliã meritoriã actionem plus meretur ⁊ lucratur q ipsam meritoriam actionez/ q̃ ꝑpter indulgentiã sibi cõcessam. ¶ Primũ apper. qm̃ indulgẽtie nõ sonãt valere alicui nec ꝓficere ad hñdũ maius pmiũ: sz tñ ad ipz citius cõsequendũ ad penã tẽporalem debitam cuadẽdam. sed ad ois ista valẽt. ergo ꝛc. ¶ Secõm etiã ꝑbat. qm̃ plus est mereri eternũ pmiũ q̃ ipm mereri citius cõsequi/ ⁊ a pena tpali citius liberari. sed ois in gratia existẽs q quẽcũq; bonum actũ ꝑpter deũ factũ meretur aliquẽ gradũ pmiũ sempiterni. per nullã aũt indulgentiã meretur aliquis eternũ premiũ/maxime gratiã nec gloriã: sed tñ euasionẽ pene tpalis ⁊ consecutionẽ citius glorie eternalis. ergo plus ꝓficit cuilibz eleemosyna vel q̃cũq; alia actio meritoria ꝑpter quã ꝓcedit̃ idulgẽtia: cũ ipa eleemosyna vel q̃cũq; alia actio meritoria valeat ad maius pmiũ ꝓsequẽdũ indulgẽtia aũt nõ nisi ad ipm citius obtinẽdũ ⁊ ad penã tpalẽ debitã cuadẽdũ. ꝗre ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rõnẽ in ꝓncipio dicẽdũ q nõ est magis ſcõuentẽs nec ipossibile apud deũ cõcedere ptãte alicui liberandi aliũ ꝑ vno denario vel obolo amore vel collato ab omni pena ipi debita tpali/ q̃ absoluendi ipm ꝑ modico attritionis actu interiori ab omni pena ipi debita eternali. sed quilibz sacerdos hz a deo auctoritatẽ ⁊ potestatez absoluendi penitentẽ licet tepide attritũ a culpa mortali/⁊ p ꝓs a pena ipi debita eternali. ergo ꝛc.

SEcũdo quæro: vtrũ princeps vniuersalis ecclesie militãtis papa habeat plenitudinẽ potestatis i tota militãti ecclesia cui ꝓest. ¶ Et videt q sic. qz est Christi vicarius: cui ipe Christus cõmisit plenarie vices suas. sz Christus habuit plenitudinẽ ptãtis i tota ecclesia militãti: ergo ⁊ vicarius eius papa. ¶ Cõtra. qz papa nõ videt nisi tñ in spualibus in ecclesia ꝑsidere. qz nec etiam Christus vt homo cui⁹ ipe est vicarius/ fuit vñs tpaliũ sed spualiũ. sed habẽs tñ ptãtẽ i spualib⁹ nõ in tpalib⁹/ nõ hz plenitudinẽ ptãtis. ꝫ ꝛc. ¶ Rñsio. vbi ẽ videndum Primo: an papa habeat sicut Christus habuit in ecclesia militanti plenitudinem potestatis in spiritualibus. Secundo: an in temporalibus.

Quantum ad primum: est sciendũ q, spiritualia sunt merita/ gẽa/ ⁊ gloria. Habere aũt plenitudinẽ potestatis in spualibus non est habere potestatẽ ad merendũ omnibus gratiã vel gloriã. qz talẽ potestatẽ nõ habet papa magis q̃ aliquis alius bonus iustus. nullus etiã isto mõ habuit potestatẽ in spiritualib⁹ siue de facto meruit oib⁹ nisi Christus. Et ita potestas pape in spiritualibus non est ad merendũ aliq̃d alicui: sed ad absoluendum a culpis ⁊ debitis eis penis. q culpe est cõmissionẽ amittitur bonũ spirituale, ⁊ gloriã dei donum/vel semper si est culpa mortalis: vel gloria perditur ad tempus ꝑpter culpã venialem merentẽ penã aliquã tẽporalẽ. qui aũt a culpa mortali absoluit̃/ad gratiã reuocatur ⁊ ad gloriã ordinatur. ⁊ ita habens potestatẽ absoluẽdi a pena ⁊ a culpa habet potestatẽ in spiritualibus vez i gratia ⁊ i gloria ⁊ etiã aliq̃ mõ in ois meritorie actione: cũ gratia habita possit quilibz agere meritorie: qõ sibi ipossibile erat ante. ¶ Hoc pmisso/ pono duas cõclusiones. ¶ Prima est: q papa Christi vicari⁹ habet tantã potestatẽ in spiritualibus quãtam habuit Christus nõ vt deus sed vt homo verus. ¶ Hec apper. qm̃ potentes equalit̃ culpã omnẽ remittere ⁊ penã culpe debitam relaxare/ equalez habẽt in spiritualibus potestatez/ vt hic loquimur de ista in spiritualibus potestate. sed papa ita vt homo assumptus/nõ aũt vt deus potest quẽlibet a culpa absoluere ⁊ ab omni debita ipi pena. ergo ꝛc. ¶ Minor ꝑbatur. qm̃ cõstat q homo assumptus sua auctoritate aut potestate non potuit aliquẽ a culpa absoluere nec a pena: sed tñ a deo sibi tradita potestate. sed eadem ptãte siue auctoritate absoluit ⁊ absoluere põt papa. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. qz Christus vt homo assumptus nõ habuit ptãtẽ in spualibus absoluẽdi aliquẽ a culpa nec a pena culpe debita q̃ secl sed tñ potuit absoluere quẽcũq; volẽdo ipz absolui/cui volenti assistebat deus absoluens. sed hoc modo papa habet potestatem absoluendi a culpa mediãte penitentie sacramẽto/ ⁊ a pena immediate nullo mediante penitẽtie sacramento. ergo ꝛc. ¶ Sed cõtra istã cõclusionẽ forsitan arguetur. qm̃ Christus potuit absoluere ipenitẽtẽ q̃ nullaten⁹ põt papa. ergo nõ habet eq̃lẽ potestatẽ cũ ipso. ¶ Rñdeo: q Christus vt homo nõ potuit absoluere nec absoluit aliquẽ impenitentẽ a culpa mortali nec a pena ei debita eternali. qz nec talẽ de⁹ põt absoluere de potẽtia ordinata. Concedo tñ Christũ meruisse omnẽ electũ mortaliter deliquentem finaliter ꝓueniri ⁊ ad deum cõuerti. Sed hoc nihil ad ꝓpositũ. qz nec mereri aliquẽ cõuerti est potestas ipz absoluendi nec auctoritas in spualibus/de qua nũc est sermo. Si aũt loquamur de impenitente de peccato veniali: cõcedo q talis potuit absolui a Christo/sicut etiam põt absolui a papa eius vicario.

ab omni debita sibi pena. quare ꝛc. ¶ Scda cōclusio est: q licet papa equalē cū homine assumpto in spiritualib⁹ habeat ptātē: aliter tñ Christ⁹ ꝛ aliter papa ei⁹ vicari⁹ habet vt hmōi sibi tradita potestate. ¶ Hec appet. qñ Christ⁹ nullo mediāte facto potuit absoluere a culpa ꝛ ab oi debita ipsi pena. ois em̄ quē absolui voluit absolutus a deo fuit absq; mediāte aliquo sacramēto. sed ei⁹ vicarius nullū pōt absoluere a culpa mortali nisi penitētē nec a debita ei pena nisi mediāte penitentie facto. ḡ ꝛc. ¶ Hoc appet. nō em̄ videt posse absoluere aliquē a pena ꝛgali nisi absolutū a pena ip̄a debita eternali/ꝛ p ꝫs a culpa mortali. Et si hoc negēt: saltē ꝓstat q nō p̄t aliquē absoluere a pena eternali nisi absolutū a culpa mortali cū nec holez liberari seu absolui a mortali culpa sit aliō q̄m eripi a pena eterna. ꝫ cōstat nullū a petō mortali posse absolui nisi trinō penitētē. nulli⁹ autē penitēs pōt absolui ab aliq̄ sacerdote nec a papa nisi mediāte penitētie facto. ergo ꝛc. ¶ Ex p̄dictis pōt ꝟcludi corollarie: q Christ⁹ vt hō nō potuit sua auctoritate instituere vicariū suū Petrū/nec p ꝫs aliquē aliū Petro postea succedētē. ¶ Hoc app̄z p̄mo. q: delegat⁹ nō pōt sua auctoritate aliū subdelegare. ꝫ Christ⁹ vt hō fuit delegat⁹ habēs a deo ip̄m delegāte plenitudinē potestatis i spiritualib⁹ in ecclesia militāte. ergo ipe nō potuit aliquē secū alium eq̄lis potētie auctoritate ꝑpua delegare. ¶ Scdo: q: solus ille potuit Christi vicariū instituere ipsiq; i spūalibus plenariū posse cōmittere: qui pōt p se a culpa absoluere ꝛ ab oi pena debita ipi culpe. ¶ Hoc appet. q: potestas in spūalibus cōcessa Christo ꝛ eius vicario i hoc cōsistit sed hoc nullus pōt facere nisi deus. ergo sol⁹ ipe habuit instituere ꝛ potuit vicariū Christi Petrū: vt Christ⁹ hō assumptus eius auctoritate. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: dicitur a quibusdā: q sicut papa habet in spūalibus/ita etiā ꝛ in tpalib⁹ plenitudinē ptātis. ¶ Pro q̄ arguit̄ p̄mo sic. qñcūq; sunt aliq̄ ptātes subordinate/illa ptās q̄ ē de fine pest illi q̄ est de illis q̄ sunt ordinata ad finē. sed tpalia ordinātur ad spūalia. ergo ois in tpalib⁹ subest oñi i spūalib⁹ sed papa habet in spūalib⁹ plenariā potestatē. ergo ꝛc. ¶ Scdo arguit̄ sic ad idē. qñcūq; sunt aliq̄ due virtutes subordiate/ p̄fectes i ſuptori pōt p̄fici i ifertori. ꝫ virtutes ꝛ dona spūalia p̄cipātur virtutib⁹ politicis ꝛ moralib⁹ p̄cipātur. ergo qui p̄cipatur i spūalibus p̄est illi qui in politicis ꝛ moralib⁹ p̄cipatur. sed papa p̄cipat in spūalibus: imperator aūt in alijs. ergo ꝛc. ¶ Tertio: q: impossibile est aliquē esse subiectum pluribus oñi nō subordinatis. Nemo em̄ pōt duobus dñis seruire scdm̄ sententiā Saluatoris. sed fideles sunt subiecti pape ꝛ imperatori. ergo vn⁹ eoz aliq̄ est subiectus. ꝫ ꝓstat q nō papa imperatori. ḡ ꝛc. ¶ Quarto ꝓfirmat. p̄mo q: si eēnt plures principes: quoz vn⁹ nō subderet alicui i ecclesia militāte oriretur dissensio ꝛ contrarietas. ꝛ ita ad trāḋlitatē politie humane reḋrit̄ trinō vnus princeps. ¶ Scdo q: de⁹ i veteri testamēto ordinauit reges p sacerdotes instituꝛ i nūgi. papa etiā ꝓfirmat i patoꝛ. ḡ ꝛc. ¶ Sed cōtra istaz opinionē pōt argui. qñ pape Christi vicariō non est data a deo maior potestas seu iurisdictio q̄ fuerit collata Christo vt homini assumpto. ꝫ Christ⁹ vt hō nō habuit vlem iurisdictionē in tpalibus oib⁹ seu plenitudinē ptātis. ḡ ꝛc. ¶ Minor ꝓbat̄ p illud Luc. 12. vbi Christ⁹ cuidā dicēti sibi q̄ diceret fratri suo vt secū cōdiuideret hereditatē: respōdit. homo quis me ꝓstituit iudicē aut diuisorē sup vos? Sed constat q̄ si ipe habuisset i tpalib⁹ plenitudinē ptātis ipe fuisset iudex ꝛ diuisor in oibus tpalibus cōstitutus. ergo ꝛc. ¶ Scdo p illō Jo. 18. vbi Christus dicit: Regnū meū nō est de hoc mūdo. Super quod dicit Chrysostomus. Nō tenet regnum vt hi reges terrent tenēt: sed desup habet principatum qui nō est humanus: sed multo maior ꝛ clarior q̄ humanus. Item Eusebius dicit q̄ Christus non fuit rex huius seculi: sed illius regni de quo dicit Daniel. Potestas eius potestas eterna ꝛ regnū eius qđ nō corrūpet. ¶ Cōfirmat. q: scdm̄ q dicit Chrysostomus sup illō Matth. 22. Reddite q̄ sunt Cesaris Cesari/ꝛ q̄ sunt dei deo. Christus soluit tributū p se ꝛ p Petro/ꝛ deo reddidit q̄ sūt dei/patris faciēs voluntatē. sed si ipe fuisset dñs i tēpora lib⁹ vlis vt imperator/hoc ipz facere nō oportuisset. ergo ꝛc. ¶ Et ideo aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam pono sex cōclusiones. ¶ Prima est: q Petro ꝛ ei⁹ successoribus potuit dari plenitudo potestatis in tpalibus sicut fuit data in spūalibus. ¶ Hec appet. qñ deus ipe a quo solo fuit papa Christi vicarius institutus/ nō minoꝛ habz i tpalibus q̄ i spūalib⁹ ptātē. ergo sicut dedit in spūalibus: ita ꝛ dare potuit in tpalibus plenitudinē ptātis. ¶ Scda ꝟclusio ē: q nō oportuit nec necessariū fuit q talē i tpalib⁹ vederit ptātē Petro Christi vicario instituto. ¶ Hec appet. qñ nō magis expedit nec opz Christi vicariū q̄m Christū ipz hse in tpalib⁹ vlē dñiū vel plenitudinem ptātis. sed Christus vt hō nō habuit tale dñiū tpaliū/nec q̄ habuerit expediuit: qz si expediuisset vtiq; habuisset. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat. qz cōstat q tpalia magis sunt ꝛpeditiua spūalū q̄m ꝓmotiua. sed nō oportuit nec necessariū fuit Christi vicario instituto dare plenitudinē ptātis in duob⁹ discretis: spūalibus vez ꝛ terrenis: quoz vnū ē alterius ꝛpeditiuū magis q̄m ꝓmotiuū. ḡ ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguo. qz nulla fuit necessitas nec (vt videt) cōgruitas Christi vicario ꝓferre i illis aliquā potestatē seu iurisdictionē quoz abdicatio dicit euāgelica ꝑfectionē: quā ipe Christ⁹ ꝛ verbo docuit ꝛ exēplo tenuit seu firmauit. sed cōstat q abdicatio terrenoz̄ est euāgelice ꝑfectiōis: quā ꝑfectionē ipe Christus habuit de facto ꝛ docuit verbo. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat. qz nulla ē necessitas nec cōgruitas vicarii alicuius ab eo cui⁹ est vicarius in aliquo discordare. sed Christus nō habuit in tpalibus sed trīn in spūalibus vlē dominiū seu plenitudinē ptātis. ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est: q Christi vicario nō repugnat habere oñiū tpaliū ꝛ in eis plenitudinē ptātis. ¶ Hec appet. qñ nulli hoc est illicitū nec repugnās nisi ex voto se ad oppositū obligāti. ꝫ papa nō est obligatus ex voto nec ex aliquo alio mō ad tpalia abdicāda. ergo ipsorum dominiū est ei licitum ad habēdum. ¶ Cōfirmat. qz licet Christus in tpalibus vlē dominiū habere noluerit/ trīn ad hoc suū successorem nō obligauit nec obligare voluit. ergo ꝛc. ¶ Quarta cōclusio ē: q nō habet expresse i textu q̄ pape fuerit collata plenitudo ptātis in tpalib⁹ vniuersis: nec cōtrariū vez q̄ nō fuerit collata. ¶ Hec appet. qñ potestas pape fuit p̄mo promissa beato Petro. Matth. 16. vbi fuit ipi dictum: Tibi dabo claues regni celoꝝ: ꝛ quodcūq; ligaueris sup terrā erit ligatū ꝛ in celis. quā ptātem p̄missam Christus ei tradidit Jo. 21. cap. qñ dixit ipi. Pasce agnos meos bis et tertia vice Pasce oues meas. sed cōstat q p illā vniuersalē: quodcūq; ligaueris sup terrā ꝛc. intelligit potestatis plenitudo in spūalib⁹. nō habet aūt an intelligat potestas in tpalib⁹: q̄ trīn posset etiā intelligi qz ꝛ potuit cōferri. ḡ ꝛc. ¶ Quinta cōclusio ē: q si pape fuit data diuinitus potestas ꝛ iurisdictio in tpalibus sicut fuit data in spiritualibus/ipse est in oibus dominus generalis/alias nō: vt videtur/ nisi trīn in spiritualibus. ¶ Hec appꝛet. quia vniuersale dominiū in temporalibus sicut nec potestatis plenitudinem in spiritualibus non videt q̄ aliūde habere potuerit q̄m a deo. ꝛ si aliūde hse potuerit nescio q quo de facto habuit. quare ꝛc. ¶ Sexta ꝟclusio

ꝫ vltima est: q̄ esto q̄ dñs papa nō sit vltus dñs temporalium: adhuc tamen est summus in tota ecclesia militāte: ꝫ superior oibus aliis dñis quibuscūq;. ¶Hec apparet. qm̄ constat q̄ tanto maior est potestas in spiritualibus q̄ in temporalib⁹ quāto spiritualia tēporalib⁹ p̄feruntur. sed dñs tanto ē superior quanto eius potestas est maior. quare ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationes illius doctoris. Ad primam concedit q̄ dñs in temporalibus subest domino in spiritualibus quantum ad spiritualia quorū ipse ē dominus: non autem quantum ad tēporalia/ supposito q̄ ille dominus in spiritualibus non habeat in temporalib⁹/ sed tm̄ in spiritualibus potestatem. ¶Ad secūdū p̄dicter est dicendū: vez q̄ sicut spiritualia sunt superiora temporalibus/ ita ꝫ dominus in spiritualibus seu p̄sidens est superior quocunq; in temporalib⁹ presidente. sed ex hoc non sequitur q̄ in spiritualibus presidens habeat in temporalib⁹ p̄sidere. ḡre ꝛc. ¶Ad tertiū q̄n dr. Impossibile est aliquē esse subiectū pluribus dñis non subordinatis/ potest dici dno mō q̄ verum est respectu eorūdem/ non aūt respectu diuersorū. ꝫ ita bene p̄t esse aliq̄s subiectus alicui in vno/ puta in temporalibus vt imperatori: et alteri in alio/ vez in spiritualib⁹ pape. Alio modo potest dici q̄ papa ꝫ imperator domini sunt subordinati: quia ambo sunt sub tertio vez deo: ꝫ vnus vt imperator est sub alio vez papa in principalib⁹ vez in spiritualib⁹. ¶Ad confirmationem dicendum q̄ esto q̄ plures sint dñi in ecclesia militāte: ex hoc nulla sequitur dissensio/ cum ipsor⁹ potestas seu dominium sit distinctum quia vnus in temporalibus ꝫ alius in spiritualibus dñatur/ supposito q̄ potestas pape nō nisi ad spiritualia se extendat. Tūc autez esset dissensio si essent plures domini non subordinati habentes in eisdē respectu eorundem equales plenitudinē potestatis. hoc aūt nō ponit. ꝑ ppositio. ergo ꝛc. ¶Ad illud q̄d additur q̄ in veteri testamento reges instituebant seu unigebant q̄ sacerdotes/ ꝫ in nouo ip̄ator coronat per papā: Dicēdū q̄ ex hoc nō sequitur q̄ sacerdotes in veteri testamento haberēt potestatem in tēporalibus sup regnum: nec papa super imperiū. ¶Ad rōnē aūt in p̄ncipio patet solutio ex dictis.

Circa distinctionem vigesimā/ in qua magister determinat de penitentia quā aliqui recipiunt tm̄ō in extremis: ꝫ de purgatorio q̄d transeūt q̄ de peccatis sua in presenti ꝑfectam penitentiā nō fecerunt: Quero de istis duob⁹: ꝫ primo de primo/ vez vtrūz penitentia in extremis sit fructifera penitenti. ¶Et videt q̄ sic. q̄ semp penitentia vera est fructifera cuicūq; homini penitenti q̄diu est in via. sed q̄libet vsq; ad mortem est viator in mūdo. ergo ꝛc. ¶Cōtra. q̄ penitētia nō valz nec ē fructifera nisi sit voluntaria. sed penitentia in extremis nō videtur esse voluntaria sed coacta. ergo ꝛc. ¶Responsio Ubi primo premittam quandā distinctionē ꝫ q̄siti expositionem. Secōo dicam ad questionem.

Quantum ad primum: distinctio præmittēda est q̄ tripliciter potest aliquis existere in extremis. Uno mō ratione senectutis vel grauis infirmitatis ip̄m actualiter affligentis. Et id dupl̄r. q̄ aut infirmitas vel senectus est tanta q̄ auferat rationis vsū: aut nō. Tertio modo aliquis est existens in extremis in iuuentute ꝫ sanitate: q̄ vel morte subita q̄ sibi imminet finiēd⁹. ¶Tūc ad ppositum hic non q̄rit de existēte in extremis isto tertio modo. constat enī sanum ꝫ iuuenē ex subito moriturum posse de peccatis suis salubriter penitere ꝫ sacramētū penitētie recipere/ sicut pōt q̄libet alior. Nō q̄rit ēt de illo qui est in extremis ratione senectutis seu infirmitatis vsum rōnis totaliter auferentis. q̄n ꝑstat talem nō posse confiteri nec absolui nec salubiter penitere/ cum act⁹ penitentialis ad confessionem necessarius sit respectu peccati ꝑsupponens actum intelligendi. nec actus aūt intelligendi nec actus intellectualiter aliq̄d respiciendi est possibilis rationis vsum non habēti. quare ꝛc. ¶Queritur ergo hic p̄cise de illo qui est in extremis ratione maxime senectutis vel infirmitatis/ habente vsum debite rōnis. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum: pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: q̄ vera penitentia in extremis q̄ est actus penitentialis/ est fructifera penitenti eq̄liter sicut prius. ¶Hec ꝓbatur primo sic. habens dispositionem sufficienter determinatam a deo ad finē aliquez quocūq; tempore consequēdū/ per illam quocūq; tpe eq̄liter vno sicut alio habitā consequit finem illuz. sed act⁹ penitētialis verus/ vez attritio interna de culpa p̄missa quocunq; tempore habita in presenti vita: est ex institutione diuina/ dispositio sufficiens ad remissionē culpe ꝫ ad infusionē gr̄e ꝫ glorie cōsequēduz. ergo ꝛc. ¶Minor apparet. constat enī q̄ deus non p̄fixit peccatori aliq̄d tempus determinatū ad penitendum: sed totū p̄fixit vite tēpus ipsi concessit. ꝫ ideo dicitur Ezechielis. 33. q̄ quacūq; die peccator q̄uerſus fuerit misericordia sup eū erit. ergo ꝛc. ¶Preterea deus nō est p̄nior ad puniendū q̄ ad misericordiam. sed quemcūq; existentē iustū toto tempore vite sue in extremis mortaliter delinquentem deus punit ꝫ eternaliter condemnat/ iuxta illū q̄d dicit Ezechiele. cap. quo supra. Quacūq; hora iustus peccauerit impietas sup eū erit. ergo econuerso etiā omnē malum toto tēpore p̄cedentis vite in fine vere conuersum saluabit ꝫ misericorditer p̄miabit. ¶Cōfirmatur. q: ea q̄ sunt eiusdē rationis ad idem valent. sed vera penitentia eiusdem rōnis est secundum se quocūq; tpe fiat. ergo ꝫ idem valet ¶Ad hoc etiā sunt multa exēpla vt de latrone/ ꝫ de Ezechia/ ꝫ de Manasse rege Juda. quorū olim penitētia fuit serotina/ ꝫ tm̄ fructifera. ¶Sed posset hic queri ab aliq̄ q̄ sit penitentia vera. ¶Ad hoc respondetur q̄ penitentia est attritio interna: q̄ potest coexistere homini quatuor de causis. aliq̄is enī pōt de peccatis conteri seu attteri vel amore vel timore dei vel timore pene eterne vel amore beatitudinis p̄sequende. ¶Tūc dicit p̄mo q̄ attritio habita quocunq; tempore de culpa commissa amore vel timore dei est vera penitentia sufficiens cuicūq; ꝫ quocunq; tempore ad salutez. ¶Secūdo: q̄ attritio habita tm̄ timore pene vel amore beatitudinis consequende non est perfecta nec vera seu sufficiens ad salutem. ¶Primum ꝓbatur. q: attritio interna tūc est vera ꝫ ad salutem p̄ficua q̄n est a charitate elicita. sed act⁹ attritionis amore tm̄/ vel amore simꝫ ꝫ timore dei habit⁹ est a charitate elicitus. ergo est verus ꝫ perfect⁹. ¶Et si dicas: quomodo talis penitētialis actus potest esse a charitate elicitus cum ipsum eliciens videlicet penitēs non sit in charitate? ¶Respondeo q̄ nō est intelligendum q̄ sit elicitus mediante charitate supernaturali que est gratia gratum faciens/ sed mediāte charitate naturali q̄ est amor dei possibilis homini in puris naturalib⁹ existenti. sicut enī nullum actū bonū existētis in charitate deus acceptat vt premio dignū nisi sit ꝓpter eius amorē factus: ita nec actū attritionis peccatoris ꝫ ternū acceptat vt venia culpe digni nisi sit ex amore a penitēte elicitus: q: nec sic attritus dicitur ꝓprie conuersus. licet enī de peccato dolens sit a peccato auersus: nō tm̄ ad deū q̄uersus nisi ex amore attritus. solus enī amor ꝫ timor diuin⁹ q̄uertunt ꝫ reddi

cunt peccatorē ad deum/a quo auersus fuerat per pecca
tū.quare ꝛc.¶Scōz/vcz ꝙ attritio habita ꝓpter timore
pene eterne vel eterne beatitudinis consequende nō sit
vera penitentia nec sufficiens ad salutez:ꝓbatur ex me
dio ꝓassumpto.qm̄ null⁹ actus ēt in charitate existētis
est vita eterna dignus nisi a charitate elicit⁹ vel separa
tus.sed actus attritionis timore pene vel amore beati
tudinis consequende non est elicitus nec impetratus a cha
ritate.nec enim timor pene nec amor glorie ē actus cha
ritatis/sed tm̄ amor dei.perfecta em̄ charitas foras mit
tit timorem/ꝛ etiam amorem nisi diuinū vel alicuius al
terius ꝓpter ipm̄.ergo ꝛc.¶Scōa conclusio ēt ꝙ possi
bile est vere penitere aliquem in extremis.¶Hoc appa
ret.qm̄ omnis ille potest in quocūq; casu ꝛ statu veraciꝫ
penitere/in quo ꝺdem pōt peccatum commissum respue
re ꝛ de ipso ꝓpter deum dolere.sed omnis habens vsum
rationis potest hoc facere ita vno sicut alio tempore. nō
enim minus in extremis ꝙ in alio tempore pōt peccatuz
commissum intelligere ꝛ iudicare tanq̄ malum dei offen
siuū siue gratie ei⁹ ablatiuum ꝛ ita respuere ipm̄. omne
enim malum potest respui ꝛ bonum eligi a quocunq; habē
te rationis vsum.ergo ꝛc.¶Confirmatur. qz ꝓ quocūq;
statu iustus potest cadere per culpam/ꝛ iniustus pōt re
surgere per penitentiam.sed in extremis iustus rationis
vsū seu liberū arbitriuz habēs potest cadere ī culpā sicut
ꝛ aliqn̄ de facto accidit.ꝙ ꝛc.¶Tertia cōclusio est:ꝙ ad
hoc ꝙ aliqs vere penitear ī extremis nō requritur maior
attritio in ipso penitēte ꝙ requratur ad alīū alio tempore
penitentē.¶Hec probatur.quoniam ab illo cui est ipsa
attritio interna difficilior nō exigitur attritio ipsa maior
ꝙ ab alio cui est facilior.sed attritio seu conuersio pecca
toris difficilior est in extremis ꝙ in alio tempore vt dicēt
in sequēti conclusione.ꝙ ꝛc.¶Confirmatur. qm̄ attritio
interna de culpa commissa a charitate/vt ꝺictuz est/ eli
cita est ex ordinatione diuina dispositio sufficiens ꝛ per
fecta ad salutem gr̄e ꝛ glorie sequēdam. sed deus nō
statuit magis oportere conteri vno tempore ꝙ alio pen
itētem.Iz em̄ ꝙ plus peccat plus dolere debentiū cuicūq;
ꝛ quātūcūq; peccāti sufficit ad remissionē sui peccati de
ipso conteri aut consiteri veraciter ꝛ absolui.¶Ex hoc
concludit corollarie:ꝙ quātūcūq; in extremis penitens
modicum conteratur ꝛ doleat de peccatis suis:ꝺō tamē
cōteraī de eis amore dei/pōt absolui.ꝙ absolutiōis sacra
mēto mediante ꝛperfectionē siue ꝓtritionis supplēte ipse
gratiam ꝓsequtur ꝛ veniā olim suoꝝ delictoruz.¶Hoc ap
paret.qm̄ vt dictum est/non est maior dolor necessari⁹ in
extremis ꝙ alio tempore penitenti.sed penitens alio tē
pore quātūcūq; modicum de peccatis suis volens pōt
absolui ꝛ absolutus ꝓsequi veniā culpe propter sacramē
tum penitentie:quā veniā prius non merebatur ei⁹ act⁹
attritionis interne/ qz remisse.ergo ꝛc.¶Unot appa
ret ex sepe dictis in ꝑcēdētib⁹ distinctionib⁹.¶Quarta
ꝓclusio ꝛ vltima est:ꝙ valde difficile est aliquē veraciꝫ
penitere in extremis.maxime assuefactū ꝛ habituatū
magno tempore in peccatis.¶Hec apparet.qm̄ difficile
ē cuicunq; illud respuere ad quod eligēdū ꝛ in ipso cō
placendum habet habitū inclinantem ipm̄.sed ꝺ perseue
rauerit longo tempore in peccato habet habitū ex actī
bus acquisitum eum inclinantem ad peccatum seu ei⁹ de
lectamētū eligendum ꝛ in ipso complacendū. ergo talē
difficile est peccatū ipm̄ respuere in hora mortis ꝛ de ipso
dolere ac veraciter penitere.¶Confirmat.qz difficile est
cuilibet in momēto se auertere ab illo ad qō fuit longo tē
pore auersus:ꝛ conuertere se ad illud a quo fuit auersus.
sed peccator est a deo auersus ꝛ ad peccatū auersus.nō
potest autem auerti ad deū nisi ꝙ amorē/nec auerti a pec
cato nisi per dolorē.ꝙ difficile est subito hora mortis imi
nētis a peccato qō vilerit ꝛ ad qō se auertit/se auertere
ꝙ doloꝛē ad deū quē ꝓtempsit ꝛ a quo se auertit/se con
uertere per amorē.vnde ꝛ talis cōuersio magis vt plurī
mum videtur esse timore supplicij ꝙ amore dei.ergo ꝛc.
¶Preterea potest ad idem argui vniuersaliter de quo
cunq; penitente in extremis.quoniam quanto aliquis ē
minus dominꝰ sui tanto est ipsi difficilius aliquid eligē
re vel respuere/maxime sibi gratum.sed existēs in extre
mis ratione grauis infirmitatis vel maxime senectutis
non sic est dominus sui libere nec actuum suoꝝ sicut
fuit prius ante tales huiusmodi passiones. ergo ꝛc.
¶Cōfirmat.quia summe volentē ꝛ tristē de vno difficile
est se conuertere ad aliud oīno disparatū ab illo ꝛ velle
de ipso.¶Hoc apparet.constat em̄ esse facilius cuicunq;
se cōuertere ad vnū tm̄ ꝙ ad plura simul /maxime dispa
rata. Iz existens in extremis infirmitate vel senectute gra
uatus conuertit necessario velit nolit ad malum pene ꝙ
totaliter sensibilit affligitur. horret ēt ꝛ timet sūme mor
tē quā cernit sibi in ꝓximo iminētem. ergo difficillimuz
ipsi est modo debito se cōuertere ad alia disparata/ puta
ad peccata preterita de eis volēdo ꝛ ipa totaliter respu
endo.quare ꝛc.¶Sic ad q̄stionē.¶Ad rōnē ī principio
concedo ꝙ penitentia mhil valet nec in extremis nec
in alio tēpore nisi sit libera ꝛ a charitate elicita/vt supꝰ
fuit dictum.

SEcūdo q̄ritur de purgatorio:

vtrū vcz ipsū purgatoriū in seq̄nti necessario
sit ponendū.¶Et videtur ꝙ non.quoniā pur
gatorium dicit a purgando.sed nullius purga
tur a peccato aliquo in sequenti.ꝙ aut est premiandus
ꝛ sic purgatus ꝛ ab omni peccato liberat⁹ morituraut
eternaliter condemnandus:ꝛ talis nec purgat in p̄senti
nec vnq̄ purgabitur in sequenti.ergo nō videtur ꝙ in se
quenti purgatoriū hmōi sit ponēdū.¶Cōtra.qz deus ē
iust⁹:nec ꝙ ꝓs dimittit aliqō petm̄ ipunitū.sed multoꝝ
electorum peccata non punīt̄ur in p̄senti. ergo oportet
ea aliqualiter puniri in sequēti.Sed ꝓbatur ꝙ nullius elec
torum punitur in inferno.ibi enim nullius punitur nisi
eternaliter cruciandus.ergo oportet puniri temporalī
ter ipos:vcz omnem electuz puniendū/in aliquo alio loco.
hmōi locum voco purgatoriū:in q̄ vcz punit̄ tēporalit̄
q̄libet electorum.ergo ꝛc.¶Responsio.ꝛ primo viden
dum est quid est purgatorium. Secundo ſi est.Tertio
vbi est.

Quantum ad primum: sciendum est ꝙ

mortuoruz aliqui erant valde boni esse:vt qui moriūtur
cum gr̄a/nec sunt pena aliqua puniendi.ꝛ locus horum
olim ad quē immediate vadunt est celum. Alij sunt valde
malivt ꝺ moriuntur cum peccato mortali actuali:quoꝝ
locus est infernus. Alij mediocriter malivt qui moriunt
cum peccato originali/quorū locus est limb⁹. Et alij me
diocriter boni vt in gratia moriuntamē pena aliqua pu
niendi.ꝛ horum locus dicitur esse purgatorium.¶Sed
ꝓtra distinctionem istam cōmunē potest argui.qm̄ quā
to ꝺo est maior gr̄a dignior tanto melior.sed ad penam
aliquam obligati ꝛ per consequens in sequēti in purga
torio puniendi possent esse ꝛ sunt de facto maioꝛ gr̄a de
gat multis a.i nullam penā obligatis.¶Hoc apparet.
qm̄ ꝓbabile est/ꝙ adulti electi maioꝛ sint gratia dignī
ꝙ paruuli/cum illi aliqō meritum ꝓpriū habeant ꝛ non
isti. Inter adultos ēt non est inconueniēs minoꝛ gratie
dignum satisfeciſſe seu solutſſe totam ꝓ suis peccatis de
bitam sibi penam in p̄senti:qō non fecerit alī⁹:qui tamē
debet esse maioris premij quia ē maioris meriti. ergo nō
omnes mortui ad nullā penam obligati sunt valde boni

tū possint esse ⁊ sint de facto eis alijs meliores. ¶Scdo etiā arguitur ꝓra illō qō dicit de paruulis.qñ d̄ nullū malum fecerunt nec mediocriter nec aliquo modo mali sunt.sed pueri nullum malum fecerūt.ꝫ ⁊c. ¶Ad primū dicēdum q̄ aliqs potest dici alio meliot dupliciter. Uno modo negatiue.alio modo affirmatiue ⁊ positiue. Negatiue ille potest dici melior in quo est minus malum formaliter vel virtualiter. Loco autē malum virtualiter penā culpe seq̄lā. Ille ergo est min⁹ malus virtualiter q̄ ē ad miorē penā culpe debitā obligat⁹. Melior aūt positiue est ille in quo est maius meritū ⁊ debet cē maius premiū talis est deo positiue acceptabilior/⁊ ideo simplr melior. ¶Tunc ad ꝓpositū qñ dicitur q̄ mortui sine culpa nulle puniendi pena sunt valde boni/verū est negatiue pro quanto carent omni malitia culpe ⁊ debite eis pene.qō non faciunt aliqñ d̄ sunt pena aliqua puniendi. talibus enim nondū est culpe malitia totaliter remissa.cū ꝑ ipa adhuc maneant ad penam aliquā obligati. non autē est intelligendum q̄ omnes tales sint valde boni positiue cum multi ad penaz aliquam obligati sint hoc mō sez positiue talibus meliores. ¶Ad secūdum dicendum est q̄ aliqui dicunt mali ꝓpter peccatū ꝓmissus/alij ꝓpter reatū sequentē peccatū nō ꝓpriū sed alienū. Et hoc mō paruuli morientes in originali dicunt mali puta q̄ rei ꝓpter demeritum alienū/vez primoꝝ parentum. Nec pōt dici q̄ dicuntur mali priuatiue/vel q̄ non sunt boni/cū nec sit in eis supna gratia nec aliqua actio meritoria.non aūt sūt mali positiue ꝓpter aliqō eoꝝ demeritū actuale. ¶Tūc igit ad ꝓpositum qñ ārit d̄d sit purgatorium/dicēdū q̄ non est aliud q̄ locus ille ad quem vadunt primo oēs decedentes obligati ad sustinendā penā aliquā ꝑ peccatis.est enī locus vbi electi ad penam hmōi obligati tē poraliter puniunt non tm̄ pena damni/sed ⁊ pena sensus ⁊ ideo differt ab inferno:quia ibi omnes vtroq; istaruz penarum eternaliter punīuntur⁊ a limbo/q̄ ibi paruuli nulla pena sensus puniuntur/sed tm̄ pena damni. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicitur q̄ in inferno sunt quatuor mansiones distincte seu ptes. Prima est inferior seu infima vbi sunt damnati. Scda est limbus paruulorum cū originali morientiuz:vt oēs d̄ moriūtur ante baptismum sine peccato actuali. Tertia dicitur purgatorium vbi ad penā temporalem aliquā obligati temporaliter puniunt mō ꝓdicto/vez pene sensus ⁊ dāni. Quarta est Habrae sinus: vbi erant patres sancti antiqui ⁊ omnes saluandi sufficēter ꝑ suis peccatis puniti ante mortē Christi. Et in hoc loco tpe gr̄e euacuato vez i ote mortis Christi nulla erat pena sensus sicut nec in limbo:sed consolatio valde magna/vt arguitur ex illo Luce.16.vbi dicit q̄ Habraz virtē illi diuiti condēnato fili recordare: qz recepisti bona in vita tua ⁊ Lazarus similiter mala/nūc aūt consolat hic/tu vero cruciaris. Sz cum limbus etiā paruulorum sit secundū aliquos locus consolationis non desolationis:quia nec ipsi paruuli patiuntur aliquam penam sensus:ideo forsitan posset dici q̄ sinus Habrae non erat locus distinctus ab isto paruulorum limbo. De hoc tm̄ nō videtur posse haberi certitudo aliqua ex scriptura:ꝓpter qō non est hic aliqd asserēdum. ¶Et si contra hoc obijciat:quia diuersi interdum electi in diuersis locis post mortem purgantur siue temporaliter puniuntur: ¶Respondeo q̄ hoc nō est verum vt cōmuniter: sed bene de aliqbus specialiter ꝓpter aliquam causam rationabilem deo notam. Et communiter autem locus talium est vnus sicut locus damnatorum ⁊ locus paruulorum ab vtroq; istoum alius ⁊ distinctus. Locus autem sanctorum videlicet Habrae sinus nunc est euacuatus.

non potest eis proficere aliquid aliquod suffragium seu opus quodcunq; bonum alicuius fidelium viatorum. ¶Puma ab omni fideli cōceditur & tenet. iustus enim nō solum sibi ipsi sed etiam alij potest mereri omne illud cui⁹ ipse est capax. Et ita cum in purgatorio existentes sint capaces gloie quam sibi meruerunt in mundo viuētes: quā gloie cōsecutionem impedit debitum pene quo obligantur: per consequens videtur q; iusti possint mereri eis huiusmodi debiti relaxationem / & gloie quā ipsi sibi meruerunt citius cōsecutionem. ¶Confirmatur. quia plus est mereri alteri gratie & gloie augmentum / q; ipsi omittri pene temporalis quātecunq; debitum. sed unus iustus potest mereri alteri viuenti vtrunq; predictorum / videlicet gratie & gloie augmentum. ergo multo magis potest ipsi mortuo mereri relaxationem pene sibi debite temporalis in purgatorio exoluende: non autem augmentum gratie vel gloie. cum talis augmenti nullus sit capax post mortem secundum dei potentiam ordinatam. quare ꝛc. ¶Secunda / videlicet q; eis etiam proficiant suffragia fidelium peccatorum: ex hoc aliqui probant. quia peccator potest mereri sibi vel alteri bona tēporalia. sed suffragia pro defunctis facta nō ꝓficiūt eis: vt dicetur in vltimo articulo / ad bonum aliquod sempiternum: sed ad temporale tm̄ / puta ad relaxationem pene eis debite temporalis. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia potēs satisfacere pro peccato proprio / et pro alieno. sed existēs in mortali peccato / aliquo modo potest satisfacere pro peccato suo prius confesso & remisso soluendo penam sibi debitam pro eodem: qua soluta in presenti non exigef ab eo amplius in sequēti. ergo ita videtur etiā q; possit satisfacere pro peccato alterius remisso penā pro ipso ei debitam persoluendo. quare ꝛc. ¶Q; aūt non tm̄ valeant defunctis malorum suffragia quātum bonorum apparet. quoniam non tm̄ ad bona eterna: sed etiam ad alia vtilia concedenda citius iustus exauditur diuin⁹ / q; iniustus. ¶Sed cōtra hoc potest argui. ¶Puma. quia deus non audit peccatorem. vt dicitur Joan. nono. Sed omnes illi quorum suffragia proficiunt defunctis ꝓ quibus fiunt / a deo exaudiuntur. ergo ꝛc. ¶Secundo. quia existēs in peccato mortali satisfacit pro ipso: & pro pena ipsi debita sempiterna: cuius relaxationem obtinet per actum doloris seu contritionis interne: per quem actum nō potest per aliquem alium satisfacere pro peccato alicuius alterius nō remisso / merendo relaxationem pene ipsi debite sempiterne. Ex quo videtur q; non sit vera illa maior assumpta: qua dicitur q; potens satisfacere pro peccato proprio / et pro alieno. ¶Ad primum dicendum q; deus nō audit peccatores nec habet gratum aliquē actum ipsorum tanq; dignum ad sempiternum premium conferendum. bene tamen audit interdum peccatores & acceptat ipsorum bona opera vt digna remunerari: & sic ipsa remunerat bono aliquo tēporali. sed huiusmodi suffragia mortuorum nō proficiunt eis nisi ad temporalem penam citius euadendam. ergo ꝛc. ¶Ad secūdum dicēdū / q; illa maior intelligenda est de omni peccato cui nō debetur pena eterna: quale est veniale & etiā mortale remissum: non autem de mortali peccato non remisso / nec remittendo ex diuino statuto / nisi mediante actu penitētiali proprio delinquētis. Licet autē deus statuerit peccatum mortale cui debetur pena eterna non remittere / nisi mediante actu cōtritionis interne peccātis hoc aliqualiter promerentis: hoc tamen nō statuit de alijs peccatis obligantibus ad penam tantūmodo temporalem: alias nūq; in purgatorio remitteretur peccatū aliquod quod est falsum. ꝯre ꝛc. ¶Si autē conclusio suprādicta non est vera vt absolute sumpta / saltem est vera ipam in telligendo & specificando quātum ad suffragia fidelium peccatorum que fiunt in persona totius ecclesie militantis sicut missa cuiuslibet sacerdotis. nullus em̄ debz credere quin missa eis pro quibus offertur proficiat: siue sacerdos bon⁹ fuerit qui celebrat / siue malus. quia & si nō valet merito offerētis / valet saltem merito ecclesie militantis: cuius est ad deum sacerdos offerens mediator. ¶Tertia cōclusio videlicet q; eis ꝓsint & possint ꝓficere omniū suffragia beator: apparet. nō em̄ video q; beati magis suis orationibus possint iuuare in mundo viuētes q; in purgatorio existentes. sed constatu mundo existentes sanctorum orationibus dirigi et iuuari. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia si sancte orando pro viatoribus in mundo existentibus possunt eis obtinere augmentū gratie & gloie eternalis / multo magis videt q; possint mereri & obtinere existentibus in purgatorio relaxationem alicui⁹ pene eis debite temporalis / nisi (qō nobis nō cōstat) fuerit cōtrarium diuinitus institutū / videlicet q; beati possint nos iuuare propter periculum in quo sumus: non autē illos qui tā periculū euaserunt. ¶Quarta cōclusio / videlicet q; suffragia infidelium sint defunctis inutilia / videt oino rōnabilis & credēda: licz non possit euidenter probari / magis q; de suffragijs fidelium reproborū: nisi q; infideles sunt totaliter a Christo diuisi: cui fideles aliqualiter sunt coniuncti saltē vnitate fidei. & ideo esto q; bona facta a reprobis pro defunctis acceptentur pro satisfactiōe pene eis debite temporalis: nō tamē alicui⁹ infidelium a Christo totaliter diuisorū. ¶Hec de puma.

Quantum ad secūdum: ponuntur alię quatuor cōclusiones. ¶Puma est / q; huiusmodi suffragia nō proficiūt primo & immediate beatis: ꝓficiunt tn̄ aliquo alio modo eis. ¶Hec apparet. quoniā huiusmodi suffragia non valent primo & immediate nisi ad relaxationem pene temporalis: & ad consecutionem gloie eternalis. sed constat q; beati nec liberantur a pena: nec consequuntur aliter essentialē gloriam sempiternam. ergo ꝛc. ¶Q; autem valeāt eis aliquo alio mō / puta secundario appet. quia cōstat q; quilibet beatorum gaudet gaudio accidētali magis tm̄ de quolibet electorum ad ipsoꝝ cōsortium aliter ascendēte. ergo quod est vtile & valet primo & antecedenter ad ascensum electorū ad cōsortū ciuium supernorū / valet secundario & consequenter ad huiusmodi gaudium citius habēdum ipsorum omniū beatorum. sed suffragia pro mortuis facta valent ad ascensum ipsorum citius obtinendum ad consortium beatorū ergo ꝛc. ¶Secunda cōclusio est q; huiusmodi suffragia sunt damnatis pro peccatis actualibus oino inutilia. ¶Hec probatur. q; si eis proficerent / aut valerēt eis ad relaxationem vel mitigationem pene eternalis / aut ad relaxationem pene temporalis ad quam ꝓ peccatis venialibus obligantur. sed constat q; non ad primum. quia illa nūq; est relaxanda: nec in aliquo mitigāda. nec ad secūdum. quia tota pena eis debita temporalis ab eis exigitur / vt dictum fuit in alia questione. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia q; existentibus in purgatorio possit aliquid mereri ab existentibus in mundo / hoc deus misericorditer & rationabiliter statuit. quia illi sunt charitate cōiuncti Christo / & nondum sunt in termino eis debito sempiterno: damnati autem sunt in termino eis debito et diuisi / quia sine charitate mortui / totaliter a deo. et ideo nec ipsi sibi ꝓsis nec alij eis aliq̄ possunt mereri boni: nec eternū nec etiā tēporale. quare ꝛc. ¶Ex hoc sequit q; nullo modo est pro eis sicut etiā nec pro beatis orandū / nec boni aliq̄ faciēdū. nec em̄ tm̄ ꝓ vānatis orans frustra oraret sed etiā mortaliter peccaret. vnde quia Hec

gotus pro illo gentili impatore mortuo orauit/sez pro Traiano/graui morbo vez febrium dolore a deo percussus fuit. ¶Tertia cõclusio est/ q hmõi suffragia non valent paruulis pro solo originali damnatis. ¶Hec apparet.quo niam ipsorum penã damnu constat esse eternã. sed huiusmodi suffragia nec valẽt ad augendam gloriã/ nec ad remittendam nec ad amouendam penam aliquam eternalem.ergo ꝛc. ¶Quarta cõclusio est/ q huiusmodi suffragia proficiũt omnibus existentibus in purgatorio p quibus fiunt. ¶Hoc apparet.qm̃ constat q ꝓficiunt defunctis.alias frustra ecclesia oraret ꝓ eis.sed nõ ꝓficiũt dãnatis:nec paruulis:nec beatis sanctis: vt probatum est nõ sunt autem ab istis alij defuncti nisi in purgatorio existentes.ergo ꝛc. ¶Sed sunt hic duo dubia. Primum:an huiusmodi suffragia valeant in purgatorio existentibus equaliter. Secundũ est:an oratio vel quecunq; bona alia facta pro pluribus valeant tm̃ cuilibet / quantũ valerẽt vni ipsorum tm̃ si pro ipso fierẽt. ¶Ad primũ respondet q aut suffragia fiunt determinate pro certis personis/ aut indeterminate ꝛ indistincte pro omnib⁹ in purgatorio existẽtib⁹. Si pro mõ: plus valẽt incõparabiliter illis ꝓ q̃b⁹ fiũt q̃ alijs. Si autẽ scõo mõ/ plus valent illis q̃ in maiori gr̃a sunt.ꝓ talib⁹ cm̃ vt dicit deus talia suffragia plus acceptat. ¶Sz q̃d de suffragijs factis ꝓ illis qui non sunt capaces:cuiusmodi sunt dãnati ꝛ beati:Dicit q suffragia facta ꝓ existẽtibus in inferno/aut reuertuntur totaliter ad talũ auctores: ꝛ pro ipsorũ vtilitate spirituali ꝛ cõmodo diuinitus acceptant.iuxta illud verbum Christi dicentis apostolis/ Matth.x. Si ibi fuerit filius pacis requiescet sup illũ pax vestra.sinaũt/ad vos reuertet. Vel forsitan distribuuntur a deo illis quib⁹ magis sunt obligati huiusmodi suffragia seu sacrificia offerentes. ¶Ad secundum respondet doctor q nõ. Q̃ pro bat. Primo.quia si omne bonũ factum pro omnibus tm̃ valet cuilibet quantũ vni si pro vno fieret tm̃/nullus deberet orare nec aliquod bonum facere pro vno defuncto in speciali:sed pro omnibus in generali.quilibet enim debet velle bonum quod fiat tot fore vtile ꝛ ꝓficere quot potest proficere sine detrimẽto alicuius ipsorum. sed oratio facta pro patre oantis ꝛ pro alijs est vtilis omnibus nec patri minus vtilis hoc supposito/ q̃ si fieret pro eo solo.ergo nunq; est pro eo nec pro aliquo orandum in speciali:sed tm̃ pro omnibus in generali.hoc aũt est falsum. ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia tunc sequeretur q frustra ꝛ inutiliter ecclesia ordinauit orationes aliquas speciales.hoc autem est falsum.ergo ꝛc. ¶Secundo/quia tũc sequeretur/q qualibet die liberarẽtur omnes alie a purgatorio/ supposito q tot suffragia fierent quot sufficere possent ad vnam animam tantummodo liberãdam.hoc autem est falsum.ergo ꝛc. ¶Tertio.quia cuiuscunq; meritũ ẽ finitũ/nec est a deo nisi ꝓ aliquo finito acceptũ.sed bonũ finitũ plurib⁹ distributũ nõ est tãtũ in quolibz quãtum esset in vno ipsorum tm̃.quare ꝛc. ¶Hec de secũdo.

Quantum ad tertium : pono tres conclusiones. ¶Prima est/q non valẽt eis ad consequẽdũ aliquod maius bonum. ¶Hec apparet.quia si per huiusmodi suffragia conferretur maior gloria:pro quibus plura suffragia fierent/maiorẽ consequerẽtur gloriam.quod est falsum.quare ꝛc. ¶Confirmatur.quia non magis existentibus in purgatorio potest mereri per aliquem maior gradus glorie q̃ existentibus in celo.nec enim maior gloria datur nisi habenti plura merita que lucratus est ꝛ acquisiuit in presenti vita.ergo ꝛc. ¶Secunda conclusio est/q hmõi suffragia non sufficiũt ad mitigationẽ seu diminutionẽ pene defunctorũ. ¶Hec apparet. Nõ enim videt diminui eorũ pena damni consistens in carentia visionis dei ꝛ fruitionis beatitudinis videtur q alia ipsorum pena que manet est diminuatur/videlicet pena sensus.diminuatur dico intensiue:sed tm̃ extẽsiue. ¶Tertia conclusio est:q valẽt eis tm̃ ad bonũ eternũ eis debitum citius consequendum:ꝛ ad tẽporale in quo sunt suppliciũ euadẽdum. ¶Hec apparet ex predicta. Cõstat enim huiusmodi suffragia esse eis ꝓficua.ergo aut ad bonum maius:vel citius consequẽdũ:aut ad malum euadendũ. sed non ad primũ.ergo ꝛc. ¶Confirmatur ꝑ illud.ij. Macc. xij. Sancta ergo ꝛ salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare/vt a peccatis soluantur.hoc est a penis pro peccatis citius cruant.ergo ꝛc. ¶Ex hoc sequit corollarie q suffragia facta pro mortuis plus valẽt et proficiũt viuis in charitate existentibus ipsa facientibus/ q̃ defunctis. ¶Hoc apparet.quia bonum eternũ maius est q̃ temporale.sed suffragia sicut ꝛ quecunq; alia bona opa valent viuis in charitate existentibus ꝛ ex charitate ipsa facientibus ad bonũ eternum:quia ad maꝰ premium ꝛ gratie bonum habẽdum.omnis cm̃ in presenti in charitate existens meretur per quẽcunq; actum bonum ex charitate factum aliquem gradum glorie sempiternum: defunctis aũt non proficiũt nisi ad citius euadẽdum malum pene eis debite temporalis:ꝛ citius consequẽdum bonum qõ meruerunt glorie eternalis.ergo ꝛc. ¶Cõfirmatur,quia magis meretur ille et cui meretur bonum eternum absolute/q̃ et cui nullũ meretur bonũ simpliciter sempiternum:sed tm̃ citius consequi ipsum. sed viuẽs in charitate pro defunctis orans ꝑ orationem v. l aliarum quarũcunq; bonarum actionum suffragia meretꝫ sibi absolute ꝛ simpliciter premium:defunctis aũt non/sed tm̃ premiũ quod sibi meruerunt meretꝫ citius eis dari: ꝛ eos a pena tẽporali liberari.ergo ꝛc. ¶Sic ad q̃stionẽ. ¶Ad rationem in principio conceddo/ q existẽti extra statum merendi nullus potest mereri bonum aliquod sempiternũ. Statuit tamẽ deus extra statũ merendi existẽtibus terminum eis debitum non consequẽtibus vez premiũ sempiternuz/ cuiusmodi sunt precise in purgatorio existẽtes posse ipsum consequi ꝛ a pena temporali liberari citius alijs scilicet viuentibus in statu merẽdi existentib⁹ hoc eis promerentibus/ꝛ pro penis eis debitis satisfacientibus.quare ꝛc. ¶Et si q̃ras quare defunctis plus valeãt bona pro eis facta q̃ noceãt eis mala aliorum / maxime si pro eis fierẽt sicut fiunt bona:Respõdeo/q deus promptior est ad miserendum q̃ ad puniendum.ꝛ ideo licet velit ꝛ statuerit bonum vnius alteri esse proficuum:non tamen malum vnius statuit alteri imputãdum.iuxta illud Ezechielis.xviij.capi.Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris:ꝛ pater non portabit iniquitatem filij.

Quarto q̃ro de cõfessionis secreto seruãdo:Vtrũ confessionis secretũ sit alicui in casu aliquo reuelãdum. ¶Et videtur q sic. qꝛ quilibet tenetur confiteri de quocunq; mortali peccato.sed aliquod potest committere quod nõ potest expumere nisi reuelando confessionis secretum sibi q confessum.sicut apparet de illo qui peccat mortaliter absoluendo episcopum simoniacum sibi confessum.talia enim non potest suum peccatum cũ omnibus aggrauantibus circumstantijs expumere/ nisi sibi confessus ipsum episcopũ reuelando.ergo videtur q in tali casu ꝛ in quo libet alio simili non tm̃ sit licitũ ꝫ etiã necessariũ reuelare ꝓfessõis secretũ. ¶Cõtra.qꝛ q̃libz tenet depositũ sibi ꝓmissuz qõ recipit seruare vt sibi ꝓmittit.sed cõfessionis secretum cõmittit cõfessor vt per eũ alteri nullatenus

revelandum.ergo ꝛc. ¶ Respōsio. Ubi primo est videndū. an quilibet teneatur ad seruandum quodcunq; secretuz. Secundo videbitur specialiter de confessionis secreto a quolibet obseruando.

Quantum ad primum: dicitur q̄ quilibet tenetur seruare secretum: dū tamē huiusmodi secretum debitū habeat obiectū. ¶ Ad cuius euidētiā distinguit triplex materia secreti. Est enī alia distrahēs: alia diminuēs: ⁊ tertia ꝓuenies. Materia secretū distrahēs est omne factū publicum. vnū enim oppositū distrahit alterum. secretum aūt ⁊ publicū opponūtur. ⁊ ideo publicum in secreto dictum nō est debitū secreti obiectū. Materia diminuens est omne factū leue seu indifferens: vt fluctū leuare vel comedere vel similia facere. et nec aliqd talium est secreti obiectuz debitū: cum secretū habeat rationem ardui ⁊ occulti. Ex quo sequit q̄ eius materia debita seu obiectū est omne factū aliquo modo arduū ⁊ occultum. ¶ Tunc hoc ꝓmisso ponūtur hic quatuor cōclusiones. ¶ Prima est: q̄ seruare sibi cōmissum secretū cui? est materia conueniens seu obiectum: est de iure nature. ¶ Hoc probat primo a priori. quia ois illud videt de iure nature esse: qđ est notū secundū dictamē rationis recte. sed huiusmodi est secretū tenere. cuilibz enī rationi recte vtenti est notū ⁊ certum depositū sibi cōmissum esse fideliter cōseruandū. infideliter aūt secretum alicuius quod recipit custodit: qui alijs ipsum pandit. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat. quia de illo est de iure nature qđ apprehensio eius terminis statim dictat recta ratio faciendum. sed viso et intellecto quid sit tenere secretuz: statim iudicat ⁊ assentitur huic: vez secretum esse seruādū. ergo ꝛc. ¶ Preterea secundo ad idē arguitur a posteriori. quoniā omne illud est de iure nature qđ sequitur ⁊ deducitur ex primis principijs legis nature. sed tenere secretū immediate sequitur ex talibus principijs: q̄ sunt secūdū Augustinum in libro de. x. chordis: duo: ad que precepta oia reducunt Unum est: q̄ quilibz debet facere alteri qđ sibi vellet fieri. Secundū: q̄ non debet facere ei quod nollet sibi fieri. Constat aūt q̄ nullus vellet nec rationabiliter velle debet suum secretum alteri cōmissum alteri publicari: sed seruari. ꝫ ꝛc. ¶ Ex quo sic ferē pro: q̄ tenere secretū est de iure nature nō sicut primuz principium legis nature. sed hoc modo est de lege nature vtrūq; p̄dictorū duorū principiorum non sicut conclusio immediate ex talibus principijs sequens: sed sicut conclusio que ex vtroq; illorum duorum sequitur sub eis duabus minoribꝰ simul assumptis. quarum vna est: q̄ quilibet vult secretum suum cōmissuz teneri: ⁊ altera q̄ nullus vult ipm alijs publicari. ¶ Secundo infertur: q̄ nullus citra deum potest dispensare q̄ homo reuelet secretum. ¶ Hoc probatur. quoniam nullus potest dispēsare citra deum nec licentiare ad faciendum aliquid contra ius nature siue dictamen rationis recte. sed reuelare commissum sibi secretum: est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia si aliquis posset dispensare cum aliquo vt reuelaret sibi commissum secretum: aut hoc posset facere de iure nature: aut de iure aliquo positiuo. Sed nō de iure nature. qz nullus auctoritate iuris naturalis potest dispensare nec aliquid facere cōtra ius nature. Nec auctoritate iuris positiui. quia hoc est inferri? iure nature. ⁊ semper si est rectum presupponit ius nature. nullum enim statutum positiuū potest dici ius nec est rectum si est contra debitum rationis iudicū. ꝫ ꝛc. ¶ Preterea potēs dispēsare in aliqua cōclusione: ⁊ in principio ex quo ipsa deducitur. sed nullus citra deum potest dispensare in aliquo predictorum duorū principiorum legis nature: ex quorum vtroq; huiusmodi conclusio sequitur euidenter: vt predictum est. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: q̄ quilibet tenetur seruare secretum sibi commissuz. ¶ Hec sequit ex predicta. que tamen est intelligenda: dum tamen secretum huiusmodi recipiens nesciat per viam aliam q̄ per dictū sibi committentis ⁊ reuelātis ipsum. ¶ Hec sic intellecta probatur. quoniam quilibet tenetur seruare quod promittit: dum tamen non sit cōtra deum nec in alicuius p̄iudicium. sed tenere secretum ad quod ipse recipiens se obligat: nō est cōtra deū: nec in p̄iudiciū alicui? ergo ꝛc. ¶ Preterea nullus potens alteri se submittere: si submittit pōt resilire nec se retrahere ab illo in quo se submisit illi. sed quilibet in recipiendo secretum alterius submittit voluntatem suam voluntati alterius qui sibi secretum committit: quod ⁊ facere potest ad tenendum illud quod recipit sub secreto. ergo ꝛc. ¶ Sed est hic dubium: an quilibet possit secretum alterius recipere. Ad hoc dicunt aliqui: q̄ non: si est subditus: sine voluntate sui superioris. Qđ probant. qz nullus volūtatē suā quā possunt simplicit sub manu alterius: potest sine voluntate ⁊ licentia illius ponere sub manu alterius. sed recipiens aliquod secretum ponit se in manu illi? a quo huiusmodi secretum recipit: quantum ad hoc q̄ nō potest sine eius licentia alteri reuelare. ergo subditus prelato primo subiectus ⁊ obligatus non potest hoc facere nisi a suo superiori licētiatus. ¶ Sed contra hoc alij et rationabiliter arguūt. quoniā nullus ex sue professionis voto potest alicui obligari vel subdi in aliquo quod sit contra ius nature ⁊ dictamen rationis recte. sed non recipere in aliquo casu secretum sui proximi: est contra prima principia predicta legis nature. quilibet enim vellet ⁊ rationabiliter velle debet suum secretum in casu aliquo ab aliquo recipi ⁊ seruari. ergo ⁊ ipse tenetur etiam secretum alterius recipere ⁊ seruare. ¶ Confirmatur. quia nullus potest se obligare q̄ nō subueniat fratri suo in necessitatis articulo cōstituto. sed nō recipere secretum ꝓximi est nō subuenire ipsi in casu necessitatis. qui enim secretum proximi non vult recipere: non potest in facto illo ipsi consulere quid agendū. ergo ꝛc. ¶ Et ideo dicitur aliter ⁊ rationabiliꝰ: q̄ quilibet est de lege nature obligatus ad recipiendum in casu necessitatis secretum alterius: ⁊ seruandum vt ipsi possit consulere salubriter quid agēdum. ¶ Nec valet alicui? ratio in contrarium. quoniam nec subditus in recipiendo secretum alterius ponit voluntatem suam in manu alicuius inferioris prelato: nisi i hoc ad quod tenet ex diuino mādato. ex quo dlibet tenet subuenire ꝓximo i necessitatis articulo constituto. quare ꝛc. ¶ Sed nūqd subdit? a suo prelato prohibitus: potest recipere secretum alterius? ¶ Ad hoc respondetur: q̄ aut prelatus indicat subdito vniuersaliter ne aliquid recipiat sub secreto: aut non vniuersaliter ⁊ absolute: sed ne recipiat aliquid sub secreto nisi cum aliqua conditione vel protestatiōe apposita antecq̄ ipsum recipiat licita ⁊ honesta. Primo modo mandatum prelati est fatuum: nec obligat subditū ad seruandum: cum sit simpliciter contra deū. Secundo autē modo est rationabile et seruandum a quolibet subditorum. ¶ Tertia conclusio est: q̄ subditus recipiēs aliquid sub secreto ab alio subdito quod sat alio modo non tenetur illud seruare nec occultare: immo debz reuelare prelato ipsum per obedientiam requirenti. ¶ Hec apparet. quia quilibet requisitus per obedientiam a prelato tenet ipsi veritatem dicere quam sat alio modo q̄ per secretum. vnde negando ipsam: non est dubium quin peccet mortaliter ꝓtra votū obedientie faciēdo. ¶ Ex q̄ sequit consilium: q̄ socius in crimine cū aliquo tenet ipz accusare ⁊ reuelare ꝓlato. ¶ Hoc apparet. qm̄ tūs nō tm̄ sat fatuꝰ alteri?

per modum secretuꝫ sed etiam per alium modum: cum videat ad oculum illud factum. ¶ Cõfirmatur.quonã magis videretur ꝙ deberet illud celare quod ipſi aliꝰ committit sub secreto / ꝙ illud quod suus socius de facto perpetrat coram eo. sed primũ/ videlicꝫ quodcunq; ſibi sub secreto dictum/ dum tamen per alium modum sciat/ tenetur prelato dicere ipsum per obediẽtiã astrictus.ergo ꝛc. ¶ Sed contra hoc videtur posse argui. Primo quia talis facit alteri quod non vult sibi fieri. nullus enim vellet suum secretuꝫ quod commisit alicui reuelari per ipsum alteri.ergo nec ipse debet hoc alteri facere secũm ius nature seu dictamẽ rõnis recte. Secãdo.quia nullus debet facere contra promissum. sed qui secretũ ab alio recipit ad ipsum non reuelãdũ alteri se astringit.ergo ꝛc. ¶ Ad primũ dicendũ ꝙ immo quilibet loquẽdo rationabiliter debet velle vt suũ dictum alteri nõ per viam secreti notũ non manifestetur prelato ꝙ ipsum.secus aũt est de illo cuius peccatũ nõ est alicui nisi ꝑsone per modum secretũ notum.qꝫ nec tale peccatum ptinet ad prelati forum.nec est ipm : sed per deum tñmodo puniendum.quare ꝛc. ¶ Ad secundũ dicendum/ꝙ nullus põt promittere aliqd contra deum. sed nõ reuelare peccatũ sibi in secreto detectũ per aliã viã factum est cõtra deum ꝛ contra suum obediẽtie votũ. ergo nullus potest tale secretum vt seruandũ recipere nec seruare promittere:ꝛ si ꝓmittit/ peccat in ꝓmittendo:sicut vouens aliquid illicitũ: non aũt in reuelando prelato: cũ hoc necessario facere teneatur. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est/ꝙ nullus tenetur seruare aliquod secretum:cuius materia seu obiectũ est indebitũ:vel quia distrahẽs / puta qꝫ factum publicũ:vel quia diminuens /puta qꝫ indifferẽs seu ridiculosum nec in aliquo arduũ nisi ad hoc se specialiter obligaret:quæ tamen obligatio fatua videret. ¶ Hec apparet.quia se obligans ad tenendũ secretum nõ est obligatus ad seruãdum vel tacendũ quod est publicũ ꝛ omnibus manifestum.sed secretũ/ cuius materia seu obiectũ est distrahẽs /est de illo qõ est publicũ ꝛ aliis manifestũ.ergo nisi specialiter ad tale secretum quod magis debet dici publicum se obliget non tenet. ¶ Consimiliter põt argui de secreto cuiꝰ materia seu obiectum est diminuens qꝫ rationẽ arduꝰ nullam habens:vt secretũ dictum de aliquibus ꝺbusq; factis truffatricꝫ vel iocosis.nec est obligans se ad tenendũ alicui sub secreto: qõ sibi debet dicere/tenetur tale secretum seruare: nisi vt dictũ est de alio/ad tale se specialiter obligaret.Et ratio huiꝰ est.qꝫ obligãs se ad seruandum secretũ supponit quod sibi est dicendũ ꝛ sub secreto cõmittendum habere secreti materiam debitã seu obiectũ: quod non habet aliquod predictorum.ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secũdum:dicitur primo

ꝙ confessionis secretũ est maximum et secretũ secretorum omniũ. Secundo/ꝙ in illo casu huiusmodi secretũ est alicui reuelandum. ¶ Primum apparet: tum quia huiusmodi confessionis secretũ habet annexum diuinitus institutum ecclesiasticũ sacramentum.tũ quia eius obiectũ est arduũ vel difficillimũ. tũ tertio quia est ad salutem viatorũ valde necessarium. ¶ Ex hoc sequitur secundũ:videlicet ꝙ in nullo casu est alicui reuelãdum. si enim ad quodcunq; secretum debitũ seruandum quilibet obligatur:multo magis ad hoc qõ est maximũ et secretũ omnium secretorũ. Unde ipsum esse seruãdum est de iure nature ecclesiastico ꝛ diuino. ¶ Sed nũqd si reuelaret in reuelando mentiretur? Respondetur ꝛ bene ꝙ sic. Cuiꝰ ratio ponitur.quia dicẽs aliquid eo modo quo nescit /mentitur. sed secretum confessionis reuelans dicit illud eo modo quo nescit.scit enim illud in persona dei:modo quo audit ꝓfessionem: dicit autẽ in persona sui.ꝙ ꝛc. ¶ Sed contra hoc arguit. Primo qꝫ sacerdos nõ magis audit cõfessionẽ in persona dei ꝙ celebret vel ministret alia quecunq; ecclesiastica sacramenta.sed ipse nullum sacramentũ ministrat in persona dei sed vt eius minister ad hoc per ipsum institutus: nec tamen sacerdos celebrans in occulto mẽtitur: quando se in publico asserit celebrasse.ergo ꝛc. ¶ Secundo / quia nullus mentitur in dicendo verum.sed reuelans confessionis secretum dicit verum.ergo ꝛc. ¶ Ad ista dicẽdũ ꝙ sicut nesciens aliqd qõ scit alius ab ipso personaliter distinctus mẽtit/ si se asserat scire illud:ita ꝓsimiliter vnꝰ ꝛ idem gerens vices duorum officiorum sciens aliquid vt gerit vices vnius officij mentitur si se asserat scire illud vt alterius officij vicem gerens.sed sacerdos ꝛ quicunq; alius recipiens aliquod debitũ secretum ab alio sibi detectum/ recipit ipsum vt minister deinde scit illud in foro secreto.ergo dicẽs se scire illõ in alio foro mẽtit. ¶ Confirmat. Primo: quia constat ꝙ cõfessor interrogatus de illo quod per confessionem agnouit:potest immediate videre ꝛ debꝫ se illud penitꝰ ignorare:ergo mẽtitur ꝛ falsum dicit si se asserat illud scire. ¶ Cõsequentia est cuidens.quia impossibile est ꝙ vtrunq; pars contradictionis sit vera.ergo si dicẽs se nescire aliqd/dicit verum / per consequens si dicat se scire illud mentitur. ¶ Cõfirmat.qꝫ dicẽs se scire vel ignorare aliquid i illo foro est intelligẽdum ipm illõ ignorare vel scire in quo ipse loquitur.Sed constat ꝙ secretum nescit a recipiẽte ipm in foro publico sed secreto et occulto.ergo quod scit aliquis in occulto : mentitur si se in publico asserat illud scire. ¶ Antecedens ꝓbatur.quia alias sacerdos interrogatus de illo qõ per confessionem agnouit / num ꝙ posset respondere se illud nescire quin peccaret: cum omne mendacium sit peccatum . hoc autem est falsum. ergo ꝛc. ¶ Secũdo cõfirmat per illud verbũ Christi dicẽtis/Matthei decimotertio. De die aũt illo ꝛ hora nemo scit/neq; angeli neq; filius/nisi pater. ſz cõstat Christum dei filium etiã vt hominem omnia scire:ꝛ per consequens horam illam:ꝛ tñ quia scit eam in secreto/ non vt ipsam reuelandam in publico/nec vt aliis explicandam.dicitur ignorare eam.ergo cõsimiliter in proposito:cum confessor nesciat confessionis secretum nisi vt gerens vicẽ ꝑsone secrete: ꝛ quodammodo dei occulta ꝛ secreta cordium intuentis/vere potest ꝛ debet dicere interrogatus in publico se illud penitus ignorare:sicut Christus vt homo dicit illum seu horam iudicij dixit ꝛ asseruit se nescire. ¶ Ex hoc apꝑet ꝺd est dicendũ ad primũ de sacerdote celebrãte.qñ sacerdos celebrãs vel qõcunq; sacrm ab isto alio administrans ꝛ postea de eo loquens non gerit vices duorum quãtum ad officiũ. nec enim cõficit vt minister vel persona secreti cum publice cõficiat/ꝛ sacramẽta alia administret.ꝛ ideo in eodem foro est conficiens ꝛ de hoc loquens: nec per consequens mentitur.sed verum loquitur.secus aũt est de cõfessore vel alio quocunq; quodcunq; secretum sibi cõmissum/qõ nullo mõ alio scit nisi per viam secreti/aliꝭ publicante.quare ꝛc. ¶ Ad secundum consimiliter est dicendum.patet enim ex dictis ꝙ falsum est illud assumptum/videlicet ꝙ reuelans confessionis secretum dicit verũ. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationẽ in principio dicendum/ꝙ sufficit tali / qui videlicet episcopum sibi ꝓfessum absoluit / qõ facere nõ potuit / cõfiteri dicendo se sacrm ꝓnie ministrasse ideoꝺe absoluẽdo quẽ nõ poterat absoluere.nullo aũt mõ licꝫ ꝑsonã sibi ꝓfessaꝫ quã

absoluit indebite exprimere: esto q persona illa sit circunstantia peccatum aggrauans. quia magis tenetur ad non prodendum personā sibi confessam/q̄ ad confitendum explicite culpam suam:cum ad primum videlicet ad confessum non prodendum/obligetur ex lege naturę/ecclesiastica et diuina: ad secundum autem videlicet ad confitēdum/non nisi de lege siue ex statuto positiuo ecclesiastico ⁊ diuino: qō in tali casu neminē obligaret/vbi videlicet circumstātia aliqua peccati explicari non posset sine publicatione ⁊ reuelatione persone sibi confesse.

Distinctio Vigesimasecunda.

Circa distinctionē vigesimamsecundam: in qua magister inquirit/an peccata per penitentiam remissa redeant in recidiuante:Quero primo de hoc videlicet. Utrum propter relapsum reiteretur ad relabentem indultum peccatum. ¶Et videtur q̄ sic. quia sicut se habent bona opera ad penitētiā ita mala commissa ad culpam nouam. sed bona opera preterita per culpam mortificata sic se habent ad penitētiā q̄ reuiuiscant p̄ eā. ergo ⁊ mala indulta preterita redeūt consimiliter propter culpam nouam. ¶Cōtra. quia vnum ⁊ idem in numero non potest redire nisi diuina actione.sed peccatum nō potest redire actione diuina/cum deus ipse peccare non possit.ergo ꝛc. ¶Respōsio. Vbi primo videndum est/an peccata remissa possint redire de possibili absolute. Secundo an redeant de facto.

Quantum ad primum: dicitur a quibusdam/q̄ impossibile est peccatum preteritum indultum redire in recidiuante nec in aliquo alio. Quorū ratio per quam probant hoc/est illa que facta est/videlicet q̄ nihil idem numero potest redire nisi a deo/a quo nullum potest esse peccatū. ¶Sed sic dicētes male accipiunt peccatum idem redire. non enim hic queritur/an peccatum in recidiuāte redeat vel redire valeat formaliter quantum ad ipsum actum deordinatum: qui quidem vt sic est formaliter peccatum: sed quātum ad reatum manentem post actum: qui non est aliud q̄ obligatio ad penam debitam alicui propter actum ipsum licet preteritum.huiusmodi autē reatus non est formaliter peccatum.quare ꝛc. ¶Cōfirmatur.quia eo modo queritur hic an peccatū redeat post relapsum/quo modo ipsum peccatum manebat anteq̄ esset remissum per penitentie sacramentum.quo etiā modo ipsum peccatum dicitur non manere siue transire quando remissum. sed transeūte actu culpabili nondum remisso nullum manet in peccante peccatum vt formaliter sumptum/magis q̄ in illo qui nunq̄ peccauit: sed tm̄ manet ei⁹ reat⁹ seu obligatio ꝓpter illud petm̄ ad debitā sibi penam. ¶Peccatum etiam quando remissum non dicitur transire:cum anteq̄ remissum esset/nam transiuisset:sed tm̄ dicitur remitti quia non imputatur vt prius homini ad debitam sibi penam. ergo hic non queritur an redeat ꝓpter illud relapsum/vt formaliter est peccatum/cum nec vt sic transierit: quia nec extitit quando remissum:sed an redeat quantum ad reatum seu obligationem ad malum debite sibi pene/vt videlicet ad eandē penā sibi puta recidiuati imputeē propter illud relapsum/ ad quam fuerat imputatum anteq̄ esset remissum.Sed esto q̄ diuina virtute ⁊ volūtate peccatū hoc modo rediret/ deus ipe in nullo peccaret:magis q̄ peccet qñ nouiter deliquēte vult ⁊ statuit esse reū seu obligatuz ad penā sibi debitā propter illud peccatū: cum nec huiusmodi reatus seu obligatio ad penam/dicat culpam: sed magis iustitiam punientem ipsam. quare ꝛc. ¶Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius euidentiam est sciēdum/q̄ peccatum idem redire potest intelligi dupliciter. Uno modo/q̄ redeat vt peccatum formaliter acceptum.videlicet quantum ad ipsum actum deordinatum/ si est commissionis peccatum. Alio modo an possit redire quantum ad reatum siue obligationem ad penam manēte post culpam commissam. Primo modo rediret secūdū se formaliter.Secūdo mō virtualiter seu equiualēter/modo quo fuit remissum/quia nec ad penam nō imputatū. ¶Hoc premisso/pono hic quatuor conclusiones. ¶Prima est/q̄ peccatū vt primo modo sumptum/quantum ad totum positiuum qō dicit ⁊ fuit formaliter in re extra/ potest redire actiōe ⁊ virtute diuina. ¶Hec apparet.quia non est deo impossibilius vnum ens positiuum interruptum idem in numero reparare q̄ aliud. Sed constat secundum veritatē fidei/vt dicit in materia de resurrectiōe/deo esse possibile aliquod ens interruptum idem in numero reparare:alias non resurgeret de facto idem homo in numero qui prefuit:quod est falsum. ergo idem potest facere de quocunq̄ ente alio interrupto.quare ꝛc. ¶Et si contra hoc arguatur/quia tūc deus esset causa peccati/Dico q̄ non sequitur.quia nec illud positiuum/vt commune dicitur/est peccatum.Vel si dicatur q̄ est peccatū cum deus ponatur cogere cause secunde ad omnem effectum sibi possibilem positiuum/ per consequens cogit etiam principaliter peccatum ad actum huiusmodi positiuum quando primo peccauit/ipsumq̄ actum produxit.sed non est malus inconueniens dicere deum posse esse causam totalem peccati/q̄ partialem.nec partialiter tamē nec totaliter deus potest peccare. quare ꝛc. ¶Ex quo sequitur / q̄ si ille actus a deo fieret idem in numero seu rediret/nullum esset peccatum:nec ei cui infunderet/si infunderet alicui esset ad penā aliquā ipuētādus. ¶Hoc apparet. quia peccatum ideo peccatū secundum Augustinum/quia voluntariū ⁊ in hominis potestate.sed respectu talis actus homo nullam haberet libertatem:nec aliquam potestatē.ergo nullus esset in eo peccatum:nec in deo:magis q̄ producere quodcūq̄ aliud possibile ens creatum. ¶Sed contra hoc fortiter arguetur. quoniam illud quod secundum se est tale/est tale a quocunq̄ in esse positum vel productum.sicut quia amor dei propter se est bon⁹ moraliter actus/ ideo est bonus a quocunq̄ productus.sed actus odiendi deum est ita secundū se malus formaliter sicut actus diligendi bonus. ergo huiusmodi actus vel quicunq̄ alius vitiosus erit vitiosus et moraliter malus a quocunq̄ causaliter sit productus. ¶Respondeo dupliciter. Primo enim posset dici/ q̄ actus odiendi non est malus/nec peccatum ratione sui:sed ratione obiecti in debeti super quod transit: cum transeat super diligibile qō quidem tenetur diligere efficāciter talem actum. Sicut homo non teneretur nec deberet deum diligere vel non posset/non esset malum ipsum odire. Si etiam homo actum odiendi eliceret:per quē fuꝑ deū nō trāsiret: talis actus nō esset malus. Sed deus per nullum actū creatum potest se diligere nec odire. ergo nullus actus

diligendi nec odiēdi vt a deo creat⁹ pōt cē mal⁹ moraliť ¶Tunc ergo quādo dicit q actus odiendi deum secundum se est malus ꝛ vitiosus/cōcedo q est malus ꝛ ad penam imputandus illi qui per ipsum transit in deum: ad quem diligendum est obligatus:dum tamen sit in ei⁹ potestate talis actus / videlicet sic q possit per ipsum trāsire vel non transire si voluerit super deum.sed si deus produceret odium sui/ ipse per talem actum non transiret nec transire posset super se.ergo talis actus nō esset malus vt esset ab ipso producť⁹.Si autem huiusmodi actū alicui infunderet/aut ille tali informatus actu posset nō transire per eum super deum odiendo ipsum:aut non.Si primum:talis actus esset in eo peccatum/nō vt a deo effective/nec vt in ipso subiectiue:sed vt per eum transiret super deum libere obiective. Si autē detur secundum:videlicet q non esset in sua potestate non transire super deum:tunc nullo modo talis actus esset in ipso peccatum. quare ꝛc. ¶Confirmatur. quia actus odiendi non est malus nisi quia per ipsum deus oditur:nec amor est bonus nisi quia per ipsum deus vel aliud obiectum diligendum diligitur. Sed si deus produceret eundem actum quo aliquis cum odit/et amorem quo quis cum diligit/ nec tali actu odiendi per se stante ipse oditeretur:nec amore amaretur. ergo nec talis actus odiendi per se stans nulli inexistēs esset moraliter saltem actualiter vitiosus nec amor etiā virtuosus.quare ꝛc. ¶Si autē tales actꝰ deus alicui infunderet: aut in illius potestate esset per eos non transire super eorum obiectum: aut non/vt supra dictum est iam dictum. ¶Secundo potest dici aliter/licet quasi in idem redeat/ videlicet q nullus actus quātum ad positiuū quod dicit/est formaliter peccatum:sed quia caret aliqua circunstantia sibi debita quam ipsum actū eliciēs tenetur et vare:vel quia habet circunstantiam cōtrariam quam tenetur vitare. Deus autem nec tenetur aliquid vitare/nec aliquid alicui conferre. ergo in nullo actu positiuo potest peccare. ¶Confirmatur.quia manifeste videmꝰ vnum ꝛ eūdem actum esse peccatum vni ꝛ non alteri.qō nō est nisi quia aut vnus tenetur eum vitare/et alius non:aut quia licet vtriq; sit licitus/ ab vno fit seu eliciatur cum circunstantijs debitis ꝛ non ab alio. sed vt dictum est/deus nullius ad extra est debitor. ergo ꝛc. ¶Secunda conclusio est/q si peccatum postq̄ remissum rediret modo predicto/ non magis rediret quia remissum/q̄ si non fuisset remissum. ¶Hec apparet.quia nullum ens idem in numero dicitur redire : nisi quia interruptum ꝛ realiter prius coruptum. sed peccatum nō corumpitur nec interrumpitur quando remittitur : immo tam interruptum et coruptum supponit:cum nunq̄ peccatum maxime mortale remittatur alicui dum et actualiter inexistit. ergo peccatum modo predicto non magis potest redire quia remissum : q̄ si non remissum. ¶Confirmatur dupliciter. Primo quia peccatum nouiter esse remissum non est ipsum vt formaliter sumptum esse nouiter interruptum:sed ad penam non imputatum Secundo quia omne interruptum potest idem in numero reparari. sed peccatum non remissum vt formaliter sumptum/ est ita coruptum siue preteritum sicut remissum.ergo ꝛc. ¶Tertia conclusio est : q peccatum vt secūdo modo sumptum/videlicet virtualiter seu effectiue quodammodo p reatu / posset redire idem in numero in recidiuante. ¶Hec apparet. quia peccatum hoc modo redire non est aliud q̄ ipsum ei cui fuerat primo pena debita remissa/ ad eandem penam ad quam antea imputari.sed constat deum hoc posse facere/videlicet ipsum peccatum remissum precedens propter demeritum sequens ad penam dimissam prius homini imputare. ¶Hoc probatur.quoniam hoc potest facere quilibet alius dominꝰ temporalis.vt apparet primo per legem humanam de seruo manumisso : qui peccans in suum dominum / potest ab ipso redigi in pristinam seruitutem. Secundo per legem diuinam / Matthei decimooctauo capitulo explicatam/de illo cui dominus suus dimiserat decē milia talentorum:que tamē licet dimissa ab eo postea repetijt/quia ipse conseruo suo debitum remittere noluit. ergo ꝛc. ¶Quarta conclusio est / q si peccatum isto modo in recidiuante rediret/nihil per hoc nouiter ipsi adueniret. ¶Hec apparet.quoniā reatꝰ siue obligatio ad penam culpe debitam nō est in aliquo nec dicit aliquid positiuū/vt in precedentibus est ostensum. Nec per consequēs per hoc q deus alicui culpam remittit aliquid ab ipso abijcit quod in ipo formaliter precessit. Si peccatum redire isto modo non est aliud q̄ ipsum imputari ad penam ad quam prius. ergo sicut per hoc q remittitur nihil ab homine tollitur:ita nec per hoc q reducitur/ aliquid in ipso nouiter ponitur. ¶Hec de primo.

Quantum ad secūdum: pono quatuor

conclusiones. ¶Prima est/ q peccatū remissum vt formaliter acceptum nunq̄ redit per recidiuum. ¶Hec apparet.cōstat enim q propter aliquem actum nouum bonum vel malum sequētem deus qui solus hoc facere posset / nō reparat siue creat actum alium preteritum bonū nec malum aliquē precedentem. ¶Secunda conclusio est:q si peccatum hoc modo sumptuꝫ rediret/ ad nullam penam esset homini imputandum. ¶Hec apparet. quoniam peccatum non imputatur homini ad penam nisi quia ab homine perpetratum.sed impossibile est idē peccatum in numero preteritum naturaliter iterum a creatura aliqua perpetrari : sicut nec aliquod aliud ens coruptū reparari.ḡ ꝛc. ¶Tertia conclusio est/q peccatum vt secundo modo sumptū/videlicet pro reatu seu obligatione ad debitam sibi penam/modo quo in ista questione accipitur / non redit totaliter siue simpliciter in recidiuante. ¶Hec probatur.quoniam quod a deo absolute non cum cōditione dimittitur/nunq̄ ab eo exigitur. sed deus per penitentiam dimittit penitenti absolute nō conditionaliter culpam commissam/dimittendo seu relaxando aut diminuendo debitam ipsi penam. ergo huiusmodi penā absolute dimissam non exigit vlterius propter culpam aliam de nouo commissam. ¶Confirmatur.quia peccata ex quo a deo remissa se habent ac si nū q̄ fuissent.quia nec homo propter ipsa est magis q̄ si nū q̄ fuissent ad penam aliquam obligatus / supposito q totaliter sint remissa.Sed illud quod se habet ac si nunq̄ fuisset:non videtur magis posse redire q̄ si nunq̄ fuisset.ergo ꝛc. ¶Quarta conclusio ꝛ vltima est/q peccata remissa per penitentiam precedentem redeunt aliqualiter propter culpam sequentem. ꝛ hoc ratione maioris pene q̄ debetur culpe commisse propter veniā culpe remisse.¶Hec declaratur.quoniā quāto magis quis est deo obligatus/tanto si peccet ꝛ se ab ipso separat est magis ingratus : et per consequens ratione maioris ingratitudis magis peccat. Sz magis tenet deo ꝛ obligat ille cui peccatū remittit q̄ alꝰ q̄ in pctō manere permittitur.ergo magis delinquit / qz magis ingratꝰ existit/qui a pctō liberatꝰ recidiuat/q̄ ille alius qui in ipso dimissus ipsum cōtinuat.Ex quo sequit/q cū peccata per priam dimissa redeāt in recidiuāte / sicut circunstantie peccatū sequens quodlibet aggrauātes/ḡ cōsequēs relapsus seu recidiuans de peccato nouiter cōmisso post penitētiam confitēs debet etiā in ḡnali petā priꝰ cōfessa ꝛ remissa

exp̃mere/dicẽdo. alia mꝛta petã omiſſã de dꝫ absolutꝰ fuerã: ꝛ postmodũ redu ad vomitũ: vt ingratus. ¶ Hoc probatur. qꝛ eis circũſtãtia petĩ aggrauãs est cũ petõ ipſo in cõfessione dicẽda. ſed petã remiſſa aggrauãt ſeq̃ntia, ꝓpter rõnẽ tam dictã. g̃ ꝛc. ¶ Sed cõtra hoc forſitan arguẽt. qđ maius bñficiũ a deo accepit qui nunq̃ peccauit: ſed ſemp innocẽs fuit: q̃ qui peccare ꝓmittit ꝛ a peccato poſtea liberat. ¶ Hoc apparet. ꝓſtat cĩ q̃ maiꝰ bñficiũ accepit a deo ꝛ ideo magis fuit ipſi obligata beata virgo quia in innocẽtia conſeruata: q̃ beata Magdalena, que a culpa p̃terita liberata. ergo ſi culpa cõmiſſa remiſſa aggrauat ſequẽtẽ, ꝓpter ingratitudinẽ: multo magis innocentia aggrauat culpã nouam: cũ innocens magis ſit deo obligatus q̃ penitẽs: ꝛ per ꝓns magis ſit ingratꝰ ſi peccat. ¶ Rñdeo cõcluſionẽ, pcedẽdo. qꝛ nec est in aliquo contra dicta. qđ tam liberatio a culpa ꝓmiſſa/ q̃ conſeruatio in innocentia ꝛ ꝑſeruatio ab ipſa/ est bñficiũ ꝛ dei donum: ꝛ ideo vtrũq; aggrauat ſequẽs peccatũ. Qꝛ tñ maius beneficiũ est ꝑſeruari in innocẽtia q̃ liberari a culpa: ideo videt q̃ quorũcunq; existẽtiũ eiuſdem tꝑis ꝛ etatis petĩ illius / qui quidem fuit vſq; tũc ſemp in innocẽtia cõſeruatus / ꝛ a culpa ꝑſeruatꝰ / eſſet grauiꝰ petõ alterius recidiuãtis poſtq̃ fuit a peccato alio p penitentiã liberatus. ſicut etiã peccatũ recidiuãtis poſt penitentiam est grauius peccato illius qui nũq̃ fuit a peccato p penitentiã liberatꝰ. ¶ Hoc apparet. qꝛ ſicut maius beneficium a deo recipit penitens q̃ impenitens: et ideo peccatũ penitẽtis recidiuãtis est grauius petõ alterius ata ꝛ maius est beneficium innocentis q̃ penitentis. ergo ꝛ peccatũ eius grauiꝰ petõ eiuſdem rõnis alterius. ꝛ hoc ceteris paribꝰ. ¶ Et ꝙ ſequit corollarie vt videt: q̃ conſeruatus in innocẽtia nouiter poſtea cadens quãdo confitet de peccato nouiter perpetrato debet ex pumere ſuam innocentiã preteritam tanq̃ circunſtantiã culpã cõmiſſam nouã aggrauãtẽ. ¶ Sic q̃stionẽ. ¶ Ad rationẽ in puncipio vicendũ / q̃ mala opa non redeũt / licet bona p pniam reuiſcant. ꝙmo qꝛ deus ꝓniot est ad miſerẽdũ q̃ ad puniẽdum. ꝛ ita licet velit bona opa in charitate facta poſt peractã pniam de alijs malis actibus p̃miare: non vult tñ mala opa ſemel remiſſa ad penam aliquã amplius imputare. Secundo etiã non est ſimile de malis operibus ꝛ de bonis. qđ ſicut nullum malum deus vult eſſe impunitũ: ita nec bonum aliquod nõ remuneratũ. ſed p̃mium bonis operibus in charitate factis debitum est bonũ eternale: qõd munq̃ fuit commutatum in bonum aliquod temporale. petõ aũt mortali licz debeatur pena eterna / tñ iſta fuit in penã temporalẽ in penitentia commutata vel totaliter relaxata. Et ideo vel nullam exigit ſi totã dimittit / vel non niſi tẽporalem in quã cõmutet penam aliã puꝰ petõ debitã eternalem.

SEcundo quẽro: vtrũ bona opera in gratia facta ꝛ per culpã mortificata p penitẽtiã redeant ſeu reuiuiſcãt. ¶ Et videtur q̃ ſic. quoniã vt p̃dictus est in alia q̃ſtiõe premium talibus operibus debitũ est eternum: quod non fuit ꝓpter peccatũ in tẽporale aliquod reddẽdũ premiũ commutatum. ergo poſt penitentiã aut eis debetur premium eternum: aut nullũ. Sed non põt poni ſecundũ: cũ nullum bonum deus velit eſſe nõ remuneratum. ergo primuz. ſed omne opus prius premio eterno indignũ ꝛ poſtea dignum est viuificatum. ergo ꝛc. ¶ Contra. qꝛ mortuum non põt viuificari niſi p miraculum: cum a priuatione non ſit naturaliter regreſſus ad habitũ. ſed ad penitẽ tie actum nullũ oportet cõcurrere aliud miraculũ q̃ ſit reſurrectio ſeu liberatio penitẽtis a morte culpe. ergo ꝛc. ¶ Reſpõſio. Vbi primo ꝓmittam tuo ad queſtionis expoſitionem. Secundo dicam aliter ad queſtionem.

Quantum ad primum: eſt præmittendum primo quid eſt opus mortificatum. Secundo quid eſt opus mortificatũ reuiuiſcere ſeu redire. ¶ Ad euidentiam primi eſt ſciendũ / q̃ aliud eſt opus viuũ. aliud mortuum ꝛ mortificatiuũ: aliud mortificatum nõ mortificatiuũ: ꝛ aliud quod nec eſt viuum nec mortuum: nec mortificatum nec mortificatiuum. Opus viuum dicitur omnis actus vite eterne dignus / qualis eſt omnis bonꝰ a quocunq; viatore in charitate exiſtente ꝛ ex charitate factꝰ. Talis inquã ois actꝰ dicit opus viuũ quodãmodo cauſaliter meritorie primo: qꝛ meretur hominem viuificari per augmentũ gratie in ꝑſenti: ꝛ per gradum glorie in ſequenti. ꝛ ita est viuum / quia duplici vita viuificatũ: videlicz vita gratie in re / ꝛ vita gloue in ſpe. Opus aũt mortuũ ꝛ mortificatiuum est omne mortale peccatum. qõd poteſt dilingui. Qõdã cĩ poteſt dici mortuũ et mortificatiuũ dupliciter. Primo. qꝛ vite gꝛe ꝛ glorie ablatiuũ. Secundo. qꝛ mortis pene inductiuũ. ꝛ tale est omne mortale peccatũ qõ exns in gratia primo ꝓmittit. p tale uiquã tollit vita gratie que tã habebat: ꝛ glorie q̃ hoi debebat ꝛ quilibet ad mortẽ pene perpetue deputatur. Aliud est quod poteſt dici mortificatiuũ quia mortis pene tantũmodo inductiuũ: non qꝛ vite gꝛe nec glorie ablatiuũ / ſiue (vt loquamur ꝓpius) qꝛ vitã gratie ꝛ glorie de facto nõ auferẽs. qꝛ quatũ est ex ſe ita ẽ vtriuſq; vite p̃dicte ſicut aliud ablatiuum. ꝛ tale petĩ est oĩe petĩ mortale poſt primũ nõ remiſſum ꝓmiſſuz. tale enim quodlibz bene meretur nouã mortem / vez aliquẽ gradũ penenen tñ de facto aufert vitã aliquam: qꝛ nec aliquam meruit q̃ auferri poſſit / cũ tale cõmittens peccatũ nec foret priꝰ in gꝛa nec dignus exiſteret gloua. Peccatũ autẽ quodlibet ve male põt dici mortuuz ꝛ etiã mortificatiuũ puuatiue ſeu negatiue: quia nõ est vita eterna gloue nec gratie dignũ ꝛ etiã aliqualiter poſitiue ſiue contrarie: nõ qꝛ vitã gꝛe aliquo mõ nec vitã gloue ſimpliciter auferat: vt mortalenee qꝛ mortẽ pene eterne inducat: ſz qꝛ meretꝫ homini infligi mortẽ pene tẽporalis: et ab ipſo auferri non perpetuo: ſed ad tꝑs vitam gloue eternalis. Opus mortificatum ſed non mortificatiuũ dicitur oẽ illud qõ primo fuit viuũ / qꝛ vita gratie ꝛ glorie dignum. ſz nũc vita hmõi est puuatũ ꝛ ideo mortificatũ, ꝓpter aliqõ ſuperueniẽs opus mortuũ et mortificatiuũ / videlicet tale peccatum. ꝛ tale opus est oĩs actus meritorius in charitate factus / poſt cõmiſſum mortale peccatũ. Talis inquã actus bonꝰ nõ põt dici opus mortificatiuũ: cũ non ſit mortis pene inducẽs nec vite gꝛe nec glorie ablatiuũ. Dicit tñ mortuuz qꝛ vita q̃ ꝓpter ipſuz hoi merat / vez gratie / ꝛ vita gloue q̃ meſſe debebat / totaliter ꝓpter petĩ ſuperueniẽs est puatũ. Opus non viuũ nec mortuũ: nec mortificatiuũ: nec viuificatiuum põt poni duplex. Vnũ qõ nec est dignũ vita: nec morte eterna / nec per ꝓns hoiem mortificat / nec viuificat iſto modo. est tñ dignũ aliquo bono alio tꝑali. ꝛ tale opus est oẽ opus bonũ peccatoris ſine gratia exiſtentis. tale enim nec meretur opanti / vez petõ bonum: nec malũ aliquod ſempiternũ. merek tñ ipſi bonũ aliqõ tꝑale. nulluz enim bonũ est oĩno inutile ipſum operanti. Aliud ẽ qõ nullo bono nec malo / tꝑali vez nec eterno est dignũ: ꝛ tale est oẽ factũ indifferens: qõ nec est bonũ moraliter neq; malũ / vt leuare feſtucã vel fricare barbam: ꝛ ſimilia / quorũ nulluz põt dici aliquo mõ opus mortuũ neq; viuum nec mortificatiuum nec viuificatiuum. ¶ Et ſo quid eſt opus mortificatum / eſt videndum quid eſt opus mortificatum reuiuiſcere p penitẽtiam ſeu redire.

Quantum ad secundū: pro solutione questionis/ pono sex conclusiones. ¶ Prima est: q ad debitum reddendū petenti quelibet persona existens in matrimonio nisi in certis casibus obligetur. ¶ Hec ꝓbatur. qm qlibet tenetur reddere alteri qō est suū/ quando debite petit tpm. sed in matrimonio existēte vtq; sup se iuicē mutuū dominū i ordine ad hūc actū: vt vez dictus possit vti corpore alterius ad actū hmōi exequendū. ꝙ quilibet coniugū requisitus est obligatus ad exhibēdū alteri corpus suū ad actus carnalis copule exercēdum. ¶ Cōfirmat. qz qlibet tenetur seruare fidem seu fidelitatem alteri quā ꝓmisit et licite ꝓmittere potuit. sed matrimoniū cōtrahentes ꝓmittūt sibi fidē mutuo se exhibendo se ꝓptos ad istum actū quādo ab altero exigef. ergo ꝛc. ¶ Hoc apparet. qz dictus dat alteri sui corporis potestatē et dominū in ordine ad hunc actum. ergo ꝛc. ¶ Preterea qlibet rē alterius debitē tenet ipsam suo domino reddere quando ipse vult et licite potest vti. sed quilibet coniugū habet sup corpus alterius dominū ꝓpter qō potest licite vti eo. ergo qlibet tenetur tpm vez corpus suū reddere seu exhibere alteri expetenti et ipso vti volenti ac potenti. ¶ Sed rūc est dubiū q̄ sunt illi casus in quibus non est necessariū nec etiā licitū coniugi debitū reddere exigenti. ¶ Ad hoc respondet q duo casus sunt in quibus potest reddi debitū: nō tn est necessariū. qz nō reddere nullū est peccatū. ¶ Primꝰ est quādo alter coniugū commisit adulteriū. tali enī innocens licet posset si vult/ nō tn tenetur debitū reddere: imo pōt tpm sine peccato repellere. ¶ Qō ꝓbatur auctoritate Salvatoris dicentis Matth. v. nullum vxorē debere dimittere excepta fornicationis causa. per hoc datur intelligere q ꝓpter fornicationē potest dimitti: nec p ꝓs oporteret debitū tpi reddi. Et sicut vir potest ꝓpter hoc peccatum vxorem repellere ipsiq; debitum denegare/ ita similiter cōuersio vxor virum. ¶ Confirmat. qz nullus cōiugum tenet affirmatiue seruare fidē alteri ipi reddēdo debitū/ q̄ fidē sibi fregit se alteri exhibendo. ¶ Sed nūqd si vꝰ frangeret alterius fidē nō posset ipse contrarie se alteri exhibendo: sed negatiue ipi debitū reddere nolēdo/ alius cui nollet reddere/ posset ipsum repellere nolendo ei reddere expetēti? ¶ Dicendū: q non potest ꝓpter hoc nec debet talē repellere: sed bene potest tpm p viā alia ad sibi reddendū debitū cōpellere seu compelli facere. ¶ Alius casus in quo potest reddi debitū: sed tn non est necessariū: est statim post matrimoniū cōtractū. Cū enī post contractū matrimoniū possit qlibet coniugū assumere religionis habitū: qō nō potest post matrimonium per carnalē copulā cōsummatū: q ꝓs non tenet statim post matrimonij cōtractū reddere debitū: alias teneret se facere ad religionis ingressum habilem: qō est falsum. Et ideo licitum est ipsi aliquo tēpore deliberare an debeat religiōis habitū assumere/ an cōtractū matrimoniū ꝓsummare. ¶ Alij casus sunt in ꝙbus debitū petit nō tn nō ē necessariū imo nec licitū reddere. Unꝰ ē post factū votū cōtinētie de assensu mutuo ab vtroq;. tūc enī tā reddere ꝙ exigere esset mortale peccatū. Secundus si alter faceret votū nūꝙ ab altero exigere debitū. licet enī vnus coniugū sine consensu alterius nō possit vouere continentiam simpliciter: potest tn aliqualiter vez q nūꝙ ab alio exiget talem actū. licet enī quilibet coniugum tenet debitū petitū ab alio reddere non tn exigere tenet nec petere. Et tō licet nō posset vouere nō reddere potest tn vouere nō petere. post qō votū alteri notū non videtur esse licitum ei petēti ab alio debitū reddi. nulli enī est licitū ꝓbere alteri occasionē mortaliter peccandi sed qui ꝓmisit ac vouit debitum nō petere nec actū huiusmodi ad suā petitionē exercere/ peccat mortaliter tā in petendo seu exigendo ꝙ etiā in ipm actum exactum exercendo. ꝙ ad petitionē talis nō deberet ab alio debitū tpi redditi sed vel simpliciter negari/ vl ab ipo exigēte

peti. ¶ Tertius casus ē quādo reddere debitū vergit in detrimētū prolis: sicut si timeret de abortu vel extinctione fetus in vtero vel si reddat tēpore menstruo: quo tpe proles periret leprosa q̄ alio tpe periret sana. ¶ Nec vxi si inisset de muliere leprosa cui virsenus tenet reddere debitū: cū tñ ex ipsa generetur proles leprosa · qñ ex muliere leprosa nō potest concipi proles sana sed tñ leprosa: melius aūt est ex ipsa procreari leprosam q̄ nullam. ⁊ ideo reddere tali debitum non est contra bonū prolis. secus autem est de menstruata ex qua potest cōcipi postea proles sana. quare ⁊c. ¶ Quartus casus est: quādo reddere debitū vergeret i propie incolumitatis notabile detrimētum. magis em̄ quilibet tenetur ꝓpriam incolumitatem ⁊ bonū prolis diligere q̄ huiusmodi debitum reddere. ¶ Secūda conclusio est: q̄ reddere debitum ꝓpter bonum prolis intente / est actus virtuosus ⁊ meritorius. ¶ Hec apparet. quia nō min⁹ actus iste est virtuosus ⁊ meritorius vt redditus q̄ vt exactus ⁊ petitus. sed hic actus exactus ad hūc finem vxi ꝓpter p̄lem ad dei seruitiū educādam est virtuosus ⁊ meritor⁹ exigentis: ergo ⁊ reddentis ipsum ad finem consimilem ordinantis. ¶ Tertia cōclusio est: q̄ reddere debitum propter prolem intentam ⁊ simul propter fidelitatem seruādam / est actus melior ⁊ virtuosior q̄ ipm petere. ¶ Hec apparet. quoniā actus huiusmodi vt redditus propter vtrūq; bonum habet totam bonitatem quā habet in exigente ⁊ reddente: et vltra illam est actus iustitie in reddente: non aūt sic in exigente. ergo ⁊c. ¶ Quarta cōclusio est: q̄ reddere debitum precise propter fidem seruandam non ꝓpter prolem intentam est actus virtuosus ei cui est impossibil⁹ proles. ¶ Hec apparet. quoniā reddere est actus iustitie: non autem petere. nunq̄ enim petere debitum sine prole intenta a petente est actus virtuosus sed magis vitiosus: non autē reddere: immo est act⁹ iustitie: dum tñ reddēti proles sit impossibilis. ¶ Quinta conclusio est: q̄ reddere debitum precise ꝓpter fidem seruandam non propter prolem intentam non est actus virtuosus nec meritorius reddēti cui est proles possibilis. ¶ Hec apparet. quia nullus actus est virtuosus nec meritorius nisi sit ad finem principalem ⁊ precipuū ipsi debitum actu vel habitu ordinatus. sed finis precipuus huius actus est proles quando per ipsum est possibilis. ergo sine prole possibili intenta actus huiusmodi nō potest existere virtuosus exigenti nec reddenti. ¶ Contra. quia omnis actus iustitie est actus virtuosus. sed reddere debitum propter fidem seruandam / est actus iustitie. ergo ⁊c. ¶ Respondeo cōcedēdo maiorē. sed nego minorem. quia nō quocūq; mō debitū reddere est actus iustitie / sed reddere ipsum sicut oportet. sed hunc actum nullus debet exercere ipm exigendo nec reddendo nisi ipm ad finem debitum ordinando. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. q̄ sicut quilibet conjugum tenetur debitū reddere: ita etiā in reddendo tenetur debitū finē ī reddere. reddere enī debitū propter finem indebitum / vel non ꝓpter finem debitum: non est virtuosum. sed finis debitus huius actus est proles: ergo ipsum habere potēs ⁊ in reddendo debitum non intendens nō reddit debitū virtuose. ¶ Sexta et vltima conclusio est: q̄ reddere debitū precise propter libidinem adimplēdam est actus vitiosus. ¶ Hec apparet. quia actus iste vt indebite circūstātionatus in quocūq; est vitiosus siue in petente siue etiam in reddente. sed actus ad explendā libidinem tñ redditus siue petitus caret circūstantia sibi debita ⁊ est informatus cōtrarie. deficit enim ibi intentio finis debiti: ⁊ est ibi intētio finis indebiti. vnde hoc modo reddere vel exigere debitum est vitiosum contrarie seu positiue. reddere aūt debitum propter fidem seruandam tñ non propter prolem possibilem / est vitiosum contradictorie seu negatiue pro quanto hic licet deficiat aliqua circūstantia debita non existit tñ cōtraria. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in puncipio dicendum q̄ conjuges nō promittunt sibi mutuo in matrimonio reddere debitum semper sed quando possunt conuenienter. nō autem semp possunt conuenienter. quare ⁊c.

SEcūdo quæro: vtrū omni tempore sit licitum cuilibet conjugum ab alio exigere debitū. ¶ Et videtur q̄ sic. quia ol tempore est licitū cuilibet petere q̄ est suū sed q̄libet conjugū habet corpus alteri⁹ dominū in ordine ad hūc actum. ergo licite quilibet potest omni tempore corpus alterius petere volens actum huiusmodi exercere. ¶ Cōtra. quia in nullo casu est vni licitum huiusmodi debitum petere seu exigere in quo est alteri illicitum reddere. sed multi casus sunt vt patet ex questione precedente: in quibus debitum nō debet petenti reddi: ergo nec exigi nec peti. ¶ Responsio. Ibi primo premittenda vnam distinctionem. Secōdo dicā ad questionem.

Quantum ad primū: distinctio premittenda est: q̄ debitum potest peti triplicit̄. Uno modo propter finem debitum. Alio modo ꝓpter finē indebitū Et tertio mō ꝓpter finem indebitū nō permissum. Finis debitus huiusmodi actus est intentio prolis. Finis indebitus est cessatio fornicationis. Finis omnino indebit⁹ nō indebitus est explectio libidinis. quādo vxi quis sic ad explendam libidinem coniuge vtitur nō vt coniuge: sed vt aliena: qua nisi ꝓpter vxoris presentiā vteretur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: pono sex conclusiones. ¶ Prima est: q̄ in nullo casu alter conjugum debet debitum exigere in quo non licet alteri reddere. ¶ Hec apparet. quia nullus debet aliū compellere nec inducere ad peccādū. sz q̄cūq; exigit ab aliquo qō sibi sine peccato nō licet reddere / inducit ipm aut allicit ad peccandum. ergo ⁊c. Casus aūt aliqui in quibus non licet conjugi debitū reddere / sunt positi in q̄stione precedēti. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ nullo tēpore nec in aliquo casu est necessarium debitū exigere. ¶ Hec apparet. q̄ nec ad hoc aliquis se obligat contrahentiū matrimoniū cū alio contrahēdo. vnde quilibet potest semp cōtinere seu abstinere a petendo licet non petente alio a reddendo. ¶ Tertia conclusio est: q̄ in aliquo casu nō est licitū debitū petere / sed tñ reddere. ¶ Hec apparet de quocūq; qui cognouit aliquā cōsugis cōsanguineā vel affinē. talis em̄ postea nūq̄ sine peccato mortali potest ab vxore debitū petere: licet ipsi reddere teneat. Cōsimiliter est ordendū de vxore cognita ab aliq̄ viri cōsanguineo vel affine: quia nec talis ēt potest a viro postea debitū petere licz ipsi teneat reddere. ¶ Ex quo videt corollarie cōcludēdū: q̄ si vterq; laboraret eodē morbo neuter posset ab altero petere debitum nec petitum reddere ipsum. nulli em̄ licet reddere alteri qō nec petere nec recipere / licet sed in casu ꝓsuppositio nulli conjugū esset licitū petere nec recipe talē actū ab altero. ergo ⁊c. ¶ Quarta cōclusio est: q̄ nulli conjugū est licitū petere debitū ꝓpter finē indebitū. ¶ Hec apparet. q̄ nulli est licitū actū exigere cū peccato mortali. sed huiusmodi actus factus ꝓpter finē indebitū nō indultū est mortale peccatū cuilibet exercenti ipm. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. q̄ nulli licet petere qō nō est suū. sed corpus vxtus cōiugis nō est alterius nisi i ordine ad actū conjugalē factū cū fine debito vel indulto. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc videt corollarie concludendū: q̄ si

constaret alteri de fine indebito ꝓpter quē actus ab ipo exigitur nec teneret ipm reddere nec deberet. nullus enī debet reddere nisi debitū matrimoniale i quo nō est peccatū mortale. ¶Quinta cōclusio est: q cuilibet cōiugū est licitū: nō tñ bonū petere debitū ꝓpter finē indultum. ¶Hec apꝑet. qñ illud hic voco licitū in quo nō est mortale peccatū: sed vti matrimonio vt ipm est in remediū et ꝓ ꝙñs petere debitū vel reddere ꝓpter finē indultum nō est peccatū mortale/sed tūmō veniale: alias nūq̄ seniores nec steriles possent cōtrahere matrimonialiter dñ peccarēt mortaliter: qđ est falsum. ꝙre ꝛc. ¶Ex hoc apꝑet scđa ꝓ cōclusione: vez q̄ licy sit licitū petere mō ꝑdicto debitū: nō tñ bonū. qñ nullū est bonū veniale peccatum. sed talis actus nō videt hoc mō posse exigi sine peccato veniali. ergo ꝛc. ¶Sexta cōclusio est: q petere debitū ꝓpter finem idoneum puta ꝓpter prolis desiderū ad dei seruitū ordinatū/ ol tpe ē licitū. ¶Hec apꝑet. q actus ex se bonus ⁊ meritorius ofm tpe est licit⁹/ nisi ꝓ aliquo tpe inueniat aliqđ existere interdictus. sed huiusmodi actus vt ad hunc finem ordinatus est bonus et meritorius: nec scto q aliqđ coniugū sit aliquo tpe interdictus. ergo ꝛc. ¶Quia tñ satis habēt de tpe ad vacandū tali actui mdeo rōnabile ēvt in solēnitatib⁹ vacēt oratiōi ⁊ cessent ab actu bmōi. Et hoc ē qđ cōsulit Apostolus ꝑme ad Corin. vij. vez cessare ad tempus ab actu hmōi: et vacare oratiōi. nullū aūt tempus ad hoc est ita idoneū sicut tpa magnarū festiuitatū. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rationē i principio apparet solutio ex ꝑdictis.

Circa distinctionem tri/gesimātertiā/in qua Magister determinat Primo de matrimonio seu coniugio sanctorū patrū: oñd̄ē do quomō fuit eis licitū plures habere vxores: Secđo de libello repudij legis Mosaice: Quero de istis duobus. Et primo de primo: vtrum aliqñ fuerit licita bigamia. ¶Et videt q sic. qñ licitū ē cuilibet rē aliquā ꝑ alia commutāti ⁊ cōmutare potēti cōmutare ipsam ꝑ equivalenti. sed vir in cōtrahēdo matrimoniū cōmutat corpus suū ꝑ corpore mulieris. plus aūt valet corpus maris corpore mulieris. ergo licitū est ipsi insimul corpus suū cōmutare ꝑ tot quot sibi insimul equipolleant in valore. ꝙre ꝛc. ¶Cōfirmat ꝑ exēplum sanctorū patrū sicut Abrahā ⁊ aliorū plurium q̄ plures vxores insimul habuerūt. ¶Contra hoc arguit̄ per illud Gen. 2. Reliquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori sue/et erūt duo in carne vna. ergo nō videt posse simul ē plures i matrimonio q̄ duos. sed vbi est bigamia ibi plures sunt i eodē matrimonio. ergo ꝛc. ¶Rēsōdeo. vbi est sic ꝓcedēdū. Primo enī ꝓmittam vnam distinctionem. Secundo dicam ad quēstionem.

Quantū ad primū: distinctio præmittēda est de bigamia. Pōt enī accipi ⁊ dici q̄druplr bigamia. Uno mō: vt est vnius viri cū pluribus vxorib⁹ simul. Secđo mō ecōuerso: vt est vnius vxoris cū plurib⁹ viris simul. Tertio mō: vt est vnius viri cū plurib⁹ vxoribus successiue/ vel ecōuerso vnius vxoris cū plurib⁹ viris successiue. Quarto: vt est vnius vir cū vna vxore q̄ habuit aliū virū. Hic aūt nō q̄rit̄ de bigamia duob⁹ modis vltimis sumpta an sit licita. constat enī q̄ soluto matrimonio ꝑ mortē vnius coniugū licitū ē alteri matrimonio cū altero iterū copulari: ⁊ ita vn⁹ vir pōt habere plures vxores/⁊ ecōuerso vna mulier plures viros isto mō vez successiue. hic tñ ergo q̄rit̄ de bigamia vt ꝓmo ⁊ secūdo/et maxime vt ꝓmo mō accepta. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: pono octo conclusiones. ¶Prima est: q vnū virū habere plures vxores simul nō est cōtra pfectionē ⁊ integritatē matrimonij: vt ipm matrimoniū cōtrahit̄ i officiū. ¶Hec ꝓbat. qñ illud qđ est ad prolis bonū ordinatū nō est cōtra matrimoniū: vt matrimoniū dat ⁊ cōtrahit̄ i officiū. ¶Hoc apꝑet. q matrimoniū vt sic sumptū ꝑtinet respicit plus bonū. ⁊ ideo oē qđ ē ad plus bonū magis valet ad matrimoniū vt sic sumptū q̄ sit cōtra ipm. Iā q vn⁹ vir habeat plures vxores simul: hoc pōt ee ad bonū plus. est enī ad maiorē ipi⁹ plus multiplicationē. nec videt i aliq̄ ee i aliq̄bus malū. eque enī habet̄ de ꝑle certitudo cui⁹ sit/⁊ ꝓ ꝙñs cōsulter pōt nutriri si vn⁹ sit habeat plures sicut si habeat vnā solā. ꝙre ꝛc. ¶Secđa cōclusio est: q vnū virū hꝫ plures vxores sit/ nō est cōtra matrimoniū formalit̄ sūptū: vez vt ipm includit seu supponit usitū cōmutatiuū cōtractū. ¶Hec ꝓbat. q nō ē ꝺ cōtractū cōmutatiuū usitū recipe equalēꝫ ꝑ equalēti. sed corpus viri nobilis est corpe mulieris. ergo nō ē cōtra matrimoniale cōtractū vt usitū simplr vnū virū recipe ꝑ ꝓportionatū plus q̄ vnā mulierē. ¶Tertia cōclusio est: q ꝑ matrimoniū dat̄ est i remediū magis videret q vna mulier posset hꝫ sit plures viros q̄ ecōuerso vn⁹ vir posset hꝫ sit plures vxores. ¶Hec apꝑet. qñ magis vna mulier posset satisfacere plurib⁹ viris q̄ ecōuerso vn⁹ vir plurib⁹ mulieribus. ꝙre ꝛc. ¶Quarta cōclusio est: q vnū virū hꝫ plures vxores simt: est cōtra matrimoniū pfectionē vt ipm matrimoniū dat ⁊ cōtrahit̄ in remediū. ¶Hec ꝓbat. qñ oē remediū datū cōtra aliqđ malū magis debz inclinare ad bonū sibi cōtrariū q̄ ad malū ipm ꝺ qđ dat: sicut remediū datū cōtra cupiditatē magis debet inclinare ad ꝑdigalitatē q̄ ad cupiditatē. Sed matrimoniū vt est remediū dat̄ cōtra incōtinētie seu itēperātie vitiū. ergo vt sic sumptum magis debz inclinare ad aliquā itēperātiā q̄ ad itēperātiā. sed q vn⁹ vir habeat sīmk plures vxores hoc declinat ⁊ inclinat ad viri intēperātiā/nec est in ꝓfectum remediuz cōtra vxoris icōtinētiā. ergo talis bigamia ē cōtra rēnē matrimoniū vt dat̄ i remediū tā ex pte viri q̄ ex pte cuiuslibet vxoris: licet ꝓpter cōtrariā rōnē. Ex pte enī viri est cōtra pfectionē matrimonij: q declinat ad incōtinētiā. Ex pte vxoris: q nō est pfectū remediū cōtra eī⁹ itēperātiā. ꝙ ꝛc. ¶Cōfirmat. q equale debet ee remediuz datuz plurib⁹ cōtra cundē morbum in eis cōliter existētē. sed morbus intēperātie cōtra quē dat̄ ⁊ indulgetur matrimoniū acceptum vt in remediuz nō ē minor in muliere q̄ i viro. ergo nec minor indiget remedio nec vir maiou. sed virum plures vxores simul habere est ipm habere cōtra sunz hmōi itēperātie morbuz remediū excessiuuz ⁊ superfluum: quālibet xo vxorum diminutum ⁊ imꝑfectum. ergo ꝛc. ¶Quinta cōclusio est: q aliqñ licuit ⁊ licere debuit eundē virum simul habere plures vxores. ¶Hec ꝓbat. qñ qficunq̄ aliqđ ordinat̄ ad plures fines ad vnum principalius q̄ ad alterum/ rationabile est in casu aliquo vti posse illo eo modo quo est vnius ad finē meliorē ⁊ principaliorē: licet sit minus vtile isto modo ad finē alium min⁹ principalē. ¶Hec declarat ꝑ exēplum de cibo quo magis est vtēdum vt valet ad nutritionē q̄ vt ad delectationē: cum nutritio sit finis esus principalis ⁊ delectatio min⁹ principalis. sed matrimonium vt est in officium respicit bonum prolis: vt in remedium debitum sibi actus. et licet matrimonium aliis cōtract⁹ ad vtrunq̄ hoz ordinetur/ tamē principalius ad prolē. ergo i casu necessitatis vez ꝓpter defectum finis hmōi matrimonij principalis puta ꝓpter paucitatē hoīm aut culpam/melius est matrimoniuz fieri ⁊ cōtrahi modo vtiori ad principalē finē cōsequēdū puta ad augēdum

cultores dei licet minus vtili ⁊ cõuenienti ad min⁹ pñs cipalé finé obtinẽdũ: puta vt est in remediũ cõtra incõtinentie morbũ. ¶ Cõfirmat. qz cũ infirmus magis ꝑ cibũ quẽ accipit debet scõm rectã rationẽ intendere vt possit sanari ꝙ vt i ipso valeat delectari: ideo debet sumere cibum vtiliorem nõ ad delectationẽ sed ad sanitatis opus te beneficiũ cõsequẽdũ. ergo cõsiliũ i ꝓposito cũ oõs matrimoniũ cõtrahẽtes magis i cõtractu debeãt ãrere ⁊ intendere plẽ cõseq̃ ꝙ delectari/ꝙ ꝑhis si vtrũq; nõ possunt eq̃liter cõsequi/⁊ plus augmẽtũ est necessariũ/ꝓpter ei⁹ defectum rõnabiliter debẽt velle cõtrahere matrimoniũ illo mõ quo est vtilius ad plus bonũ finẽ ꝓncipalem licẽ dẽdũ: licez sit mutili⁹ ad finẽ aliũ: puta morbũ cõcupiscẽtie extinguẽdũ. ¶ Et si dicat q rõnes iste ꝓbãt q hoc tpe in quo sumus sit licita bigamia isto nõ sumpta/vez q vn⁹ sim⁹ habeat plures vxores: ¶ Respõdet q nõ ẽ verũ. qz ratio supradicta nõ ꝓbat nisi q bigamia põt eẽ licita quãtũ est ex se ex cã ꝑdicta nisi sit vetit⁹ interdicta. de⁹ aũt ipsaz qũ matrimoniũ instituit interdixit Gen. 2. dicẽs. Erũt duo in carne vna. Processu aũt tpis ꝑceptũ seu statutũ hmõi reuocauit: ⁊ bigamiã istã licẽtiauit ex cã ꝑdicta: qi vez tũc erãt pauci cultores ipsius. et tõ ad ipsoz augmẽtũ cõcessit vnũ virũ posse hñe simul plures vxores. nunc aũt hoc tpe cessat cã illa ꝓpt quã bigamia ista fuit cõcessa. ãre ꝛc. ¶ Sexta ꝯclusio ẽ: q hmõi bigamia nullo tpe fuit licita nisi ꝓpt finez ꝑdictũ licitũ vez bonũ ꝓlis ãplⁱ⁹ cõsequenduz. ¶ Hec appet. qm̃ Lamech qi habuit plures vxores fiit habuit enim. 2. vt patet Gen. 4. dicit fuisse adulterum aũt Jacob qui tñ habuit quatuor. Cui⁹ rõ est scõm Augustinũ cõtra Faustum qz Lamech ex libidine habuit. 2. Jacob vo. 4. nõ ex libidine sed solo amore ꝓlis procreãde/ad augendũ vez populum dei. ergo solum ꝓpter priem nõ ꝓpter libidinem fuit in veteri testamento licentiata ⁊ licita bigamia: qz si sim plicit/Lamech qz bigam⁹ nõ diceret adulter. ¶ Septima cõclusio est: q bigamia alio mõ sumpta: vez ꝓut est vnius multeris habentis simul plures vxores/est contra matrimoniũ tã vt est i officium ꝙ etiã vt est i remedium institutũ. ¶ Hec appet. qz oẽ illud qđ est contra prolis bonũ est cõtra matrimonium vt ipm matrimoniuz est in officium. ¶ Hoc est euidens. qz matrimoniuz vt est i officium ꝑcise respicit ꝓlis bonũ. sed vnã mulierem hñe simul plures viros/est cõtra ꝓlis bonũ. nec eñ tunc ꝓles posset corpaliter mltiplicari i cẽ nature sicut mõ/nec debite spiritualiter enutriri: qz eẽt icertũ cui⁹ patris esset ¶ Scõa ps vez q sit etiã cõtra matrimoniũ vt ipm est i remedium institutum/ appet ex dictis rõnib⁹ qbus scõa cõclusio supius est ꝓbata. ¶ Ex hoc sequit corollarie: q bigamia sumpta scõo mõ vez vt est vnius multeris plures viros hñtis nũq; licita fuit nec licita esse debuit. ¶ Hoc appet. qz nũq; debuit licitũ fieri matrimoniũ mõ ei⁹ repugnãti tã vt est in officiuz ꝙ etiã vt est i remedium institutum. sed q vna mulier habeat simul plures viros/repugnat mrimonio vtroq; istoz modoꝝ. ergo ꝛc. ¶ Octauus cõclusio est: q nec plures vxores esse vnius viri/nec plures viros vni⁹ vxoris est de ꝑfecta ratione matrimonij: nec aliquod tale matrimoniũ videt posse simpliciter saltem naturaliter esse ꝑfectum. ¶ Hec ꝓbat. qm̃ cũ matrimoniũ sit mutuũ vinculuz vnitiuuz/quãto vtrũq; ei⁹ extremũ est magis alteri amore vnitum ⁊ cõiunctũ tãto matrimoniuz ipm est magis ꝑfectum. ¶ Ex hoc potest argui. qz cum illo nõ stat ꝑfectum matrimoniuz nec trãquillum cum quo non stat perfectum vinculum amoris seu vnio ipsius matrimonij extremoꝝ. sed hmõi vnio nõ est ꝑfecta nisi sit vnius cum vna. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. qz oĩs illa vnio extremoꝝ in aliquo tertio est imꝑfecta ⁊ indebita/q̃ est cã diuisionis ⁊ dissensionis inter se. ¶ Hoc appet. qz semp vnio aliquoiuz in tertio est vnionis causa inter se: vt patet in conclusione syllogistica i qua infert vnio extremoꝝ puta maioris extremitatis cũ minori ꝓpter earuz vnionem cũ medio in ꝓmissis primitus cõcepta. sed vnio plurũ vxoꝝ i tertio puta in vno viro est cã dissensionis ⁊ diuisionis ipsaruz inter se: ⁊ magis ecõuerso vez vnio plurium virorꝝ cũ vna vxore. ergo ꝛc. ¶ Sed hic est dubiuz: an bigamus ante baptismuz possit postq̃ baptizatus ordinari: an sit ad hoc inhabilis ⁊ irregularis ac si fuisset bigamus post baptismum. ¶ Ad hoc respõdetur q est irregularis/ nec potest per ꝓhis ordinari debite: licz possit vtiq; absolute. Cui⁹ ratio nulla est alia nisi statutũ ecclesie ipz illegitimãtis: quæ tñ non illegitimat homicidã. homicida eñ ad baptismũ/⁊ ad ordines recipiendum habilis post baptismum. Cuius statuti ꝑcise ratio ponitur: quia ratio irregularitatis bigamie que est defectus sacramenti/vez significationis: q̃ in sacerdote significãte sponsum vnice ecclesie semp manet. ¶ Ratio autem irregularitatis introducte ꝓpter homicidium est horror sanguinis: qui tollitur per baptismum cum baptizatus ꝑsumatur factus ex lupo agnus. quare ꝛc. ¶ Ex hoc sequit corollarie: q ita ecclesia si vellet posset dispensare cum bigamo sicut cum quocunq; alio: et de facto aliquando etiam dispensauit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

SEcũdo quæro: vtrũ repudium fuerit in lege Mosaica licitum. ¶ Et videt q non. quia nulli est licitum qđ alteri dedit vel commutauit ⁊ commutare potuit/ reuocare illiq; auferre. sed in contractu matrimoniũ quilibet transfert sui corporis dominiũ ad alterum. ergo non est ipsi licitum postea huiusmodi trãsferre dominiuz/ nec ꝙ consequens repudiare ipm. ¶ Contra. qz Moyses non licentiasset populum Judaicum ad hoc faciendum/nec fieri potuisset/ si olim eis illicitum fuisset. sed constat in lege Mosaica viris fuisse cõcessuz huiusmodi repudiuz vt apparet Deut. 23. cap. ergo ꝛc. ¶ Respondeo. Et primo excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primũ: dicitur a quibusdam: q repudium vxoris nunq̃ fuit licitum magis in lege Mosaica ꝙ in euangelica. Mõ probant auctoritate Christi dicentis Matth. 19. Amen dico vobis quicunq; dimiserit vxorem suã excepta causa fornicationis mechatur. ¶ Cõfirmat ꝙ illud qđ Christus rñdẽdo Pharisæis ibidem ꝓmittit. Moyses (inquit ibi Christus) ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. ab initio aũt nõ fuit sic. ꝛc. ¶ Pretes glossa sup hoc verbũ permisit/ dicit q Moyses permisit non deus. Fuit eñ hominis cõsilium non dei imperium. Magister etiã dicit q hoc fuit a Moyse permissumuon vt concederetur diuortium/sed vt tolleretur homicidium. ¶ Sed contra istã opinionem potest argui. quoniã valde videt absonum dicere a Moyse sanctissimo aliquid fuisse populo permissum in quo fuit mortale peccatum. sed constat ipm repudium huiusmodi concessisse. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur. qz aut Moyses auctoritate sua ꝓpria ipsos ad repudiũ hmõi licẽtiauit/ aut de auctoritate ⁊ voluntate dei. Si primũ. ergo mortaliter peccauit. nullus eñ superior potest inferiorem sue curie cõmissum licentiare sine peccato mortali ad aliquid illicitum ⁊ cõtra diuinũ ꝑceptum. Si autem dicatur q hoc fecit auctoritate dei: ergo populo non fuit illicitum hmõi vxoꝝ repudium ex q̃ nimitus ei fuit concessum. nihil eñ a deo indultum est

alicui illicitum sic ꝙ sit ipsi mortale peccatum. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguit: qꝛ nulla lex iusta nec aliqd in ipsa cōtētū debet dare nec dat suis obseruatorib⁹ occasionē mortaliter peccādi. sed lex Mosaica fuit iusta ꝛ oī ultimo data: licet a Moyse promulgata. ergo nihil ꝓtinere debuit vel cōtinuit qō fuerit inductiuū homīm ad mortaliter delinquendū. Sed olo concessio illicito de mortali culpa est ad peccādū mortaliter inductiua. ḡ nulla talis fuit in lege Mosaica. sed cōstat ibi fuisse ista de repudiando. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. qꝛ sicut scōm Augustinum in epistola ad Hieronymū/ sin scriptura sacra aliqō mēdacium esset nihil solidi tenetur nec alicui⁹ auctoritatis i ipsa remaneret: ita si in ipsa sit aliqua cōcessio de aliquo illicito cuiuscunq; esset ista nisi repudium esset licitum vt concessum: nulla alia concessio in ipsa cōtenta esset certa an esset licita an illicita. sed hoc est omnino falsum ꝛ inconueniens. de quibuscunq; enim in ipsa concessis est certum ꝙ quodlibet est licitum et honestum. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: qꝛ Moyses non potuit concedere repudium ꝓpria auctoritate. ¶ Hec probat. quo niam nullus inferior potest dissoluere auctoritate ꝓpria contractum aliquē factum auctoritate ꝛ de uolūtate superioris approbatum ꝛ ratificatum. sed contractus matrimonij debitus et debite factus tam in lege euāgelica ꝙ i lege Mosaica fuit diuinit⁹ approbatus ꝛ ratificat⁹ ergo nullius alterius auctoritate potest solui magis in lege Mosaica ꝙ in lege euangelica. sed qui concessit repudium concessit vt solueretur matrimonium licet rite cōtractū ꝛ diuinitus approbatū ꝛ ratificatū. ḡ hoc non potuit facere auctoritate sua Moyses nec aliquis ali⁹ nisi deus. ¶ Confirmat. qꝛ nullus potest priuari dominio ad ipm trāslato auctoritate superioris/ potestate nec auctoritate ꝓpria alicuius inferioris. sed i cōtractu matrimonij ita fit auctoritate approbātis ꝛ instituētis dei trāslatio dominij corporis viri ad mulierem/ sicut mulieris in virū. ergo null⁹ citra deū potest priuare mulierē magis ꝙ virū hmōi dominio ad ipsum p contractū matrimonialem translato. sed cū p repudiū tollerēt matrimoniū: ꝛ p cōsequēs mulier dominio viri corporis priuarēt: qui concessit ipm cōcessit mulierē posse priuari dominio ad ipaz translato p contractū diuinitus approbatum. ergo hoc nullus pōt cōcedere citra deū. ¶ Scōa conclusio est: ꝙ deus potuit vel Moyses auctoritate ei⁹ cōcedere ꝛ licite fieri permittere hmōi repudiū vxoris viris in lege Mosaica indultū. ¶ Hec ꝓbat. qm olo contractus pōt solui auctoritate eius salte dei ꝙ olo pōt/a quo institut⁹ est ꝛ cōcessus. sed matrimonialis cōtractus est diuinit⁹ institut⁹ ꝛ cōcessus. ḡ auctoritate ipi⁹ i casu quocūq; vl ex cā sibi nota ꝙlibet pōt solui. sed a quo matrimonialis contract⁹ pōt solui/pōt ꝛ repudiū p qō matrimoniū soluit indulgeri. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat. qꝛ ꝙlibet pōt priuari dominio ad ipm trāslato de auctoritate ꝛ uolūtate domini statuentis ꝛ approbātis ad eū ipm trāsferri/ maxime illius domini sine cuius approbatione ꝛ uolūtate nullius cōtractus potest esse licitus nec alicui⁹ rei dominū licite possideri. sed in cōtractu matrimonij fit mutua trāslatio dominij viri in mulierē ꝛ mulieris i virū de uolūtate ꝛ auctoritate dei trāslatiuū cōtractū hmōi approbātis ḡ ꝛc. ¶ Ex hoc sequit corollarie: qꝛ hmōi repudij cōcessio i lege Mosaica nō fuit facta nisi vel imediate a deo vl a Moyse ei⁹ auctoritate. ḡ cū ē verisile qꝛ Moyses aliqd cōcesserit qō cōcedere minime potuerit. sed ipse hmōi repudiū cōcessit. ergo hoc nō ꝓpria sed diuina auctoritate fecit. ¶ Cōfirmat. qꝛ sicut ecclesia circa matrimoniū cōtra hēdū aliqd inouauit alijs ꝓsonas habilitādo ad ei⁹ cōtractū: qō facere nō potuit nisi auctoritate dei matrimoniū instituētis ipi hoc ꝓcedētis vel approbātis. ita ꝓsit mlto minus Moyses circa matrimoniū trāsactū ꝛ ratū aliqd auctoritate ꝓpria ipm dissoluēdo potuit imutare. plus cū est matrimoniū trāsactū soluere ꝙ contrahēdum impedire. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: qꝛ deus rōnabiliter illo tpe repudiū potuit idulgere ꝛ permittere: ꝛ p ꝓns matrimoniū dissolubile esse scōm viri beneplacitū ordinare. ¶ Hec ꝓbat. qꝛ ꝓpe maius malū vitādū rōnabiliter pōt permitti fieri aliqd min⁹ malū: hoc est dispēsare ne aliquis teneat ad aliqd bonum minus illo malo qō ex illa obligatione ad bonū foret in ore. sed maius malū est vxoris homicidiū ꝙ sit bonū indissolubilitas vinculi cōiugalis. ergo videns deus illi⁹ populi malitiā ꝛ cordis duritiā ꝓpter quā fuisset subsequutus vxoū homicidiū nisi viris fuisset licitum ipsarū repudium/ rōnabiliter ꝛ clementer ad vitādum hmōi magnum malum potuit dispēsare cuj viris ne tenerent ad hmōi bonum/ vcz ad indissolubile matrimoniale vinculū obseruādum. ¶ Confirmat qꝛ sicut ꝓpe bonū ꝓtis deus dispensauit ꝛ permisit i testamento veteri bigamiā: vt patet ex q̄stione precedēti: ita etiā ꝓpter vitādum malum vxoum maius ꝛ periculum ꝙ sit bonum indissolubile matrimoniū/ potuit ꝓcedere repudium ꝛ statuere matrimoniū esse mutuū tm dissolubile domino scōm viros beneplacitum. ¶ Quarta conclusio est: qꝛ repudium nunq̄ fuit licitum tā bonum simpliciter: sed tā illō in quo vir cui concedebat non peccabat mortaliter sed venialiter. ¶ Hec appet. qm qō est bonum simpliciter non oportet idulgeri sed cōcedi. ergo illō qō non est licitum nisi qꝛ indultum seu concessum/ non est simpliciter bonum. sed diuortium seu repudium non fuit licitum nisi qꝛ tunc concessum: alias ita esset hoc ꝛpe licitum sicut illo: qō est falsum. ergo ꝛc. ¶ Scōa pars/ vcz ꝙ non esset in ipso mortale petih/ est euidens. qꝛ nihil a deo cōcessum seu indultum est mortale petih. sed bene potest esse venale: sicut matrimonium ꝛ matrimonialis actus est venale peccatū vt sit tm ꝓpter remedium non ꝓpter officium seu ꝓtis bonum intētum: cum tm hoc sit a deo concessum ꝛ indultum. Cōsiliter in ꝓposito videt esse dicendum de repudio ꝙ vcz qꝛ concessum non erat petih mortale sed veniale vxoē repudiare: sicut matrimonium tm ꝓpter remedium contrahenti ꝛ eius actum coniugalis copule exercenti. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rationē in principio quādo dicit ꝙ datum vel commutatum non potest reuocari: dicendum ꝙ hoc est verum ꝓpria auctoritate: potest tamen auctoritate superioris domini ꝛ maxime dei. ¶ Ad illa que adducuntur ꝙ opinione superi⁹ recitata. Ad primum dicēdū ꝙ non habet ex illo Christi verbo quin in lege Mosaica fuerit licitū repudium: sed tm ꝙ non in lege euangelica: in qua matrimonium ipsum est reductum ad statum primum in quo extitit institutum. ¶ Ad aliud qō adducit de hoc qō Christus dixit Pharisēis: consimiliter est dicendum: quia nec ex hoc habetur/ nec Christus dixit ꝙ repudium fuerit illicitum sed magis oppositum vcz ꝙ licitum: cum Christus asserat ipsum fuisse concessum. sed bene habetur ꝙ duritia cordis ꝛ malitia fuit ratio inductiua ad huiusmodi repudium concedendum ꝓpter veterius euitandum. ¶ Ad illā glossam constat ex predictis ꝙ Moyses non potuit ꝓmittere nisi deo hoc sibi cōcedente. Quia tamen deus non permisit hoc immediate statuendo: sed Moysi statutum approbando: ideo forte glossa intelligit ꝙ deus sic non permisit/ ꝓmo mō vcz sed scōo. Concedo etiā ꝙ hoc non fuit dei impertium/ nec hoc superius fuit dictum: sed tm ꝙ fuit indultum diuinitus seu cōcessum.

Circa distinctionem trigesimāquartam/in qua Magister determinat de legitimis ⁊ illegitimis ad matrimoniū cōtrahendū: Quero primo: vtrū simpliciter impotētes sint habiles ad matrimoniū cōtrahendū. ¶Et videt q nō. qr ipotētia ad illō qō nō ē de rōne matrimonij nō impedit matrimoniū. sed actꝰ carnalis copule nō est de ratione matrimonij: cū pfectum matrimoniū possit existere sine ipso. ergo ipotētia ad hunc actū nō impedit matrimoniū cōtrahendū. ¶Cōtra. qr ois cōtractus est nullus/si quo cōtrahētes se obligāt ad aliqd eis impossibile. sed qlibet cōiugū matrimoniū cōtrahētiū ex cōtractu matrimonij se obligat alteri ad reddēdū ipi debitū qñ peter. ergo si hoc est alicui impossibile/ nō est cōtractus/nec p ꝫs matrimoniū supponēs ipꝫ. ¶Respō sio. Et primo p̄mittā duplicez distinctionē. Secōo ex illa dicam ad quæstionem.

Quantū ad primū: distinctio præmittēda est de ipotētia de qua ārit ꝓpositā qstio. Est enī duplex ipotētia tā in viro q̄ in muliere. Una quātū ad actū copule carnalis: ⁊ alia ad gnationē plis. licet enī ois impotēs ad actū exercēdū carnalē/sit ipotēs ad generādū prolē: nō tñ ecōuerso ois impotēs ad generādū vel concipiendū pl̄ē est ipotens ad actū carnalē. Steriles enī viri vel mulieres possunt in actum copule carnalis: non aūt in gnationē plis. ¶Ex quo sequit: q cū p̄ma impotentia inferat secōam/⁊ nō ecōuerso: vbi ⁊ cōmuniter est secūda ipotētia q̄ sit p̄ma. Impotētia enī ad gnandū ⁊ cōcipiendū est in q̄buscūq; in q̄b⁹ est p̄ma ipotētia: vez ad actū carnalis copule: ⁊ etiā in multis alijs vt in omnib⁹ sterilibus/in q̄b⁹ nō est impotētia ista p̄ma: cū sint potētes ad actū carnalis copule exequēdū. Differūt etiā iste due impotētie in hoc: qr secūda impotentia vez ad generādū pl̄ē ⁊ cōcipiēdū/tñ videt esse naturalis: prima aūt q̄ est ad actū copule carnalis/ i aliq̄b⁹ ē naturalis: vt i viro frigiditas vl̄ amissio seu carentia ptis necēte ad actū carnalē/⁊ in muliere erectatio ex cessiua. in alijs pōt esse casualis: vt p maleficiū vel ex ꝓpē morbū. ⁊ a tali ipotētia ad actū carnalē q̄ ē casualis/pōt ḋo remediari naturaliter saltē ab aliq̄ ⁊ curari: nō aūt ab illa q̄ est naturalis nisi forte sit curabilis aliqua arctatio mulieris. Naturalis aūt impotentia q̄ est ad gnationē pl̄is vel conceptionē/q̄lis est in oñi sterili: vt fuit beata Elizabeth mater sancti Joānis/non videt esse curabilis p naturam. ¶Secūa distinctio de impotētia ad actū carnalis copule est: qr hmōi impotentia siue sit naturalis siue casualis p maleficiū vel p morbū/est duplex. potest enī vna esse in viro vel in muliere vīr ⁊ simpliciter: vt qñ vir nullam potest cognoscere mulierē/nec mulier ab aliquo pōt cognosci. Alia potest esse non vīr respectu cuiuslibet: sed singulariter respectu alicuius tñs: vt qñ mulier non pōt cognosci ab vno/⁊ potest cognosci ab alio: ⁊ sīlit de viro: qñ vez vir potest cognoscere istā mulierem ⁊ nō illā. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est dicendū ad questionē/pono tres conclusiones. ¶Prima est: q prima impotentia q̄ vez est ad actū carnalē/impedit matrimoniū cōtrahendū: vel vīr/si vlis: vel gticulariē/si p ticularis: puta cū illo vel illa respectu cuius est ipossibilis talis actus. ¶Hec ꝓbat. qñ cōtractus matrimonialis ē cōmutatio ptātis corporis seu dominij ad actū hmōi si petat. sed impotens ad hunc actū vel vīr respectu cuiuscūq; vel specialiter respectu illius tñs/nō pōt sui corporis potestatē seu dominiū ad talē actū sibi impossibilē alteri dare: nec ab alio sibi oblatum recipe. ergo nec cum ipso matrimoniū cōtrahere. ¶Cōfirmat: q nullus pōt dare nec recipe sibi impossibile. sed ipotenti est impossibilis actus carnalis copule. ergo non pōt sui corporis dominiū ad hmōi actuz alicui dare si vīr est impotens/ vel et respectu cuius est impotēs: nec ab ipsa recipere: nec p ꝫs matrimoniū cōtrahere. ¶Sed cōtra istā conclusionē fortitan arguet: qr beate virgini ꝓpter votū virginitatis emissum iste actꝰ cōiugalis impossibilis fuit: ⁊ tñ hoc non obstāte verū matrimoniū contraxit. ¶Respondeo: q̄ imo beate virgini actꝰ iste fuit possibilis absolute: licet non debite. matrimoniū aūt contrahēdū nō exigit in cōtrahētib⁹ actū vt possibilē debite/sed tñ vt naturaliter possibilē absolute: vū tñ aliqs ipsi sint habiles ad matrimoniū cōtrahēdū. Quo mō aūt beata virgo post virginitatis votū potuit dare contrahēdo matrimoniū sui dominiū ad talē debite ipossibilē sibi actū/in p̄cedentibus fuit dictū. ¶Secūa cōclusio est: q secūa ipotentia que est non ad actū copule carnalis sed ad gnationē vel cōceptionē pl̄is/impedit aliquo mō matrimoniū cōtrahendū: puta vt ipm matrimoniū est in officiū institutuz. ¶Hec ꝓbatur. qñ illud impedit matrimoniuz vt est in officiū/ qđ ipedit pl̄is bonū. ¶Hoc apper. qr matrimoniuz vt est in officiuz/ respicit pl̄em tñ. sed constat q ipotentia ad pl̄is gnationē impedit totaliter pl̄em finez matrimonij p̄ncipalē: imo totalē/ put matrimoniū est in officium institutū. ergo ⁊c. ¶Confirmat. qr qđ impedit matrimonij finē debituz/ipedit matrimoniuz ipm. sꝫ ista impotentia ipedit imo totaliter tollit totuz finē matrimonij p̄ncipalem: vt matrimoniū est in officiuz institutū. ergo ⁊c. ¶Ex hoc sequit corollarie: q inter taliter ipotentes cuiusmodi sunt steriles siue ambo contiguos siue tñ vnus/non pōt esse totaliter pfectuz matrimonium ⁊ honestum. ¶Hoc apper. qñ solum matrimoniū vt est in officiuz/qđ est vez ꝓpter pl̄is bonū/ cū pfectuz. sed tale matrimonium non pōt esse inter taliter ipotentes. ꝫ ⁊c. ¶Cōfirmat: qr illđ matrimoniuz non est simplr pfectuz cuius actus matrimonialis semp est culpabilis. sꝫ actꝰ matrimonialis talis semp est aliq̄liter saltē venialiter culpabilis: cuz non possit fieri ꝓpē bonuz pl̄is: supposito q ipsi sciāt se ad hoc naturaliter ipotentes. nullꝰ enī cōmuniter exerceret actuz aliquē ꝓpē aliqđ sibi impossibile q̄ naturā. ergo ⁊c. ¶Sed cōtra istā conclusionē pōt argui dupliciter. Primo. qr nullus peccat nec mortaliter nec venialiter sed magis merēt in faciendo qđ tenet facere ex p̄cepto. sꝫ steriles aliqñ fuerūt ad matrimoniū ⁊ ad eius actū ex diuino ꝑcepto obligati. ꝫ nulla est culpa in ipsoruz matrimonio nec in actu. ¶Secōo: qr steriles possunt intēdere p actuz matrimonialē/plem cōceptū: ⁊ si nō naturaliter/saltē supernaturaliter supnā auxilium expectātes. ¶Ad p̄mū rñdeo q nunq̄ matrimoniū factū p̄cise ꝓpē delectamētū consequenduz fuit pfectum simplr nec honestum. qñ aūt matrimoniuz fuit p̄ceptuz/ tunc steriles et ad generādum pl̄em inhabilis poterat cōtrahere matrimoniuz ⁊ debebat ꝓpter diuinū p̄ceptū implēduz: nō sutē ꝓpē carnis delectamētū. et taliuz p̄tractum matrimoniuz sic concedo q erat sine oñi culpa: imo erat meritorium ⁊ pfectum. sed nunc hoc non habet locuz in tpe modernorum quo matrimoniū non ꝑcipit imo oppositum constituitur. Et ideo ad pl̄is gnationē sentiēs se habilez non potest contrahere matrimoniuz nisi vt est i remediū et p ꝫs imp̄fectum. ¶Ad secōm dicendus: q illud non videt sufficere: qr ita etiā virgo posset sperare ⁊ a deo prolem ārere sine viro. non enī est possibilius sterilē generare vel concipere/q̄ virginem cōcipere ⁊ parere sine

viro. neutrū ēt̄ est possibile nisi deo: cui ola sunt equaliter possibilia. Si tñ illud valet: potest concedi q̄ hoc supposito: vez q̄ taliter impotētes cōtraherent nō ꝓpē aliquā libidinē/sed rōnē ꝓpter ꝓlem quā a deo supernaturaliter expectarent: tūc in tali casu posset cōcedi ipos matrimoniū ⁊ matrimonialem actū esse in offīcū ⁊ pfectum: non aūt si scientes se ad ꝓlem habendā inhabiles ipsam nullatenus intenderent nec sperarent. ¶ Tertia ⁊ vltima cōclusio est: q̄ ista ipotentia supradicta non ipedit matrimoniū vt ipm est in remediū institutuz. ¶ Hec apꝑet. qñ matrimoniū hoc mō sumptū non respicit nisi actum copule coniugalis. sed hec ipotētia nō ipedit istū actum. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc ēnā apꝑet impfecto matrimonij talium: cum oē matrimoniū sit impfectum qō pēcise ordinat ad actum carnalis copule non ad ꝓlem. ¶ Cōfirmat cōclusio supradicta auctoritate dei instituentis matrimoniuz Gen. 2. vbi dicit. Adherebit homo vxori suę et erunt duo in carne vna. ¶ Ex hoc arguit. qñ q̄cunq; ꝑsone alius ad matrimoniū legitime q̄ possunt eē vna caro vnitate vnionis copule carnalis inter se mutuo: sunt idonee ad matrimoniū cōtrahendum: esto q̄ nō possint esse vna caro vnitate identitatis in tertio vez in prole. et hoc vt matrimoniū dat in remediū nō aūt vt dat in officiuz. Sed ꝑdicta ipotentia ipotentes possunt effici vna caro vnitate vnionis copule carnalis inter se mutuo: licet non vnitate identitatis in tertio videlz in prole. ergo ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rat onē in principio dictā duz q̄ licet actus carnalis non sit de ratione matrimonij: tñ semp matrimonij seu eius contractus ipm esse possibilē contrahentibus exigit ⁊ supponit.

SEcūdo quęro: vtrū impotētia superueniens post matrimoniū cōtractum dirimat ipm matrimoniū tā pfectū. ¶ Et videt q̄ sic. qz qō dirimit matrimonij contractum/ dirimit ⁊ ipm matrimoniū. sed talis ipotentia ad actum dirimit matrimonij cōtractuz. ꝓbatio. qz matrimonij cōtractus non est nisi obligatio mutua ad reddendū debitū si petat. sed hmōi obligatio dirimit ⁊ soluit ꝑ ipotentiā ad actuz supuenientē. nullus ēñ pōt esse ad aliqd sibi impossibile obligatus. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. qz si ꝑ talē supuenientē impotentiā matrimoniū ꝓteritum solueret: ergo licitū esset alteri cōiugū cum altero contrahere matrimoniuz. sed hoc non videt verum. ergo ⁊c. ¶ Rñsio. Ad cui⁹ euidentiā est sciendum: q̄ hmōi impotentia superueniens post matrimoniū pōt supuenire aut statim post matrimonium cōtractum prius q̄ ꝑ actum carnalis copule fuerit cōsummatū: aut post q̄ tā est per actum huiusmodi consummatum.

Hoc præmisso pro solutione quęstionis ponitur duplex conclusio. ¶ Prima est: q̄ nulla impotentia superueniens post matrimoniū ꝑ carnalē copulā cōsummatum dirimit ipm matrimoniuz. ¶ Hec est euidens: et ab oibus concessa. qñ nulli pōt auferri aliquid rei dominū ipsi datum vel cōmutatuz/ maxime post q̄ tā eius possessionem intrauit: nisi auctoritate superioris cōmutationem hmōi approbantis. sed in contractu matrimonij fit (vt sepe dictum est) auctoritate dei commutatio dominij seu potestatis corporū coniugum: cui⁹ dominij post cōtractum hmōi consecuti quilibet coniugum possessionem ingredit qñ primo de novo actum illū cōcessuz sibi exequit. tunc ēñ q̄libet cōiuguz corpore alterius cuius ꝑ cōtractuz ꝑcedentē accepit dominū/ vtitur. ergo ⁊c. ¶ Secūda conclusio est: q̄ nec etiā impotētia ad actum hmōi supueniens post cōtractum ante matrimoniū ꝑ carnalem copulā cōsummatum videt impedire matrimoniuz tā cōtractū. ¶ Hec non est ita certa nec euidēs: vt ꝑcedēs. videt tñ ꝓbabilis. qñ licitare ꝓsessionem rei ꝑ cōtractum aliquē acq̄site nullum ingredienti dat secūm deum tus seu dominiū: sed ꝓsupponit ipm. ergo licet q̄ matrimonium cōsummauit ꝓsessionem intrauit dominij/ qō ꝑ cōtractum matrimonij acq̄siuit: ex hoc ēñ nullū ius vel dominū acq̄siuit aliud q̄ id qō sibi ꝑ cōtractū mīmonij antea datū fuit. ¶ Ex hoc pōt argui ad p̄positū. qz habēs iustum alicuius rei dominū cuius ꝓsessionem nōdum intrauit mō pōt ipso priuari magis q̄ si eius ꝓsessionem intrasset: nisi i casu in quo priuat auctoritate tituli domini/ quo approbante ⁊ ratificāte ipe acq̄siuit tale dominū ꝑ cōtractuz. sed q̄libz cōiugum acquirit sup alium dominū ꝑ contractum matrimonij diuinitus approbatum et statutum. ergo licet eius ꝓsessionē non intrauerit ꝑ actū copule subsequutū/ nō videt tali dominio posse nec debere priuari/ nec ꝑ ꝑs matrimonium dirimi nisi sola auctoritate dei. sed deus non statuit (qō ferstur) tale matrimoniū licet nōdum cōsummatum esse soluendum nisi ꝑ religionis ingressum. ergo ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē i principio dicēdum: q̄ obligatio non soluit ꝑ illā impotentiā supuenientē. illa vez obligatio q̄ in contractu matrimonij fuit facta. qñ in matrimoniali contractu nullus obligat alteri ad reddendū absolute debitum: esto ēt q̄ petat: sed tñ qñ hoc fieri potest congrueter. Et ideo ꝓpter impotentiā supuenientem nulla obligatio soluit q̄ in cōtractu p̄cēdēti ipsius matrimonij fuit facta. quare ⁊c.

Circa distinctionem trigesimā quintam/ in qua Magister determinat de quibusdā criminib⁹ matrimoniū impedientibus: Quero primo: vtrum aliquod peccatū impediat matrimoniū cōtrahēdū. ¶ Et videt q̄ non. qz ꝓpter nullum peccatum videt impediri posse qō est diuinitus ad salutem humani generis institutum. sed matrimoniū est a deo vt in officiuz ad salutē ⁊ ad bonū hominis institutum: ⁊ vt in remediū est indultuz. ergo ꝓpter nullum peccatum preterū videt aliquis esse inhabilis ad matrimonium cōtrahendum. ¶ Contra hoc arguit ꝑ illud qō dicit Augustin⁹: qō etiā Magister adducit in litera. Nō pōt fieri coniugiū cuz qua ꝑcesserit adulterium. cōstat aūt q̄ adulterium est peccā. ergo ⁊c. ¶ Responsio. Ad cuius rñsionis euidentiā ꝓmo ꝓmittā vnā distinctionem. Secūo dicā ad q̄stionē: vez an ꝓpter aliquod peccatum preteritum contrahentium impediatur matrimonium contrahendum.

Quantum ad primū: distinctio premittenda est: q̄ contrahēdum matrimoniū impediri pōt dupliciter. Uno mō sic q̄ nullo mō possit contrahi absolute. Alio mō sic q̄ non possit contrahi debite. Primo mō vez absolute ⁊ simpliciter matrimoniū ꝑ peccatū pōt dupliciter intelligi. Uno mō q̄ impediat vniuersaliter respectu cuiuscunq; ꝑsone: ita q̄ cum nulla possit contrahi. Alio mō q̄ impediat tñ singulariter respectu alicuius determinate persone: sic q̄ cum ipsa non possit contrahi absolute. ¶ Hec de primo.

Hoc præmisso pono pro secundo tres conclusiones. ¶ Prima est: q̄ oē peccatum mortale/ nō aūt aliquod veniale/ impedit cum quacūq; persona matrimonium debite contrahendum. ¶ Hec ꝓbatur. quia omne id cum quo non potest matrimoniū contrahi sine peccato mortali/ impedit ipm vt debite contrahēdum.

nium contrahendum.ergo ꝛc. ¶Secunda concluſio eſt/ q̄ gradus cōſanguinitatis linee trāſuerſalis infra quos fideles ſunt illegitimi precise propter ſtatutū eccleſie ad matrimonium contrahendum/non impediunt matrimonium contrahi inter infideles/ſuppoſito q̄ eccleſia ipſos non intenderit ad ſtatutum huiuſmodi obligare. ¶Hec apparet.quoniam (vt predictum eſt in principio queſtionis) nullum ſtatutum ſuperiorus obligat niſi illos ad quos ſuperior vult ſtatutū hmōi ſuum extēdi.ergo ſi eccleſia ſtatutuz ſuum quo in tali gradu ſibi trāſuerſaliter attinentes illegitimat ad matrimonium contrahendum/ non vult nec intendit q̄ extendatur niſi tantūmodo ad fideles/ alij videlicet infideles non ſunt ad eius obſeruātiam obligati.nec per conſequens aliquis talis conſanguinitatis gradus per eccleſiam interdict⁹ ipſos impedit ad matrimonium inter ſe licite contrahendū. ¶Confirmatur.quia non magis ſtatutum eccleſie illegitimantis conſanguineos ad matrimonium contrahendum illegitimat infideles: ſuppoſito q̄ ipſos non intelligat in ſtatuto: q̄ fideles cum quibus interdum diſpenſatur.ſed fideles poſt diſpēſationem ab eccleſia habitam ſunt habiles ⁊ legitimi ad matrimoniū nō obſtante cōſanguinitatis gradu p̄ ſtatutū vniuerſale eccleſie illegitimāte ſeu impediente matrimonium cōtrahi inter ipſos.ergo ⁊ infideles:ſuppoſito q̄ eccleſia ipſos per ſuū ſtatutum non intelligat ſeu intendat ad eius obſeruantiam obligare. ¶Tertia et vltima concluſio eſt / q̄ gradus huiuſmodi conſanguinitatis linee tranſuerſalis propter quos fideles ſunt illegitimi ⁊ inhabiles ad matrimonium contrahendum ex ſtatuto eccleſie/ illegitimant ſeu inhabilitant infideles:ſuppoſito q̄ eccleſia eos ad ſtatutum huiuſmodi intendat ſicut ⁊ fideles obligare. ¶Hec apparet.quoniam(vt predictum eſt)ſtatutum ſuperiorus oēm inferiorem ligat ⁊ obligat/ quē ad ipſum vult ⁊ intendit ſuperior obligare/ ⁊ non aliquē alium.Sed conſtat q̄ infideles ſunt inferiores et debēt eccleſie eſſe ſubiecti. nec eſſi propter ſuam infidelitatem eximuntur nec excuſantur quin obedire eccleſie teneantur.ergo ꝛc. ¶Sed tunc eſt dubium an ipſos intendat eccleſia ad ſtatuta huiuſmodi obligare. ¶Ad hoc videret forte dicendū q̄ non. qm̄ quos eccleſia ad ſuū ſtatutū obligare intendit / eos tranſgredi ſtatutum huiuſmodi non permittit: ſed ſi tranſgrediātur punit ⁊ corrigit:ſaltem illos qui in poteſtate ſua exiſtunt. ¶Hoc apparet in exemplo de multis ſceleribꝰ propter que puniuntur pena mortis non tm̄ fideles: ſed etiā infideles ſub iurisdictione et poteſtate fidelium exiſtētes.Cuius ratio nulla eſt alia/niſi quia ad talia vitanda non tm̄ fideles ipſi ſunt obligati:ſed etiā infideles in poteſtate eccleſie exiſtētes. Infra aūt conſanguinitatis gradum prohibitum matrimoniū contrahentes non puniūtur:ſed impune cōtrahere permittuntur.ergo ꝛc. ¶Sic ad queſtionem. ¶Ad rationē in principio apparet ſolutio ex predictis.

Diſtinctio Quadrageſimaprima.

Circa diſtinctionem quadrageſimampriman: in qua magiſter determinat de impedimento affinitatis:Quero primo vtrū affinitas precedens matrimoniū impediat ipſum vt legitime contrahendum. ¶Et videtur q̄ nō.quia actus carnalis copule quo contrahitur / non videtur magis impedire matrimonium contrahendū inter illos a quibus actus huiuſmodi exercetur q̄ inter alios. Sed conſtat q̄ huiuſmodi actus carnalis copule precedēs matrimonium non impedit ipm matrimonium inter illos quorum fuit actus huiuſmodi contrahendum.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur.quia in lege moſaica licitum erat immo preceptū fratri contrahere matrimonium cum vxore fratris ſui defuncti ad eius ſemē ſuſcitandum. Sed conſtat inter germanum viri ſeu fratrem ⁊ eius vxorem eſſe affinitatem.ergo ꝛc. ¶Contra hoc eſt illud qđ habetur. xxxv. q̄ſtione tertia. de proprio quos. Ibi enim expreſſe continetur q̄ affinitas impedit inter affines matrimonium contrahendum. ¶Reſponſio.Et primo eſt videndum quomodo affinitas contrahitur.Secundo queritū: vez an per ipſam contrahēdū matrimonium impediatur.

Quantum ad primum:eſt ſciendum q̄

affinitas que non eſt aliud q̄ vinculum perſone ad perſonam contractum ex carnali copula: cum perſona alterī conſanguinee/vel ex aliquo ad carnalem copulam ordinato cōtrahitur quatuor modis. ¶Primo ſiquidem cōtrahit̄ p̄ ſponſalia. q̄ affinitas ſic cōtracta vocatur publice honeſtatis iuſtitia. ¶Secundo per matrimonium factum nondum cōſummatum. ¶Tertio per ipſum matrimonium per actum carnalis copule conſummatum. ¶Quarto per omnem actum carnalis copule cū quacunq̄ extranea multere. Non tm̄ enim vir eſt affinis conſanguineorum vxoris/⁊ vxor conſanguineorum viri: ſed etiam adulter vel ſimplex fornicator eſt affinis conſanguineorum adultere vel fornicarie. Unde non tm̄ affinitas huiuſmodi contrahitur per actum copule coniugalis:ſed etiā per actum adulterij ⁊ fornicationis.Quoꝝ q̄ autem predictorum modorum affinitas contrahatur duplex affinitas poteſt poni. Una videlicet ſecundum rectam lineam deſcendentium/⁊ alia tranſuerſalis. Affinitas linee deſcendentis:poteſt dici illa que eſt filij ⁊ filie filiorum ad vxorem patris/nō ad vxorem patris que eſt mater.quia filiorum ad matrem vel ad patrem nō eſt affinitas ſed conſanguinitas. ſed ad vxorem ſecundam/ que nouerca nuncupatur. Similiter etiam filiarum vel filiorū mris ad eius virum ſeclūdū pōt dici affinitas ſecūdum lineam deſcendentem. Affinitas vero tranſuerſalis ſiue ſecundum lineam tranſuerſalem: dicitur illa que eſt viri ad conſanguineos collaterales vxoris vel adultere vel fornicarie:⁊ econuerſo illa que eſt vxoris vel adultere vel fornicarie ad conſanguineos collaterales viri vel adulteri vel fornicarij. ¶Hec de primo.

Quantum ad ſecundum: pono tres cōcluſiones.

¶Prima eſt/ q̄ affinitas ſecundū rectam lineam:que videlicz eſt filiorum ad vxorem patris vel ad virum matris impediuit in lege moſaica matrimoniū contrahendum. ¶Hec apparet.quoniam conſtat q̄ in lege illa non fuit licitum filie contrahere cū viro matris/ nec filio cōtrahere cum vxore patris/iuxta illud Leui.xviij. capitulo. Turpitudinem patris tui nō reuelabis:nec accedes ad vxorem eius:que tibi affinitate coniuncta eſt. ſed talis affinitas que eſt filiarum ad virum matris: vel filiorum ad vxorem patris /dicitur affinitas recta ſiue p̄ lineam deſcendentem ratione conſanguinitatis filiorum ad patrem ⁊ ad matrem:a qua huiuſmodi affinitas extrinſece nuncupatur.ergo ꝛc. ¶Secunda concluſio eſt/ q̄ in lege moſaica affinitas trāſuerſalis non impediuit matrimonium inter ſic affines debite contrahendum. ¶Hec apꝑt. quia vxoris ad germanū viri eſt affinitas

trāsuersalis:qua nulla propinquior trāsuersalis nec maior seu immediatior. Sed constat q̄ huiusmodi affinitas tunc non impediat inter sic affines contrahi matrimoniū ergo ꝛc. ¶Minor apparet.quia secundum legem illam vt apparet Deuter.decimoquinto. Frater uxorē fratris sui defuncti ad suscitandum eius semen accipere tenebatur. Unde ꝛ Judas dedit Thamar duobus fratrib⁹. Et hoc est quod dicit Deuteronomij decimoquito. Si habitauerint fratres simul ꝛ vn⁹ ex eis mortuus fuerit absq̄ liberis: uxor mortui nō nubet alteri: sed accipiet eam frater eius:ꝛ suscitabit semen fratris sui primogeniti. ergo ꝛc. ¶Tertia ꝛ vltima conclusio est/q̄ in lege euangelica omnis affinitas/videlicet tam recta q̄ etiam transuersalis/impedit matrimonium contrahendum. ¶Hec est euidens.quia sic est ab ecclesia ordinatum. Et si quaratur:vsq̄ ad quot gradus impedit:Respondetur q̄ vsq̄ ad tot vsq̄ ad quot consanguinitas/videlicet vsq̄ ad quintum gradum. quoto enim gradu consanguinitatis aliq̄s distat ab alio / toto gradu affinitatis distat ab eodē quecunq̄ ab isto carnaliter matrimonialiter vel quo modocunq̄ aliter cognita:vel cū qua sunt sponsalia/ vel matrimonium contractum nondum per carnalem copulam cōsummatū. ¶Ex quo sequitur q̄ in tali quacunq̄ affinitate transuersali potest sicut et in consanguinitate consimili per ecclesiā dispensari / esto q̄ non possit forte in affinitate recta:sicut nec in tali cōsanguinitatis gradu/videlicet secundum lineam descendentem. ¶Ratio cuius est.quoniā talis consanguinitas vel affinitas non impedit matrimonium nisi propter ecclesie statutū. Secus autem est de consanguinitate secundum lineam descendentem:ꝛ forte de affinitate ipsi correspondēte. Sed circa hoc quod est per ecclesiam statutuz / videtur posse ecclesia dispēsare.ergo ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in puncipio dicendum/ q̄ actus carnalis non impedit inter illos contrahi matrimonium quorum fuit cum,ꝛ matrimonium ad actuz huiusmodi ordinatur: sed bene inter aliquos alios propter ecclesie statutum.

SEcūdo quæro:vtrum affinitas sequens matrimoniū dirimat ipsum tam contractum. ¶Et videtur q̄ sic. quoniam sicut se habet affinitas precedēs matrimoniuz ad ipsum impediendum:ita sequens ad ipsum dirimendum sed p̄cedēs impedit matrimonij ꝓtrahēdū. ergo ꝛ sequēs dirimit tam contractū. ¶Contra.quia contractum matrimonium nō dirimitur nisi aut propter professionem solemne votum/ si non est consummatum: aut propter obitum alterius coniugū postq̄ est per carnalem copulam consummatum. sed affinitas non est aliquod predictorū.ergo ꝛc. ¶Responsio. Ad cuius euidētiam est primo videndum quomodo affinitas post matrimonium cōtrahitur.Secundo quesitum/videlicet si propter ipsam cōtractum matrimonium dirimitur.

Quantum ad primum:est sciendum q̄ affinitatem post matrimonium contrahi potest dupliciter intelligi.Uno modo/q̄ contrahatur siue sequat post matrimonium ratum non consummatum. Alio modo/ q̄ post matrimonium ratum ꝛ iam per carnalem copulam consummatum. Utroq̄ horum modorum affinitas potest sequi matrimoniū licet differēter.Dico enī primo q̄ post matrimonium contractum in eius consummatione per carnalem actum contrahitur affinitas viri cum parentibus uxoris carnaliter cognite:ꝛ uxoris cum viri parentibus econuerso. Alia est affinitas contracta per matrimonium ꝛ alia per matrimonialem actum matrimoniū cōsummantē. Quod apparet.quia affinitas pōt esse ex solo matrimonio sine actu sequēte:et ex solo actu sine matrimonio precedēte. Et ideo licz prima affinitas sit in cōtracto matrimonio / nihilominus secunda est in ipso cōsummato.vel illa eadem affinitas efficitur maior cū ea affinis dicatur quasi accedens ad fines/per consequens quanto plus ad fines aliquorum consanguineoꝝ accedit tanto maior affinitas cum eis cōtrahitur. magis aūt vir accedit ad uxorē per matrimoniū consummatum q̄ per ipsum nō consummatum.ergo ꝛ maior affinitas est viri ad parentes uxoris:ꝛ econuerso uxoris ad parentes viri per matrimonium consummatum q̄ ante ipsum consummatum. Unde minor affinitas est in sponsalibus: maior in contractu matrimonij: ꝛ maxima in consummatione eius.Et hinc est q̄ difficilius ecclesia dispē sat in secūda affinitate q̄ in prima:et difficilius in tertia q̄ in secūda.Sic ergo apparet quomodo affinitas sequitur matrimonium cōtractum quando consummatur nōn prima:quia prima est in sponsalibus si fuerint:vel in contractu matrimonij si spōsalia non fuerint: sed secūda vel tertia.est enim secunda si non precesserunt sponsalia. tertia vero si sponsalia precesserunt.Et omnes iste affinitates sunt inter eisdem personas/ quia inter quēlibet coniugum ꝛ parentes alterius/et ratione eiusdem persone/ puta affinitas viri ad parētes uxoris ratione uxoris: et affinitas ad parentes viri/ ratione viri. non tamen propter eandem sed propter aliam ꝛ aliam rationem. quia prima est propter spōsalia:que vocatur publice honestatis iustitia. Secunda est propter matrimonium per verba de presenti contractum. Et tertia propter ipsum carnaliter consummatū. ¶Aliter potest sequi affinitas noua viri ad parentes uxoris: vel uxoris ad parentes viri/ post ipsorum matrimonium consummatum non ratione eiusdem persone/puta uxoris vel viri:sed ratione alterius cognite a viro/vel cognoscentis uxorem.Cum enim affinitas contrahatur per carnalem copulam a mare cum quibuscunq̄ consanguineis mulieris: ꝛ a muliere carnaliter cognita cum consanguineis mariti ipsam cognoscentis: per consequens sicut cognoscens uxorem ratione ipsius cognite dicitur affinis consanguineorum eius: et uxor econuerso cōsanguineorum viri: ita si post ipsam cognitam cognoscat aliam eius cōsanguineam / incipit nouiter esse affinis consanguineorum uxoris: non ratione eius sed ratione alterius quam cognouit.incipit etiā esse affinis uxoris:qđ nō erat prius. nec enim vir dicitur affinis uxoris sed consanguineorum eius: propter accessum ad ipsam.ergo si accedit ad consanguineam uxoris. eadem ratione efficitur eius affinis. ¶Similiter est intelligendum de uxore cognita a consanguineo viri post ipsius cum eo matrimonium consummatum. ¶Ex predictis apparet/ q̄ licet affinitas sequatur matrimoniuz contractū/puta illa que contrahitur in matrimonij consummatione/possit etiam sequi post matrimonium consummatum per carnalem copulam consanguinee uxoris cum viro vel consanguinei viri cum uxore: tamen differēter. Illa enim affinitas que est in consummatione vel ex consummatione matrimonij/non est nisi inter eisdē personas:et ratione eiusdem persone ratione cuius et inter quas personas tām erat prius affinitas/vel ex sponsalibus ꝛ ex contractu matrimonij simul/vel tm̄ ex contractu matrimonij/quādo ipsum sponsalia nō precedūt. Illa autem affinitas que sequitur post matrimonium consummatum propter carnalem copulam cum viri cōsan-

guineo vel cum vxore consanguinea est ad easdem personas:ad quas erat antea: sed non ratione eiusdem persone sed alterius. Est etiã alicui⁹ ad aliquam personam ad quã nulla erat affinitas. ¶Primũ apparet.quia vir primo erat affinis consanguineorum vxoris ratione ipsius vxoris : et vxor consanguineorum viri ratione viri. Si autem vir cognoscit consanguineam vxoris et eius consanguineorum/ efficitur affinis eorum quorum prius erat iam affinis/ratione alterius mulieris:vel mulier cognita a consanguineo viri / efficitur similiter affinis eorundem quorum prius ratione alterius/ videlicet illius a quo nouiter cognoscitur. ¶Secũdum etiam apparet. quia cum affinis sit accedẽs ad fines: per consequens si vir accedit ad consanguineam vxoris/efficitur eius affinis:et vxor viri si accedit ad cõsanguineam eius. Sed inter virum ⁊ vxorem prius nõ erat sicut nec esse debebat affinitas.ergo ꝛc. ¶Hec de primo.

Quãtum ad secundum : prẽmitto duo

ad euidentiã dicẽdor.Quorũ primũ est/ q affinitas põt sequi matrimoniũ cõtractũ dupliciter. Uno modo sequitur matrimonium contractum debite / videlicet ratione coniugum.vt quando consummatur inter eos matrimonium per copule carnalis actũ.Alio modo indebite/ videlicet ratione alicuius persone consanguinee alterius coniugum. vt quando ante consummationem matrimonij vir cognoscit consanguineam vxoris/vel vxor cognoscitur ab aliquo ꝯsanguineo viri sui. ¶Secũdũ ꝓmittẽdum est/ q huiusmodi affinitas indebita que cõtrahitur per carnalem copulam cum consanguineo viri/ vel cum consanguinea vxoris / potest siue ante matrimoniũ consummatum siue post contrahi vel ex parte alterius coniugum tm:vel simul ex parte vtriusq;:vt quando ⁊ vir cognouit cõsanguineam vxoris: ⁊ vxor similiter fuit cognita a cõsanguineo viri sui. ¶His ꝓsuppositis ⁊ premissis/ supposito etiam ex supe dictis in precedentibus / q matrimonium dirimi/potest dupliciter intelligi / videlicet formaliter quo ad vinculũ/ vel virtualiter quo ad thorũ. Et hoc modo duplicit. quia vel simpliciter et totaliter/videlicet sic q nec debitum licet petere nec reddere: vel aliqualiter ⁊ partialiter. quia non licet alteri coniugum debitum petere:sed tm reddere.

Secundum hec sic declarata pono qua

tuor conclusiones . ¶Prima est/ q affinitas debita superueniens post contractum matrimonium nullo modo videlicet formaliter nec virtualiter ipsum matrimonium dirimit:sed magis perficit ⁊ confirmat. ¶Hec apparet.quoniam debita affinitas post matrimoniũ superueniens contrahitur in consummatione matrimonij coniugum per carnalem actum . sed per hoc matrimonium vt formaliter sumptum quo ad vinculum nõ dirimitur/ sed magis perficit : quia indissolubile sic efficitur.nec vt sumptum virtualiter quo ad actum debitum dirimitur/ sed etiam perficitur.quia ante matrimonij cõsummationem neuter ꝓiugum tenebatur alteri reddere debitum: cum sibi esset licitum assumere religionis habitum.post consummationem aũt obligatur vnus alteri mutuo ad reddendum huiusmodi debitũ quando fuerit postulatus. ergo ꝛc. ¶Secũda conclusio est/ q nulla affinitas indebita superueniens post matrimonium siue ante eius cõsummationẽ siue post dirimit matrimonium vt sumptus formaliter quo ad vinculum seu dominium coniugũ mutuum. ¶Hec apparet.quia matrimonium fidelium / vt sic sumptum /nunq̃ dirimitur/nisi vel per religionis ingressum anteq̃ consummatum: vel per obitum postq̃ cõsummatum. Matrimonium aũt infidelium etiam cõsummatum dirimitur ⁊ soluitur per conuersionem alterius ipsorum.quare ꝛc. De hoc etiã est casus. extra. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suc. capitulo . Discretionem tuam . ¶Tertia conclusio est / q affinitas indebita contracta ex parte alterius coniugum tm : siue ante matrimonij consummationem siue post/ dirimit siue soluit matrimonium non vt formaliter sumptũ quo ad vinculum:sed vt virtualiter quo ad actum.nec vt sic etiã taliter sed aliqualiter et particulariter. ¶Hec apparet. quia per hoc matrimonium vt virtualiter sumptum soluitur aliqualiter quo ad actum:per quod alter coniugũ efficitur ineptus ad debitum exigẽdum:licet non ad reddendum.sed quilibet coniugum per incestum quo huiusmodi indebita affinitas cõtrahitur/ inhabilitatur ad petendum debitum:licet teneatur reddere ipsum/ supposito q alter sit innocens: vt supponit conclusio ista presens.ergo ꝛc. ¶Quarta ⁊ vltima conclusio est/ q affinitas indebita siue illud per qđ contrahitur ex parte viri vtriusq; coniugum siue ante matrimonij consummationem siue post dirimit seu soluit totaliter matrimoniũ vt sumptum virtualiter quo ad actum. ¶Hec probatur. quoniam per illud matrimonium vt sumptum virtualiter soluitur totaliter:per quod actus matrimonialis reddatur impossibilis cuilibet coniugum vniuersaliter.sed per incestum vtriusq; coniugum quo cõtrahitur huiusmodi indebita affinitas supradicta/quilibet coniugum efficitur simpliciter ⁊ totaliter inhabilis ad actum copule coniugalis. ergo cum nulli ipsorum liceat actum huiusmodi ab alio petere:nec per consequens alicui licet alteri reddere.nulli enim est licitum debitum reddere ei cui est illicitum ipsum exigere.ergo tales coniuges nunq̃ possunt sine peccato mortali mutuo copulari. ¶Ex quo sequit/ q in tali casu prudenter faceret si nõ insimul habitarẽt propter periculum euitãdum.nõ possunt enim sine periculo magno vir ⁊ mulier insimul habitare quibus est illicitum insimul cõuenire. Nec in tali casu videretur forte secũdum dcm esse illicitum alteri eorum religionem ingredi contra alterius voluntatem: cum neuter sit alteri obligatus ad reddendum debitũ: immo nec possit reddere ipsum. Tamẽ quicquid sit de hoc / saltẽ primum est verum/videlicet q non deberẽt si periculum euitare vellent/insimul habitare. ¶Sic ad questionẽ. ¶Ad rationem in principio dicendum/q assumptum est falsum. alter enim se habet affinitas precedens matrimonium ad ipsum impediendum: ⁊ aliter sequens ad dirimẽdum. q precedens impedit matrimonium totaliter contrahendum:vt formaliter ⁊ virtualiter sumptum: sequens autẽ nunq̃ dirimit matrimonium tam contractum vt formaliter: licet aliquando vt virtualiter sumptum differẽter. quia aliquando ex parte alterius partis tm dirimitur/ aliquando vero ex parte vtriusq; coniugum/sicut superius est ostensum.quare ꝛc.

Distinctio Quadragesimasecunda.

Circa distinctionem qua

dragesimam secũdam in qua magister determinat de impedimento cognationis spiritualis ⁊ legalis:Quero primo:Utrũ huiusmodi cognationes/spirituales videlicet ⁊ legales impediant matrimonium contrahendum:et dirimant tam contractum. ¶Et videtur q non.quia nullum hoc

repugnat matrimonio nec est contra ipsius perfectionem. sed qō non repugnat matrimonio/ nō videtur impedire ipsum vt contrahendum nec dirimere iam contractum. ergo ꝛc. ¶ Sed in contrariō est magister in littera/ ꝛ ecclesia. ¶ Responsio. Ubi primo est videndū qd est spiritualis cognatio ꝛ legalis. Secundo si vtraq; harum impedit matrimoniū contrahendum.

Quantum ad primum: dicitur primo

ꝙ cognatio spiritualis est vinculū contractum ex dispensatione vnius sacramētoum/ vēz baptismi ꝛ confirmationis. ex collatione enī aliorum sacramētoum ab istis nulla cognatio spiritualis ꝓtrahitur que matrimoniū impediat contrahendum. Cognatio autem legalis dicitur esse propinquitas psonarum puenies ex adoptione. que adoptio dicitur esse alicuius personam filiū vel nepotem vel deinceps legitima assumptio. ꝛ inter talē adoptatum ꝛ adoptantē ac adoptantis filios naturales dicit esse huiusmodi legalis cognatio. Propter tamen adoptionem non dicitur esse nisi illius qui non est iuris: sed patris: nec ꝙ consequens transit in potestatem adoptantis. Alteri⁹ autem adoptati qui est sui iuris ꝛ transit in potestatez adoptantis/ dicitur in iure arrogatio: que tm̄ fit principis auctoritate: adoptio autez per quēlibet magistratum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: constat ꝙ qđlibet ꝑdictorum impedit matrimonium contrahenduz ꝛ per consequens dirimit iam contractum. omne enī qō impedit matrimonium absolute ꝛ simpliciter cōtrahēdum⁹/ dirimit iam contractū. hoc est: qz non cōtrahitur si de facto contrahi attēretur. Huius ratio nulla est nisi ecclesie ordinatio: qua tales simpliciter illegitimauit ad matrimonium inter se mutuo cōtrahēduz. ¶ Sz est dubium inter quos est hmōi spiritualis cognatio/ q̄ ex statuto ecclesie impedit mr̄imoniū ꝓtrahēdū. ¶ Dicit ꝙ est primo inter baptizantem ꝛ cōfirmantem ꝛ baptizatum vel confirmatum. Secundo inter filios qui tenēt puerum vel puellam in fontibus/ ꝛ ipsuz puerū vel puellam ꝛ omnes filios ꝛ filias illoum. nullus enim potest contrahere matrimonium cū filiola matris suc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum ꝙ licet nullum ꝑdictorum repugnet matrimonio secōm se/ repugnat tamen propter statutum ecclesie.

VLtimo: quantum ad istam materiam de matrimonio: quero vtrum matrimonij sacramentum possit recipi a quocumq; idoneo ad matrimonium contrahenduz. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia cui est possibile aliquod consequens/ ꝛ ad ipsum necessarium antecedens. sed antecedens ad contrahendum matrimonium necessarium/ est matrimonij sacramentum. ¶ Quod apparet. quia matrimonium non potest naturaliter contrahi/ nisi per aliquod signum sensibile consensus mutui contrahentiuz expressiuum. sed huiusmodi tale signum est ipsum matrimonij sacramentum. ergo ipsum est possibile cuicūq; idoneo ad matrimonium contrahendum. ¶ In contrarium arguitur. quia matrimonij sacramentū consistit i verbis tm̄. sed non omnes valentes matrimonium contrahere possunt aliquod verbuz proferre: sicut muti qui non possunt loqui ꝛ tamen possunt cōtrahere sicut alij. ergo ꝛc. ¶ Responsio. Ubi est videndū Primo quid sit vel in quibus consistat formaliter matrimonij sacramētum. Secūdo questitum/ videlicet si omnis idoneus ad matrimonium contrahendum potest recipere ipsuz matrimonij sacramentum.

Quātum ad primum: dicitur a quibusdam ꝙ sacramentum huiusmodi precise consistit in verbis consensus mutui contrahentium matrimonium ex presentia/ non autem in aliquibus aliis signis. ¶ Pro ista opinione/ vēz ꝙ in solis verbis nō in aliis signis cōsistat matrimonij sacramentum/ arguo. quia forma huius sacramenti sicut ꝛ alterius cuiuscunq; est certa ꝛ determinata non vaga. sed si qcunq; signum exprimens consensum interiorem mutuū contrahentium sufficeret ad matrimonij sacramentum: tunc forma huiusmodi sacramēti esset incerta ꝛ vaga. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. quia alia sacramenta communiter consistunt in verbis. ergo ꝛc. ¶ Contra istam opinionem arguit quidam doctor sic. Primo. sacramentum est sacre rei signum. ergo ad matrimonij sacramentum non videtur requiri nisi consensus mutuus contrahentium quocunq; signo exteriori expressus. omne igitur signum consensus mutui contrahentium significatiuum est matrimonij sacramentum. sed non tm̄ verba sed alia etiam sensibilia signa possunt huiusmodi consensum mutuum cōtrahentium designare. ergo ꝛ cetera. ¶ Preterea constat ꝙ ad matrimonij contractum sufficit cōsensus interior mutuus quibuscunq; signis expressus ponatur. ergo ꝙ aliqui contrahant matrimoniū per alia signa sensibilia a verbis/ suum consensum mutuum exprimendo: ꝛ postea vicant verba in quibus consistit matrimonij sacramentū secundum opinionem predictam. ex hoc tūc arguitur. matrimonij sacramentū significat ꝓsensus mutuos cōtrahentium per quos fit translatio dominioꝝ corporuz ipsoum. Sed verba a talibus post ipsoꝝ contractū factum prolata non significant tales consensus translatiuos dominiorum: sed potius illa prioza alia sensibilia signa/ quibus meditantib⁹ huiusmodi dominioū trāslatio fuit facta. ergo magis in illis ꝓcedentibus ꝙ in huiusmodi verbis sequentibus consistit matrimonij sacramentum. ¶ Sed rationes huiusmodi non concludunt. Prima enim petit probandū/ quando dicit ꝙ omne signum consensus mutui cōtrahentiū est mr̄imonij sacramentum. Hoc enim negat opinio supradicta: cū ponat posse verba significantia huiusmodi ꝓsensum mutuum nō aliquod aliorum signorum esse matrimonij sacramētum. ¶ Et qñ ꝓmittitur: ꝙ cum sacramētū sit sacre rei signū ad matrimonij sacramentum non requiritur nisi consensus mutuus quocunq; signo expressus: Hoc non valet. qz licet sacrm vt cōtersumptum non sit aliud ꝙ sacre rei aliquod sensibile signum/ tamen diuersa sacramenta sunt diuersa sensibilia signa. quare ꝛc. ¶ Ad secundam quando dicitur ꝙ contractus matrimonialis potest fieri mediantibus quibuscunq; signis consensus contrahentium expressiuis/ verum est. sed si fiat mediantib⁹ aliis signis a verbis/ diceret opinio supradicta ꝙ nō fieret mediante sacramento. Et quando dicitur ꝙ tales possent ꝓferre verba: diceretur ꝙ verum est. sed illa verba postea prolata/ vēz post factum matrimonij contractuz/ non essent formaliter ipsum matrimonij sacramētuz: quia talia verba non sunt matrimonij sacramentū nisi quando per ipsa cōtrahitur matrimonium. Et ideo si proferant post matrimonium mediantib⁹ aliis signis sensibilibus iam cōtractuz/ nec ipsa nec alia prioza sensibilia signa sunt matrimonij sacramentum.

Etiō cōtra opinionē ꝑdictā aliter arguitur sic. Prio. ꝓstat sensibile signū ꝓsens⁹ mutui ꝓtrahētium expressiuum esse matrimonij sacramentum diuinitus institutum. sed an huiusmodi sensibile signum ve

beat tm̃modo esse verbuz/an possit esse qualecuq; aliud sensibile signum/nullibi reperitur expressum. ergo nec q̃ tm̃ sit verbum nec quodcunq; aliud determinatum magis q̃ aliud sensibile signū/est ab aliquo asserēdum. ¶ Confirmatur. quia nullus debet circa aliquod sacramentum ecclesiasticum asserere nisi certum. sed q̃ sacramentum matrimonij ꝓsistat in aliquo determinato sensibili signo magis q̃ in alio/non habetur: nec certū alicubi reperitur. ergo ꝛc. ¶ Preterea cum gratie non sint restrigende: sed potius ampliande: nullus debet restringere aliquod sacramentum ad aliquod determinatum sensibile signum ad qđ a deo non inuenitur restrictum. sed matrimonij sacramentum diuinitus institutum ad conferendum contrahētibus superne gratie donum/nō inuenitur a deo instituēte ipsum restrictum nisi ad sensibile signum consensus mutui contrahētium expressiuum: non autem ad verbum magis q̃ ad aliud sensibile signum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia sacramentum institutum ad contractum aliquem faciendum debuit esse commune ⁊ possibile omnibus valentibus facere illum contractum: sed matrimonij sacramētum est diuinitus institutum ad contractum matrimonij faciendum. ergo debuit se extendere ad quodcunq; sensibile signum per qđ fit matrimonium possibile omnibus valētibus contrahere ipsum. sed constat q̃ tale non est verbum. ergo nec ad ipsum restringendum est matrimonij sacramentum.

Et ideo dico aliter: videlicet q̃ matrimonij sacramentum est quodcunq; sensibile signum cōsensus contrahentium matrimonium expressiuum. nec enim matrimonij sacramentum est aliud q̃ sensibile signum commutationis dominiorum corporum contrahentium matrimonij. huiusmodi enim commutatio fit per ipsorum mutuum consensum contrahentiū/quē significat tale sensibile signū qđ dicit matrimonij sacramētum. Q; autem tale sensibile signum sit verbum vocale vel aliud sensibile signum/accidit matrimonij sacramento: cum in quolibet tali signo saluetur eius perfecta ratio. Nec tamē ex hoc sequitur q̃ contrahentes matrimonium debeant siue possint congrue contrahere mediantibus quibuscunq; signis. verba enim sunt de necessitate ministri licet non de necessitate sacramenti/exceptis mutis ꝺbus verba non sunt possibilia. Et ideo sicut baptizans latinus in forma grecoꝝ vere baptizat tamē peccat/ quia verba latinoꝝ sunt de necessitate ministri licet nō de necessitate sacramenti: ita ꝓsimiliter loq̃ potēs nō debet mr̃imonij cōtrahere nisi ✠bis mediātibus sui consensus alteri expressiuis. si tamen alijs signis mediantibus contraheret/ vere cōtraheret matrimonium ⁊ reciperet matrimonij sacramentū. ¶ Ad rationes alterius opinionis. Ad primaz dico q̃ forma huius sacramenti est certa/puta sensibile signum consensus contrahentium expressiuum. non oportet autem q̃ sit determinata ad aliquod sensibile signum particulare: impossibile alicui potenti contrahere matrimoniuz, ℈c ꝛc. ¶ Ad secundum dicendum q̃ alia sacramenta possunt in verbis consistere: quia exigunt ministrum a quo conferūtur/cuius sunt possibilia ipsa verba. secus autem est de matrimonij sacramento cuius minister ipm recipiens sibiq; conferens est omnis matrimonium cōtrahens qui non potest verbum proferre: sed ꝑ aliud signum suum consensum exprimere ⁊ matrimoniū contrahere. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicunt illi de prima opinione in precedēti articulo improbata: q̃ muti non possunt recipere matrimonij sacramentum licet possint cōtrahere matrimonium. Cuius ratio est: qz non possunt loqui: ⁊ hoc sacramētū consistit in ✠bis. ¶ Sed quia vt patet ex predictis/ fundamētum qđ accipiunt non est verum: ideo aliter est dicendum/ videlicet q̃ quicunq; potest matrimonium contrahere/ pōt ⁊ matrimonij sacramentum recipere. immo nullus potest cōtrahere matrimonij nisi per matrimonij sacramentū. ¶ Hoc potest probari ex dictis in articulo precedenti. qm̃ nullus potest contrahere matrimonium nisi per aliquod sensibile signum medium consensus sui animi alteri cui quo contrahit expressiuum. hoc enim est cōmune in quocunq; contractu/ vez q̃ omnis contractus fit per cōsensum mutuum partium aliquo mediante signo sensibili explicatū. sed omne signum sensibile consensus contrahentium matrimonium expressiuum est formaliter ipm matrimonij sacramentum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. qz contractus a deo institutus non potest fieri condecēter nisi q̃ modum ab eo prefixum. sed in lege euangelica est statutum diuinitus/ contractum matrimonij fieri p̃ matrimonij sacramentum. ¶ Hoc apparet. quoniam nisi deus contractum matrimonialem per sacramentū matrimonij fieri voluisset/ huic cōtractui non fuisset ꝑ eius annexum magis in lege euangelica q̃ in lege mosaica aliquod sacramentum. ergo nullus potest conuenienter contrahere matrimonium nisi per matrimonij sacramētum diuinitus institutum. Ex quo sequitur propositum vez q̃ omnis idoneus ad matrimonium contrahendum potest immo habet necessario/si fidelis/recipere in contrahendo matrimonij sacramētum. Dico autem si fidelis. quoniam infideles licet possint contrahere mr̃imonium/ nullum tamen possunt recipere sacramentum: qz nec verba illa nec quecunq; alia sensibilia signa quibꝰ suum consensum mutuum exprimendo contrahunt/ formaliter sacramentum existunt: magis q̃ si aliquis ipsorum per truffaz aliū baptizaret/ talis baptismus esset sacramentum. ¶ Preterea arguo sic ad idez. sacramentum matrimonij vt materialiter sumptum non fuit nouiter institutum: sed precise illud quodcunq; sensibile signum quo fiebat tam ꝓprie ante Christi aduentum contractus matrimonij; qđ quidē ante nō erat sacramētum: quia nullius gratie vel signum fuit institutum nouiter sacramentum. Hec fuit declarata superius in quodam alia questione. sed sensibile signum consensuuz contrahentum expressiuum quo mediante cōtrahitur matrimonium/ erat antea ⁊ est modo possibile cuicūq; matrimonium contrahenti vel contrahere potenti: cuz nullus sine ipso possit contrahere: quia nec consensum exprimere. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia cum matrimonij sacramentum fuerit institutum propter bonum contrahentium matrimonium: nullus ad matrimoniū contrahendum idoneus debuit excludi ab ipso/ maxime sine suo demerito. nullit enim contrahenti matrimonium propter aliquem naturalem suum defectum debuit negari adiutorium seu supernum beneficium alijs concessum. sed matrimonij sacramentum est medium ꝑ quod deus statuit conferre contrahentibus matrimoniū gratie siue donum. ergo ipsum debuit esse commune cuicūq; matrimonium contrahenti: nec muti propter suum naturalem defectum in quo nihil demerentur/ debuerunt ipso priuari. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio patet solutio ex dictis. assumit enim falsuz vt superius est ostensum.

Circa distinctionem quadragesimamtertiam:in qua magister incipit determinare de resurrectione:Quero primo.vtrum virtute alicuius cause secunde possit ens aliquod interruptum idem numero reparari.¶Et videtur q̄ sic.quoniam qđ est equaliter non ens nunc sicut tunc/ab eodem & cōsimiliter potest fieri nūc a quo potuit fieri tunc.Sed res corrupta nō magis est nihil post q̄ est corrupta q̄ erat añq̄ fuisset producta.ergo ab eodem a quo potuit primo produci pōt secundo post eius corruptionem nouiter reparari. Ij pr̄i⁹ potuit ꝓduci & de facto fuit ꝓducta a causa secūda.ergo &c.¶Contra.quia si idem numero qđ fuit corruptum posset naturaliter reparari/resurrectio videretur esse possibilis per naturam.consequens est falsum. ergo & antecedens.¶Consequentia probatur.quia resurrectio ideo est naturaliter impossibilis quia in ipsa qđ prefuit idem in numero reparat.ergo si virtute creata potest idem numero interruptum naturaliter reparari / & resuscitari.¶Respōsio.vbi primo excludam vnaz opinionem.Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primum : prætermissa quadam opinione alia fatua & omnino improbabili & absurda que fuit quorundam hereticorum qui dixerunt q̄ redeuntibus omnibus celestibus corporibus per motum ad idem punctum & ad eandem dispositionem redibunt omnia generabilia & corruptibilia que fuerūt antea:cum redeuntibus eisdem causis redeat idem effectus.omnibus autem corporibus celestibus ad idem punctum in quo erant prius redeuntibus / redibunt omnes cause generabilium & corruptibilium:cum cause ipsorum non sint nisi corpora superiora & inferiora/puta elementa : que quidem redeuntibus corporibus superioribus redeunt etiam ad eundem situm: cum moueantur secundum motum ipsorum . Ista inquam opinione prætermissa quia heretica/nec habet aliquem colorem:est hic vna opinio catholica et probabilis quorundam dicentium q̄ aliquis effectus corruptus potest naturaliter idem in numero reparari seu produci/videlicet omnis ille cuius omnia puncipia possunt manere eadem in numero seu redire/puta actiuum pricipium & passiuum/sicut effectus causarum incorruptibilium vt lumen solis & aliorum superiorum. Alij autem effectus horum generabilium & corruptibilium inferiorum sunt qui idem in numero secundum naturam redire non possunt.¶Pro ista questione in vniuersali/videlicet q̄ idem naturaliter possit in numero reparari arguit quidam doctor quadrupliciter.Primo ex parte potentie productiue/sic.eadem vis seu potentia productiua est respectu eiusdem producibilis.¶Hoc patet. quia impossibile est esse vim productiuam nisi respectu alicuius producibilis.et sicut vis productiua necessario respicit producibile:ita etiam eadez vis productiua idem producibile.sed vis productiua ignis non potest separari ab igne:nec caloris a calore / & sic de omni alio principio productiuo.licet enim productiuum principiuz possit non agere actualiter:impossibile est tamē ipsum non esse actiuū aptitudinaliter.ꝯ ꝓducto igne ab igne & corrupto/eadem vis productiua remanet i igne generante post corruptionem ignis ab ipso geniti/que fuit in ipso ante generationem ignis corrupti. ergo per ipsam potest ignem corruptum cūdem in numero reparare seu producere iterato.¶Secundo arguit ex parte potētie passiue sic.sicut potētia actiua necessario in est pricipio actiuo / ita etiaz passiua subiecto receptiuo. ergo eadem albedo numero que fuit in subiecto prius postq̄ est destructa est i ipso naturaliter receptibilis sicut prius.¶Consequentia est euidens.quia si nō:ergo potentia passiua seu receptiua est a subiecto separabilis.qđ est falsum. sed nulla forma posset esse eadem in numero receptibilis naturaliter in subiecto nisi eadem in numero esset reparabilis naturaliter a priori a quo fuit primo producta pricipio productiuo.ergo & cetera.¶Tertio ex parte generati arguit sic.qđ conuenit alicui per se/non destruitur per illud quod conuenit ipsi ꝯ accidens.sed generabilitas siue producibilitas conuenit cuicūq; rei producte p se:sicut posse ꝓduci a secūda causa conuenit cuicunq; producto vel producibili ab ipsa.ergo non destruitur per aliquid qđ inest sibi per accidens.Sed corruptio accidit cuicūq; rei a secunda causa producibili vel producte/sicut etiam & generatio.ergo licet res primo producta sit corrupta/nihilominus est producibilis ab eodem a quo fuit primo producta.¶Quarto arguit.quia eadem causa totalis in cundez potest effectum.sed causa totalis effectus corrupti potest manere eadem.ergo & effectum corruptum potest cūdem in numero reparare.¶Cōtra istam opinionem arguo primo.quia secundum ꝓclusionem huius opinionis & omnes rationes eius predictas sequitur q̄ resurrectio hominis vel saltē corporis humani incinerati & totaliter corrupti reparatio sit possibilis per naturam sed hoc videt falsum.ergo &c.¶Cōsequētia patet.quia non minus causa secūda si est aliqua forme humani corporis inductiua/habet eādem vim actiuam seu productiuam corrupto humano corpore sicut prius/q̄ ignis habeat eandem corrupto igne ab ipso genito.ergo si ideo ignis potest ignem corruptum eundem numero reducere/quia habet eandem virtutez quā prius habuit quādo ignem ipsum corruptum produxit:consimiliter causa secunda humani corporis productiua manens,eadem corrupto ipso corpore poterit corp⁹ idem numero répare.¶Preterea nō min⁹ materia forme substātialis humani corporis est naturaliter receptiua eiusdem in numero ipsa corrupta/q̄ subiectum primo album sit corrupta albedine eiusdem albedinis receptiuum.ergo si ideo eadem albedo in numero corrupta potest eadem in nūero reparari:qz subiectū est ad ipsam in potētia sicut prius:consimiliter de forma humani corporis est dicendum & etiam cuiuscunq; alterius animalis: cum materia sub ista existens substantiali forma a corpore forma ad ipsam numero eandem sit in potentia naturaliter sicut prius.¶Preterea non minus producibilitas inest per se corpori animalis q̄ corpori ignis.ergo si ideo ignis productus semel ab igne potest postq̄ corruptus produci iterum ab eodez:consimiliter est dicendum de corpore animalis et de quocunq; alia re creata ab aliqua secunda causa producta/vez q̄ postq̄ corrupta potest produci iterum ab eadem causa a qua fuerat prius ꝓducta.¶Confirmatur p quartam rationē eius.quia eadem causa totalis in eundem potest nūc inquē potuit tunc effectum.ergo omnis cā scōa cuiuscū q̄ effect⁹ sibi possibilis manens eadē post corruptionē effect⁹/pōt ipsuz iterū ꝓducere siue cūdē nūero repare.¶Preterea si effectus aliquis corruptus/puta ignis potest reparari ab illo a quo fuit primo productus:ipso q̄ etiam a quocūq; alio eiusdem rōnis cū illo / puta a quocūq; alio igne.qm̄ nō magis ignis corrupt⁹ si est

iterum ꝓducibilis ab alīq causa secūda determinat sibi certum ignem a quo possit produci nunc/ q̄ primo: quā do videlicet productus extitit prima vice. sed tunc non determinauit sibi necessario certum ignem. ita enim cō tingenter fuit' productus ab isto q̄ potuit produci ab alio. ergo nec nūc sibi determinat certum ignē a quo possit produci causaliter iterato. ergo nō magis potest ab illo a quo primo fuit productus/ q̄ ab alio iterum repa rari. ¶ Confirmatur. quia licet sit impossibile eundem effectum esse effectiue a pluribus causis totalibus simul: non tamen successiue est magis impossibile ipsum esse primo ab vna et secundo ab alia q̄ primo ab vna et postea iterum ab eadem. ¶ Hoc probatur. quoniam nō magis idem calor productus vel alius quicunq; effectus exigit necessario idem principium productiuum si pluries est producibilis/ q̄ idem subiectum receptiuū sed licet idem calor vel aliud quodcunq; accidens non possit naturaliter existere in pluribus subiectis simul potest tñ in plurib⁹ existere successiue. idem etiā numero calorem principium productiuum eundem numero calo rem quē produxit in hoc passo cuius receptiuo/ potuisset producere et etiam produxisset in alio si fuisset. ergo si cut idem accidēs potest in diuersis subiectis recipi sub iectiuecita et a diuersis causis elici effectiue non simul sed successiue: sicut nec simul i diuersis subiectis potest recipi: sed tñmodo successiue. ¶ Ex igitur ex p̄dictis potest argui sic in forma. si aliquis effectus corruptus posset ab eadem causa secunda a qua fuit primo produ ctus iterum reparari/ et a quacunq; alia ab illa eiusdez rationis cum ipsa. sed hoc videtur omnino impossibile. ergo ꝛc. ¶ Maior est probata ex predictis. Minor/ vi delicet impossibilitas consequentis/ videtur euidens. quia tūc sequeretur q̄ omnia individua eiusdez speciei etiam si existerent infinita/ possent producere successiue eundē effectū numero/ puta oēs ignes cūctē ignez/ et ḋi bet eundem calorem in subiectis pluribus successiue. nulla ergo maior possibilitas apparet quare idem accidens possit esse pluries in eodem subiecto q̄ in plu ribus subiectis. nec q̄ idem possit esse pluries ab eodez q̄ a pluribus eiusdem rationis principijs productiuis non simul sed tñmodo successiue.

Ad rationes in contrarium. Ad primā

quando dicitur q̄ eadem vis actiua seu productiua est respectu eiusdem producibilis: Primo arguo contra istam rationem sic. vis productiua ignis alium ignē ge nerantis est ab igne totaliter in re extra indistincta ex cepto igne genito vel generabili connotato. ergo sicut ignis est vnus numero/ ita et eius vis productiua. sz vna vis productiua non est nisi tñ vnius producibilis. ergo nec ignis poterit vnq̄ producere nisi vnicum ignē: nec aliquod actiuū principiū/ cum quodlibet sit vnicuz nu mero etiam increatum/ poterit producere nisi vnum ef fectum tñ sed hoc est euidenter falsum. ergo ꝛc. ¶ As sumptum/ videlicet q̄ vis productiua sit excepto cōno tato/ videlicet producibili vel producto/ idez totaliter in re extra cum principio productiuo probatum est pro lixe et ostensum in prima questione cuiusdā Quodlibet Potest etiā hic breuiter ꝓbari. Quilibet actiuū principi um eodem dicitur actiuū esse quando non agit/ quo est agens actualiter quando agit. sed ignis actu ignem ge nerans/ generat per seipsum: et calor calorem producit quando ipsum producit actualiter per se solum non per aliquid sibi additum extrinsecum. quia si sic: aut illud additum quo producit est idem numero respectu omnium effectuum sibi possibilium: aut diuersum. Si p̄mum idem sequitur sicut prius/ videlicet q̄ vis productiua erit tñ vna numero. vis enī ꝓductiua nō est aliud q̄ principium productiuum: quod ponitur esse vnum. Si autez ponatur secundum: tunc sequitur q̄ quot ignes sunt producibiles ab hoc igne et quot calores ab isto calore tot sint in quolibet ipsorum et quotlibet productiuo rum principiorum aliorum rationes ponitur distincte qd̄ est omnino improbabile et absurdum. ¶ Preterea et iam esto q̄ sic sit/ idem inconueniens sequitur sicut supra/ videlicet q̄ nullum productiuum principium po terit per vnicam vim actiuam illarum multarum quas habet nisi in vnicum numero effectum tñ. et tunc cum ignis semper producat alium et alium ignem/ et sol alio et alium lumen: et intellectus aliud et aliud verbum: sequi tur q̄ semper quodlibet actiuū principium agit p alias et aliam vim actiuam: cum si per vnam ageret non posset producere nisi vnum: hoc autem est omnino falsum et impossibile. ¶ Probatio. quia sicut agens naturale non potest actionem suam remittere intensiue: ita nec extensiue. hoc est dictu: q̄ sicut necessariō naturaliter loquēdo producit effectum perfectissimū quem potest producere intensiue/ ita et tot quot potest producere ex tensiue. sed si in ipso sunt tot virtutes actiue seu vires quot sunt ipsi possibiles effectus: cum nulla vis actiua eiusdem rationis cū alia ipsi⁹ impediat actionē: per cō sequens sequitur q̄ quodlibet naturale agens habebit non successiue sed simul omnes sibi possibiles effectus qd̄ ad sensum apparet esse falsum. quare ꝛc. ¶ Confir matur duplicter. Primo. quia sicut quodlibet natura le actiuum principium agit secundum suum totū conatum ad effectum sibi possibilem perfectissimuz: ita etiā simul agit extensiue secundum omnem suam virtutem actiuam. ergo quot sunt in quolibet vires actiue maxime eiusdem rationis / tot oportet in ipso agente passiuo habente existere actiones. ¶ Secundo. q̄ agens natu rale habens plures virtutes actiuas eiusdez rationis non magis videtur posse determinare vnam illarum q̄ aliam ad agendum. ergo vna agente insimul omnes agunt. quare ꝛc. ¶ Tunc ſcdo ad rationē in forma dicē dum: q̄ vis actiua ignis et sic de quocunq; alio principio productiuo/ dicit formaliter ipsum ignem et primo: alium ignem illi possibilem effectiue secundario notādo. Propter cuius diuersitatem/ videlicet ignis possibilis/ dicitur ille ignis habere plures virtutes actiuas non tanq̄ aliqua in ipso formaliter existentia ab ipso distincta mo do aliquo in re extra: cum per vnum et idem/ videlicet p seipsum seu suā substantialem formam per quā ꝓducit vnum/ producat omnem alium. sed vis actiua dicit mul tiplex et nō ignis: quia ignis dicit rem absolute nullam aliam connotando: vis autem actiua dicit primo rem ipsam eandem videlicet ignis formam/ secundario con notando omnem effectum sibi possibilem. Et quia effectus ipsi possibilis est multiplex: ideo vis actiua dicitur multiplex non intrinsece magis q̄ ignis ipse: sed ex trinsece et quadam denominatione extrinseca. Et ideo quando dicit in ratione q̄ eadē vis actiua est respectu eiusdem ꝓducibilis: Detur. Sed tunc quando addit in minore q̄ eadem vis actiua remanet in igne generante post corruptionem ignis ab ipso geniti: Dico q̄ non est proprie dictum in igne remanere seu esse virtutem seu vim actiuam et cum vis actiua non sit aliquid distinctū ab ipso: excepto igne possibili ꝓnotato q̄ nō est i ipso igne/ vez ꝓductiuo ei⁹. idē autē nō dr̄ ꝓprie existere i se ipso. Et iō vis actiua nō est in ipso igne: sz ignis forma

est videndum/que pena predictarum est maior in damnatis : est secundum ꝙ maior pena potest dici dupliciter. Uno enim modo potest dici aliqua pena maior alia:quia magis afflictiua. Alio modo:quia maiorem boni priuatiua siue priuatio ipsa.vt enim supra in precedenti articulo est predictum/non ois boni q̃cunq; priuatio seu carẽtia est afflictiua:imo sez̃ se absolute nulla est afflictiua nisi rõne doloris vel tristitie ꝙsequentis. nõ ois enim pena afflictiua seu afflictio ipa ẽ beatitudinis carẽtia: cũ beatitudo possit stare cũ pena etiã maxia afflictiua:vt apparet i Christo : in q̃ fuma glia ꝛ pena afflictiua simul ꝙcurrerũt. ¶ Hoc ꝓmisso pono q̃tuor ꝓclones. Prima est ꝙ inter penam sensus ꝛ penã damni formaliter sumptã: vt videlicet cõtra omnẽ dolorem et tristitiam cõdemnatam

non potest propie loquendo fieri comparatio: vt vna dicatur maior vel minor q̄ alia. ¶Hec p̄batur. quoniā cōpositio propie fit inter illa que sunt cuiusdē non alterius rationis. ℙena enim sensus siue accipiat propie p̄ dolore siue large pro tristitia/est aliqd positiuū. ℙena vero damni tm̄modo negatiuū. ℙena autem sensus est afflictiua seu afflictio ipsa: non autem pena damni vt a cō sequente tristitia est distincta. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. q: si pena dāni diceret maior vel minor q̄ alia pena sensus/aut hoc esset q: magis afflictiua/aut quia maioris boni priuatiua. Sed nō primo mō. quia pena damni/ vt secundum se absolute accepta p̄ beatitudinis carentia/nō est in aliquo afflictiua. Nec secūdo modo. quia pena sensus maxime alia a tristitia de carentia beatitudinis habita nō est p̄uatiua seu p̄uatio alicui⁹ boni seu p̄fectiōis cuiusdē rōnis cū beatitudie cui⁹ priuatio ē huiusmodi pena damni. beatitudo enī ipa potest simul existere cum pena sensus accepta non tm̄ pro dolore sed etiā pro tristitia. ergo ꝛc. ¶Secūda ꝯclusio est/ q̄ pena damni potest large aliquo modo dici maior pena q̄ pena sensus. ¶Hec apparet. quia priuatio maioris boni licz alterius rationis potest dici licet nō p̄prie maior pena q̄ priuatio minoris boni alterius rationis ab illo maioris boni: quantumcunq; illius maioris boni priuatio non sit in aliquo afflictiua. ℌ pena damni est priuatio seu carētia maioris boni q̄ pena sensus: licet bona quib⁹ priuat pena huiusmodi sint alterius rationis. ergo ꝛc. ¶Minor apparet. quia pena damni est priuatio seu carentia beatitudinis. pena autem sensus/que est dolor/ est priuatio delectationis ad sensitiuā pertinentis. Illa autem pena sensus que est tristitia habita non de beatitudinis carentia: sed de ignis vel cuiuscūq; alterius nolitī p̄sentia/ est priuatio alicui⁹ letitie talis tristitie oppositе ad volūtatem nō ad sensualitatem pertinentis. sed constat q̄ beatitudo ipsa perfectior est ꝛ maius boni quolibet predictorū: licz alterius rationis a quolibet eorū. ergo pena damni que est hmōi beatitudinis priuatio seu carentia: licet non sit afflictiua vt a tristitia distincta: maior tamē dici potest et est q̄ aliqua pena sensus: cū sit maioris boni carētia etiam q̄ tristitia hīta de ipa pena dāni. qm̄ talis tristitia videtur esse priuatio letitie beatorum. Ipsa tamē pena damni tristitiam huiusmodi consequens est priuatio seu carentia actuum beatificorū/puta visionis diuine ꝛ fruitiōis beate. ℙerfectior aūt esse videtur quilibz actus beatificus: ꝛ maxime fruitiuus: q̄ letitia ipsū sequēs: supposito qō tamen est falsum/vt patet ex precedentibus/letitiam ipsam esse a fruitione distinctā. ergo ꝛc. ¶Tertia cōclusio est/ q̄ pena damni vt virtualiter sumpta: est vt videt maior q̄ pena sensus prope sumpta: puta pro dolore: ꝛ hoc non tm̄ primo modo/quia vez maioris boni priuatiua: ℌ quia amplius afflictiua. ¶Hec apparet. qm̄ pena damni vt sic sumpta/includit tristitiā damnū huiusmodi consequentem. sed tristitia maior pena esse videtur q̄ dolor: non tm̄ quia est priuatio letitie: que melior est delectatione dolori contraria: sed etiā quia videtur amplius afflictiua. Magis enim videtur quilibet affligi tristitia q̄ dolore. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia cū pena afflictiua tanto sit maior quanto est nobiliorис punitī ꝛ afflicti/per cōsequens illa pena in homine est maior/que ipsi conuenit secundum rationem eius superiorem. sed tristitia est huiusmodi. Hec enim pena cōuenit tm̄ nature intellectuali dolor autem cuilibet animali. ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima conclusio est: q̄ cōparādo vnam tristitiam ad aliam puta tristitiā damni/que vno modo large potest dici pena sensus/ꝛ alio modo ꝛ propius pena damni: ad tristitiam aliam que sequitur nolle ignē/illa istarum est pena magis afflictiua q̄ est maior tristitia. ¶Hec est euidens. qm̄ cum omnis tristitia sit tristis cuiuslibet afflictiue: per consequens illa est magis afflictiua que est intēsior tristitia. que autem istarum sit maior: siue ve quo damnati amplius contristentur/videlicet an ve carentia et appetitu beatitudinis: an ve presentia noliti ignis vel cuiuslibet alterius obiecti sensibilis quo affliguntur: hoc sacra scriptura non expumitet ideo illud tantummodo deus nouerit quilibet damnatorum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

TErtio quæro: vtrum beati videant penas omnium damnatorum. ¶Et videtur q̄ sic. quia omne ens creatū est ab eis naturaliter intelligibile in seipso ꝛ supernaturaliter in verbo. sed pena cuiuslibet damnatorū est aliquod ens creatum. ergo ꝛc. ¶Cōtra. quia nullus naturaliter potest scire conceptus mentis nec actum voluntatis alterius. ℌ pene afflictiue principales olim dānatorū ꝛ etiā totales aliquorum consistunt in actibus nolendi ꝛ volēdi ac in tristitijs actus huiusmodi consequentibus: vt dictum fuit in precedentibus. ergo ꝛc. ¶Respōdeo. Ubi est videndū primo questum/vez si beati intelligūt penas dānatorum. Secundo/ si econuerso damnati intelligūt gloriam beatorum.

Quantum ad primum: est sciendum q̄ aliud est beatum intelligere aliquod ens creatum super naturaliter in verbo: et aliud naturaliter in genere. primo modo quo etiā possunt beati ens creatū intelligere dupliciter/videlicet intuitiue ꝛ abstractiue. ¶Hoc supposito/ponō quatuor ꝯclusiones. ¶Prima est/ q̄ beati nō possunt notitia matutina: que est rerum in verbo: cognoscere naturaliter per seipsos penas damnatorum. ¶Hec apparet. quia huiusmodi cognitio matutina qua cognoscunt res creatas in deo: aut est eadem cū notitia beatifica: aut alia ab illa. Si eadem: beatifica nō videtur esse in eorum potestate quātum ad eius obiectum primarium increatum: nec etiam quantum ad aliquod obiectū secūdarium creatum. Si ponatur alia: illa etiam videt sicut ꝛ beatifica eis immediate a deo infundi/non in ipsorū aliquo virtualiter cōtinenti. Nō enim est verisimile/ q̄ in potestate cuiuslibet beatorum sit cognoscere in deo quodlibet ens creatum: siue notitia hmōi matutina sit cum beatifica eadem: siue diuersa. Nullū igitur ens creatū nec per consequēs penam aliquam damnatorum nec etiam gloriam ipsorum possunt per se naturaliter cognoscere: sed tm̄ supernaturaliter isto modo. ¶Confirmatur. quia si quilibet posset naturaliter cognoscere in verbo quodlibet ens creatum: tunc non oporteret a deo supernaturaliter aliquid reuelari alicui beatorum: cum omnia ea essent nota: vel saltem naturaliter esse possent. tunc etiam beati oēs in hmōi notitia eēnt: vt saltē si vellēt existere possēt pares. hoc aūt nō videt verū. ℌ. ꝛc. ¶Secūda ꝯclusio est/ q̄ beati possunt naturaliter intelligere notitia vespertina penas dānatorū tā abstractiue q̄ ēt intuitiue: nisi hoc forte impediat distātia excessiua. ¶Hec apparet. qm̄ omne intelligibile aliud a deo pōt intelligi ab intellectu creato separato vel ēt coniuncto in statu alio ℌ nō in isto: ꝛ hoc naturaliter notitia vespertina. ¶Hoc apparet. q: aut nullum aut aliqō tm̄: aut omne. sed non primum nec secundum: quia sicut non est maior ratio q̄ visuam habens potentiam possit videre vnum colorem q̄ alium: ita nec q̄ talis intellect⁹ possit magis intelligere naturaliter vnum intelligibile creatum q̄ alterum: cum quodlibet sit eius obiectum debitum. ergo ꝛc. ¶Q: autem possit intelli-

gere penas huiusmodi damnatorum maxime positiuas eorum afflictiuas intuitiue nisi distantia hoc impediat: apparet. quoniam notitia intuitiua est possibilis haberi de quocunq; existente cognoscenti in se presente. sed constat actualiter existere penas omnium damnatorum. ergo nisi forte ꝓpter distantiã: possunt huiusmodi damnatorũ pene intuitiue intelligi naturaliter a beatis. Q; autẽ possint ẽt intelligi abstractiue/cuidẽs est. ¶Tertia cõclusio est/q; non videtur q; semper beati intelligãt ⁊ cõtinue/licet sit probabile q; aliquãdo / penas huiusmodi damnatorum. ¶Hec apparet. Non enim est verisimile/ q; ipi ad intelligẽdum aliquod ens creatum/et maxime tale/continue se conuertant. Probabile enim est/q; non semper seu continue cadẽ creata obiecta intelligant: sed aliquando ad vnum intelligendum: et aliquando ad aliud se cõuertant/⁊ maxime loquendo de notitia vespertina. De qua ⁊ ẽt de matutina intelligendũ est illud Augustini verbum: quando dicit q; volubiles cogitationes erunt forsitan in beatis. Hoc tamen Augustinus non asserit: quia nec certum existit. ¶Sed est hic dubium/an beati sic distincte cognoscãt ⁊ cognoscere possint penas omnium damnatorum/ q; vident seu cognoscant cuius pena sit maior: ⁊ cuius minor/⁊ quorum equalis: supposito q; forte alique sint equales. ¶Ad hoc videtur esse dicendũ q; sic: siue loquendo de penis damni: siue ẽt de penis sensus. ¶Primum apparet. quoniã pena damni: vt sumpta formaliter: est carẽtia beatitudinis possibilis ei bus damnatis: nõ aut ẽ beatitudinis eis debite: ad quã essent ab eterno diuinitus ordinati: cum ad nullam fuerint predestinati: vt dictum est in alia questione. sed beati omnes naturaliter scire possunt beatitudinẽ omnibus possibilem esse equalẽ: quia etiã hoc intelligũt viatores. ergo ⁊ scire possunt ac sciunt seu intelligunt/ quando ad intelligendum actualiter se conuertunt/ equales esse huiusmodi penas damni vt sumptas formaliter / precise pro carentia premij omnium damnatorum. ¶Secundũ videlicet q; etiam scire possint inequalitatem vel equalitatem aliarũ omnium penarum positiuarum/puta tristitie et doloris/apparet. quia potẽs cognoscere aliquid distincte: potest cognoscere quantum sit intensiue: et per consequens an inequale sit alteri qõ cognoscat distincte similiter/an equale. sed beatus potest distincte cognoscere dolorem omnẽ ⁊ tristitiam cuiuslibet damnatorum/sicut ⁊ quodlibet aliud ens creatũ. ergo ⁊c. ¶Confirmat. quia quicunq; distincte cognoscit aliqua intẽsibilia ⁊ remissibilia: vt duo alba: vel quecunq; alia: cognoscere põt si ad inuicẽ comparat illa/an sint equalia an inequalia. ¶Hoc apparet. q; cũ aliquis non possit scire/ an vnum albũ alteri sit equale an inequale: hoc habet esse q; non cognoscit graduz perfectionis vtriusq; distincte. ergo si beatus põt distincte cognoscere tristitiam ⁊ doloꝛẽ vni⁹ ⁊ alterius: ⁊ p consequens põt scire quis plus ⁊ quis minus doleat: vel tristetur. quare ⁊c. ¶Et si forte ꝓtra hoc arguatur. q; tristitia sequit actus voluntatis. Huiusmodi autẽ actus voluntatis nolendi vel volendi vnius non videntur naturaliter intelligi posse ab altonec cognosci nec per ꝓhis tristitia vel letitie huiusmodi actus sequẽs ¶Ad hoc potest dici q; vel non est simile de actibus ipsis/ ⁊ de tristitia vel letitia eos sequente: vel si est simile q; etiã actus ipsi possunt cognosci eo mõ quo in secũdo ⁊ in distinctione. xlv. superiori fuit dictũ. ¶Quarta ⁊ vltima cõclusio est/q; beati videtes penas damnatorũ de eis non tristant in aliquo nec turbantur. ¶Hec apparet qñ beati sunt in gratia cõfirmata: ⁊ diuine voluntati beneplacito ꝑ volito ꝑformatimee per ꝓhis de aliquo a deo volito cõtristãtur. sed ipsi sciunt deum velle penas hmõi damnatoꝝ. ergo de eis intellectus nullaten⁹ afflugũtur/ nec in aliquo cõtristant. ¶Cõfirmat. q; omnis potẽs de aliquo cõtristari põt pati. q; eis q; tristat actualr patiẽs ⁊ realiter cruciat. sꝫ bti oẽs sunt ipassibiles. ꝙ ⁊c. ¶Sꝫ est hic dubium/an beati videntes damnatorũ penas velint simpliciter ⁊ totaliter/an aliqualiter nolint eas. ¶Ad hoc videtur esse dicẽdum/q; pene huiusmodi possunt dupliciter considerari. Uno modo vt damnatorum afflictiue. Alio modo/vt delictorum punitiue. Tunc potest dici q; tam deus ꝙ quilibet beatus vult penas damnatoꝝ saltem secũdo modo. Cum enim (vt dictum est) beati sint diuine voluntati in volito quolibet conformati: per consequẽs illo modo volunt penas istas quo sciunt deũ velle ipsas: ita si sciunt deum velle eas totaliter: ⁊ ipsi volũt eas similiter. Si autem scitũ deum nolle eas aliqualiter/puta vt primo modo sumptas / qõ ⁊ videtur probabiliter: et ipsi consimiliter nolunt eas hoc modo acceptas. nec tamen ex hoc sequitur q; tristentur deo eos impassibilitãte: ita per consequens tristitiã natam sequi/ si aliqua nata sit sequi ad actum nolendi huiusmodi / suspendente: sicut ⁊ quodcunq; aliud afflictiuum. Tristitia enim sequens nolitum/est effectiue ab ipso nolente: mediante aliquo actu nolendi. sed eadem diuina virtute: qua nullũ agens aliud a beato potest in ipm inducere aliquid eius afflictiuũ: videl. etiam ipsemet in seipso deo solo omnem talem actũ tam suiipsius ꝙ cuiuslibet alterius suspendere. Et ideo licet beat⁹ posset in aliquem actum nolendi quia nec talis afligat nolentẽ nisi propter tristitiam cõsequentem: non tamen potest in tristitiam ipsam ab actu huiusmodi realiter differentẽ pura causa hoc impediẽte ne ipse beatus a tristitia hmõi possit pati. Uel ponendo q; tristitia non est a nolitione/sicut nec letitia a volitiõe distincta/ potest dici: q; sicut nõ omnis volitio est letitia: sed econuerso omnis letitia est volitio aliqua: vt ctũ fuit in precedentibus: ita licet omnis tristitia sit nolitio non tamen econuerso ois nolitio est tristitia. ⁊ ideo esto q; beati penas damnatorum aliquo mõ nolint: non tamẽ sequitur q; tristentur: cũ nec talis ipsorum nolitio sit tristitia: nec ad ipaz etiã sit nata tristitia ipsa seq. ꝙre ⁊c. ¶Hec de primo.

Quãtum ad secũdum & vltimum: vbi

est videndum/an econuerso damnati intelligant gloriam beatorũ: pono quatuor cõclusiones. ¶Prima est/q; dãnati sibi dimissi siue permissi possunt naturaliter distincte intelligere gloriam beatorum. ¶Hec probatur. quoniam idem est obiectum intellectus beati ⁊ damnati: videlicet ens creatum. ergo quodcunq; obiectum potest naturaliter intelligere beatus / ⁊ damnat⁹ sibi dimissus. Sed cõstat q; beati licet non possint naturaliter in actũ beatificũ cũ quo vident deum: possunt tamen intelligere naturaliter ipsum actum beatificum/sicut ⁊ quodlibet aliud ens creatum. Quis enim intelligens et volens aliquod obiectum potest se reflectere super actum intelligẽdi ⁊ volẽdi terminatum ad obiectum. alias non posset intelligere se itelligere: neq; velle. Cum ergo beatus intelligat ⁊ diligat deum/potest naturaliter intelligere istos actus. ergo ⁊ quilibet damnatus a deo non prohibitus: sed permissus. ¶Cõfirmatur. quia beati non sunt perfectiores in naturalibus ꝙ damnati. ergo qõ est naturaliter possibile beatis: est possibile ⁊ damnatis sibi dimissis. quare ⁊c. ¶Ex hoc sequitur corollarie/q; ipsi damnati permissi possunt naturaliter intelligere inequalitatẽ gloriae beatorum: ⁊ per consequẽs quis sit in ipsa superior: ⁊ quis inferior. ¶Hoc apparet. quoniam constat q; ille est superior cuius actus beatificus est intensior: ⁊ ille inferior cuius act⁹ est remissior. sed dãnati sibi dimissi possunt naturaliter hoc intelligere. sicut cũ potẽs distincte intelligẽ hãc

obediens: ꝛ illam potest intelligere que ipsarū sit perfectior/ ꝛ que imperfectior seu remissior: ita etiam de cognoscente seu cognoscere potente distincte actus beatificos inequales consimiliter est dicendum. sed damnati possunt sibi dimissi huiusmodi actus distincte cognoscere. ergo ꝛc. ¶ Si forte contra conclusionem predictam arguatur: quia potens cognoscere actum potest cognoscere eius obiectum: sed nec damnatus nec beatus potest naturaliter cognoscere deū actus beatifici obiectū. ergo nec actum ipsum: ¶ Ad hoc apparet ex predictis in precedentibus: ꝙ vel assumptum in maiori potest negari. vel illo concesso potest negari minor. aliquo enim actu deus est naturaliter intelligibilis: vt alibi est ostensum. ergo ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est: ꝙ damnati aliquo modo intelligent de facto gloriam beatorum. ¶ Hec probatur. quoniam actus volendi vel etiam nolēdi presupponit actū intelligendi obiectū ipsum volitum vel nolitum. nullus enim potest velle nec nolle nisi obiectum aliquod intellectum. sed damnati affectione commodi affecti volunt ꝛ appetūt/ vt cōmuniter conceditur/ esse beati/ ꝛ respuunt siue nolunt non esse beati. ¶ Hoc apparet. quoniam nisi vellent esse beati/ de eius carentia vide licet beatitudinis non dolerent siue tristarētur/ nec per consequens pena damni esset eorum afflictiua in aliquo nec lesiua: hoc autem est falsum. ergo ꝛc. ¶ Sed si actus volendi beatitudinem vel nolendi eius carētiaz sunt in damnatis nō ab eis sed a deo tm̄odo effectiue: ratio nō concludit. quoniam vt in quibusdam questionibus ordinarijs prolixius est ostensum/ actus volendi vel nolendi non necessario presupponit actum intelligendi obiectū volitum vel nolitū: vt actus huiusmodi volendi vel nolendi sunt in volente vel in nolēte passiue/ sed tm̄ vt sunt ab ipso actiue. ꝛ ita posset deus damnatis infundere actū volendi beatitudinem non intellectam. licet enim actu volendi a se elicito effectiue nullꝰ posset nisi cognitū velle/ potest tamen omnino incognitum velle vel nolle actu volendi vel nolendi in se recepto passiue/ ꝛ ab alio habito effectiue. Sed tamen licet hoc sit verum/ probabile est ꝙ si deus causat in damnatis tales actus volendi et nolendi/ ꝙ etiam causet in eis vel ipsi ex se habeant actum aliquem intelligendi tam volitum ꝙ nolitum: qz nec vnꝰ reperitur factum ꝙ alicui fuerit communicatus actus volendi vel nolendi totaliter ignotum: maxime illud qđ non potest naturaliter esse volitum nec nolitum nisi precognitū. Qđ dico pro tanto: quia forte nō omne volibile vel nolibile est tale. est enim forte aliquid qđ non precognitum potest etiam naturaliter esse volitum: vt alibi est ostensum. quare ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ damnati videntur inequaliter intelligere beatitudinem quā appetunt: et cuius carentiam respuūt siue nolunt. ¶ Hec non est necessaria: nec potest demōstratiue probari sicut nec alie precedentes. Ex hoc tamē persuaderi potest: quoniam sicut actus volendi vel nolendi vt absolute sumptus ad actum intelligendi absolute acceptū ita ꝛ tantus actus volendi vel nolendi ad tātum actum intelligendi. sed actus volendi vel nolendi p̄supponit naturaliter actum intelligendi volitum vel nolitum absolute. ergo ꝛ intensior actus volendi vel nolendi intensiorem actum intelligendi. sed damnati sunt inequales in actibus volendi beatitudinem ꝛ nolēdi eius carentiam: cum de ipsa inequaliter contristentur. ergo ꝛ in actibus intelligēdi talis volita ꝛ nolita. ¶ Confirmatur. quia aut actus huiusmodi intelligēdi ꝛ volendi causantur ab ipsis damnatis: aut a deo tm̄odo effectiue. Si primū: habetur propositum: videlicet ꝙ sicut sunt inequales in actibus volendi ꝛ nolēdi/ ita ꝛ in actibus intelligendi. quanto enī quis qđ odit vel diligit magis intelligit/ tanto amplius odit vel diligit vt videtur. quare ꝛc. Si autem ponatur secundum: vez ꝙ actus huiusmodi sint a deo: tunc licet deus de possibili minus intelligenti beatitudinem possit intensiorem actum appetēdi seu volendi imprimere: tamen non videtur esse de facto. sicut enim in beato huiusmodi actus licet a deo causati sic sibi inuicem correspondent/ ꝙ in quibus sunt perfectiores actus volendi seu fruendi/ sunt etiā perfectiores actus intelligendi a deo causati: ita etiam videtur esse dicendum consimiliter de damnatis: vez ꝙ beatitudinem plus volentes sunt ipsam aliquo modo amplius intelligentes. Cōcedo tamen ꝙ hoc non est necessarium simpliciter: neq; certum. nec ratio pro hoc adducta concludit: quia nec etiam ad ipsorum tristitiam nec dolorem est sic necessaria aliqua apprehensio nec respectio antecedens: supposito ꝙ tristitia ipsa ab omni tali actu concedatur realiter esse distincta/ ꝛ etiā dolor ipse cum neutrum realiter distinctorum alterum in ipso formaliter nō includat necessario simpliciter presupponat cum possit fieri per diuinam omnipotentiam siue eo. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est: ꝙ nō est verisimile ꝙ damnati intelligant determinate ꝛ distincte in speciali gloriam olim beatoꝝ. ¶ Hec potest ex hoc probari. quia non est probabile nec rationabile credere ꝙ ipsi sciant omnes hierarchias ꝛ ordines angelorum. sed (vt dictū est in prima conclusione) si ipsi distincte cognoscerēt gloriam beatorum/ puta visiones ꝛ fruitiones ipsorū/ intelligerent quorum huiusmodi actus essent intensiores/ ꝛ quorum remissiores/ ꝛ per consequens scirent qui essent in gloria superiores ꝛ qui inferiores: qđ non videtur credendum nec rationabiliter concedēdū. ergo ꝛc. ¶ Et ū ergo: quomodo ergo intelligent beatitudinē ipsam quā appetent: ꝛ cuius carentiam respuūt? ¶ Ad hoc potest dici ꝙ intelligent ipsam in vniuersali: sicut ꝛ modo intelligitur a nobis: vez tamē quoddā bonū summe delectabile. Bene etiā possunt intelligere huiusmodi bonū sic delectabile in visione ꝛ fruitione dei p̄sistere: cū etiam a viatoribus hoc sciatur: ꝛ ꝙ per consequēs omnes beati sunt deum intuentes ipsoq; eternaliter perfruentes. Quis autē beatorum plus intelligat ꝛ diligat/ ꝛ per cōsequēs beatior/ et quis minus beatus existat: non credo existere eis notū. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad argumēta in principio apparet solutio ex predictis.

QVarto & vltimo quero: vtrum gloria beatorum omniū sit equalis. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia quilibet beatus est perfecte quietatus. sed non esset perfecte quietatus nec satiatus nisi haberet omne possibile sibi bonū. non enim perfecte est satiatus qui careret aliquo possibili sibi bono ergo oēs beati habent omne possibile eis bonū. sed bonū oibus possibile est equale. nec enim vnus beatificabilis est capax maioris gloriē ꝙ alius. ergo ꝛc. ¶ Contra. qz gloria beatoꝝ correspōdet meritis ipsoꝝ/ ꝛ p cōsequēs confertur cuilibet secūm sua propria merita. Iuxta illud psalmi. Reddet vnicuiq; secūm opera sua. sed merita seu opera bona non sunt equalia sed inequalia omniū beatorum. ergo ꝛc. ¶ Responsio. Ubi est videndū. Primo de inequalitate vel equalitate beatitudinis seu gloriē corporum hominū. Secūdo de inequalitate beatitudinis essentialis ꝛ principalis tā hominū ꝙ et vniuersaliter aliorū omniū beatorum.

Quātū ad primū: iuxta quatuor corporū beatitudines siue dotes/ pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ beatitudo siue dos claritatis est inequalis in corporibus beatorum. ¶ Hec probatur ꝙ apostolus

dicentem. ꝓme Cerinth. 15. q̄ alia est claritas solis: alia claritas lunæ: alia claritas stellarū. Stella enī differt a stella in claritate. sic ⁊ resurrectio mortuorum. sed cōstat q̄ inequalis est claritas istorum incorruptibiliū supernorum corporum predictorum. ergo ⁊ similiter erit in equalis claritas corporum beatorum. ¶ Confirmatur. quia huiusmodi dos claritatis consistit in aliqua qualitate sensibili intensibili ⁊ remissibili. sed omnis forma talis siue corporalis siue spiritualis potest participari inequaliter a diuersis: ⁊ sic de facto ponitur esse de huiusmodi corporum claritate. Dicitur enim q̄ sicut beati sunt superiores i beatitudine essentiali ⁊ principali/ puta in visione ⁊ fruitione dei: ⁊ in claritate huiusmodi corporali/ ⁊ econuerso inferiores in predicta gloria seu beatitudine principali ⁊ i dote huiusmodi corporali. Ex quo sequitur: q̄ si aliqui essent eque beati: q̄ tales etiā essent corporaliter eque clari: ⁊ econtrario si non est ibi reperire aliquos equales in huiusmodi beatitudine principali seu essentiali que est fruitio ⁊ visio dei: nec in ista dote seu beatitudine corporali. ¶ Secūda conclusio est: q̄ beatitudo seu dos agilitatis aliquo modo potest esse inequalis: et aliquo modo videt esse equalis in omnib⁹ beatis hominibus. ¶ Hec probatur. quoniam huiusmodi agilitas cum non sit in aliquo beatorum aliud q̄ potestas ad mouēdum faciliter corpus suū/ aliquid respicit seu exigit ex parte corporis mobilis/ ⁊ aliquid ex parte anime mouentis. Exigit enim corpus faciliter mobile passiue ⁊ anima eius motiuū actiue. sed vnū corpus vnius hominis poterit esse mobile facilius passiue quia ad hoc melius dispositum: anima autem vnius nō videtur magis motiua q̄ anime alterius effectiue: cum omnes vt eiusdem rationis non intensibiles nec remissibiles in naturalibus sint equales. ergo in huiusmodi agilitatis dote poterunt esse sancti inequales passiue: vez ex parte corporis mobilis: non autem actiue ex parte anime mouentis. ¶ Confirmatur. quia q̄ō est facilius mobile ⁊ ad mouēdum melius dispositum passiue/ facilius potest moueri ⁊ velocius ab eadem virtute actiue. eedem enim seu equales virtutes motiue facili⁹ possunt mouere q̄ō mobilius ⁊ ad motū melius dispositū est passiue. ergo licet omnes homines beati in motuis potēcijs sint equales: ille tamen poterit se mouere velocius ⁊ facilius: cuius corpus erit passiue mobilius ⁊ ad motum dispositū melius. Ex quo sequitur propositum: vez q̄ huiusmodi agilitatis dos corporalis poterit esse in beatis hominibus inequaliter aliquo modo puta passiue/ licet non actiue. ¶ Et si queras an ita sit futurum de facto: Ad hoc est dicēdum q̄ istud non est nobis certum: quia nec in scriptura reperitur expressum. licet enim in scriptura dicatur q̄ alij beatorum hominū erunt alijs corporaliter clariores: vt apparet per apostolum vbi supra: nō tamē q̄ alij sint futuri alijs agiliores. nō igitur quid de facto sit futurum potest existere nobis certum. ¶ Tertia conclusio est: q̄ beatitudo siue dos impassibilitatis non erit in equaliter in beatis. ¶ Hec apparet. quia impassibilitatis dos huiusmodi non est aliud q̄ suspensio actionis afflictiue omnis cause secunde in quēlibet beatorum. sed constat q̄ equaliter omnes secunde cause a quibus beati realiter possent pati/ equaliter sunt punite seu suspē se actione eis debita respectu cuiuslibet beatoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia beati omnes sunt equaliter impassibiles: cum nullus aliquid possit pati. ergo esto q̄ ipsi essent impassibiles forma eis impressa aliqua mediante que in diuersis existeret inequalis: nihilominus ex quo ipsi equaliter sunt impassibiles oporteret concedere formam illam esse in oibus equaliter virtualiter: licet inequaliter seu inequalis poneretur formaliter in diuersis. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: q̄ nec beatitudo seu dos subtilitatis erit inequaliter sed equaliter in beatis. ¶ Hec apparet. quoniam huiusmodi subtilitatis dos non est aliud vt in precedentibus fuit dictū q̄ potestas concessa cuilibet hominū beatorum essendi quando voluerit simul in eodem loco cum alio corpore non glorioso. sed hoc nō magis conuenit vni q̄ alteri: sed omnibus equaliter ⁊ indifferenter. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia esto q̄ huiusmodi subtilitatis dos esset forma aliqua in beatis inequaliter ab eis participata formaliter: ex quo posse esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso omnibus beatis hominibus cōuenit equaliter per consequens ⁊ huiusmodi forma si ponatur esse dos subtilitatis (q̄ō tamen pont non potest) in omnibus est equalis saltē virtualiter: esto q̄ non formaliter. q̄re ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū ⁊ est sciendum

q̄ hic non quaritur vtrum beati omnes sint inequales in beatitudine huiusmodi principali extensiue: cum beatitudo omnū sit eterna/ nec per consequens vnus alio sit nec esse possit beatior extensiue nec passiue. omnes enim sunt passiue eque beatificabiles intensiue. nec eis beatitudo quātūcūq̄ intensa est alicui possibilis que sit alicui sit repugnans. Nō querit ergo hic de inequalitate beatitudinis extensiue nec etiam intensiue absolute: sed de inequalitate intensa beatitudinis de facto correspondente: an videlicet omnes beati sint de facto inequales in beatitudine intensiue. ¶ Hoc supposito/ pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ beati sunt in beatitudine huiusmodi inequales. ¶ Hec est nota non tm̄ fide ⁊ ex sacra scriptura: sed etiā ex sanctorum doctrinis. Unde Gregorius in libro. 4. moraliū sic dicit. Quia in hac vita nobis est discretio operū/ erit in alia discretio dignitatum: vt quo hic alius alium superat merito illic alius alium retributione transcendat. ¶ Sed sunt hic tria dubia. Primū est: an omnes beati sint vniuersaliter inequales in beatitudine: an sint aliqui equales. Secundum est: vnde prouenit iste inequalitas gloriæ in beatis: cum omniū beatitudines sint eiusdem specifice rationis. Tertium an necessario habentes actus fruendi ⁊ videndi deum quiditatiue perfectiores/ sint beatiores. ¶ Ad primū est dicendum: q̄ circa equalitatem vel inequalitatem gloriæ beatorum nihil potest existere nobis certum nisi hoc q̄ō in scriptura reperitur expressum. In scriptura autem aliud non habetur nisi q̄ diuersi et inequales sunt gradus in gloria. qui quidem gradus p̄ rationem conferunt scōm gradus varios precedentiū meritorum. Ex quo sequitur necessario: q̄ si aliqui reperiātur equales in merito/ q̄ erunt etiā pares ⁊ equales in premio. An autē de facto aliqui sint tales: vez equales an omnes sint tam in merito q̄ per cōsequēs in premio inequales: hoc scriptura nō exprimit. Chrysostomus tamen super Matth. de hoc loquēs sic dicit. Puto q̄ oēs sancti quantum ad subtilitatem diuini iudicij inuicem sibi aut inferiores aut superiores sunt aut pares. Ex quo intelligimus quoniam qui meliorem se non habet/ omnibus minor est. Hec Chrysostomus. Hoc autem vltimū infert sanctus de beato Joanne baptista: super illo verbo de ipso dicto Matthei. xi. Inter natos mulierum nō surrexit maior Joanne Baptista. ¶ Ad secundum dico: q̄ actus beatificus est inequalis causaliter a deo: formaliter a seipso: materialiter autem a nullo. quia nec sic est inequalis sed equalis. ¶ Primō: videlicet q̄ inequalitas beatitudinū causaliter sit a deo/ apparet. quoniam a quo forma aliqua confertur aliquibus pluribus causaliter/ ab eodem eis cōfertur equaliter vel inequaliter

a quo enim est albedo ab eodem est tanta vel tanta/intẽ
ta videlicet vel remissa.sed beatitudines beatorum olim
vt suppono ex dictis in precedentibus sunt a deo causa-
liter seu effectiue.ergo cum tam maior ꝙ minor beatitu-
do causaliter sit a deo:per consequens ꝛ ipsarum inequa
litas est ab ipso hoc modo. ¶ Secundum videlicet ꝙ in
equalitas beatitudinis sit ab ipsa beatitudine formaliter:
ex hoc patet.quoniam ab illo formaliter vnum est in
equale alteri vel equale quo formaliter quodlibet eorum
est tãtũ vel tãtũ.sed beatitudo cuiuslibet beatorũ seipsa
formaliter est tanta in quolibet:puta maior seu intensior
in vno/ꝛ minor seu remissior in alio.sicut enim albedo et
quecũq; forma alia intensibilis ꝛ remissibilis seipsa for-
maliter est intensior vel remissior non aliquo sibi addito
ab ipsa alterius rationis/ꝛ per consequẽs seipsa est ma-
ior vel minor alia/vel ipsi equalis:eodem enim est maior
vel minor alia quo est tanta:ita ꝛ de gloria beatorum q̃
est etiam forma intensibilis ꝛ remissibilis: cõsimiliter est
dicendum. ¶ Tertium:videlicet ꝙ inequalitas in beati
tudine non sit ab aliquo passiue/apparet.quia vt p̃missi/
omnes beati sunt equaliter beatificabiles: nec vnus est
maioris beatitudinis capax q̃ alius.ergo beatitudo vt
passiue possibilis est equalis omniũ beatorum.quare ꝛc.
¶ Ad tertium dicẽdum:ꝙ cum ille necessario sit magis
beatus qui deum perfectius intelligit ꝛ plus diligit:per
consequens si omnis ille beatus cuius actus p̃dicti bea
tifici sunt quidditatiue perfectiores seu intẽsiores/neces
sario magis deum intelligit ꝛ diligit:ꝛ beatior necessario
existit.Si autem/qõ videtur probabilius/ nõ necessario
isti actus quia perfectiores quidditatiue sunt perfectio-
res obiectiue.sed posset per diuinam potentiam habens
huiusmodi actus intensiores quidditatiue deum diligere
et videre remissius ꝛ imperfectius obiectiue: Hoc sup-
posito est dicẽdum consequenter ꝙ non necessario bea-
ti habentes huiusmodi actus beatificos quidditatiue in-
tensiores seu perfectiores sunt beatiores: cum nec ali-
quis sit beatus propter aliquẽ accidentalem actum/vt
quidditatiue sumptũ sed propter eius obiectũ: ꝛ per con
sequens si propter actum/ non nisi ad obiectum termi-
natum. De facto tamen sic est ꝙ illi sunt beatiores: quo
rum actus predicti/videlicet videndi ꝛ diligẽdi seu fruẽ
di/ sunt quidditatiue perfectiores: quia ꝛ de facto tales
magis intelligunt ꝛ diligunt deum:esto ꝙ hoc forte non
sit simpliciter necessarium quin posset fieri contrarium
absolute per diuinam potẽtiam: vt in.3.distinctione.14.
aliqualiter est probatũ. ¶ Secunda conclusio est:ꝙ bea
ti inequales in gloria sunt.inequales tam in actibus an
tecedentibus beatificis: videlicet visionis ꝛ fruitionis
eterne q̃ etiam in letitia consequẽte:supposito ꝙ abhu
iusmodi actibus distinguatur. ¶ Hec non potest proba-
ri per rationem naturalem/ nec expresse etiam per scri-
pturam.omnes tamen tam Augustinus q̃ alij doctores
catholici ipsam asserunt ꝛ concedunt. ¶ Primum:vꝫ
ꝙ non possit ratione naturali probari/ apparet. quo-
niam veritas que est mere contingens ꝛ a sola diuina vo
luntate dependens vel etiam a quocũq; alio/ nõ potest
intellectui creato naturaliter esse nota/ nisi eius termi
nos ac ipsorum nationem actualiter intuenti. nec enim
talis contingẽs veritas sicut ꝙ homo sit albus/cognos
scitur abstractiue nisi ab aliquo reueletur. sed ꝙ bea-
ti inequales in gloria sint equales instanti in omnibus
supradictis: an tñ in aliquibus ipsorum: hoc est mere
contingens/ꝛ a sola diuina voluntate dependens. cum
enim predicta omnia vt cõmuniter conceditur/realiter
distinguantur/per consequẽs posset deus si vellet premi
are inequaliter quantũ ad aliqua ꝛ equaliter quantum
ad alia. nullum enim realiter distinctorum inequaliter
ab aliquibus participatum arguit necessario alterum
participari inequaliter nec etiam aliqualiter ob eisdẽ.
ergo ꝛc. ¶ Secundum videlicet ꝙ nec posset probari ex
presse per sacram scripturam conclusio supradicta/ap-
paret.quoniã scriptura nõ explicat nisi inequalitatẽ ꝛ
diuersitatẽ glorie beatorũ. nõ exprimit autem an hmõi
glorie ineq̃litas attendat in p̃dictis oibus/an tñ i aliq
bꝰ/puta tñ in fruitione/ vel tñ in visione/an in vtroq;
istorũ actuũ: ꝛ nõ in letitia seu gaudio vel econuerso. q̃li
cet ex scriptura sit certũ scõm inequalitatẽ meritorũ esse
inequalitatẽ premiorum: non tamen an aliquorũ tñ an
omnium predictorum. ¶ Cõfirmatur.quia sicut homines
beati premiantur equaliter in quibusdam corporaliter
vt in impassibilitate ꝛ insubilitate: ꝛ in alijs inequa-
liter vt in claritate ꝛ forte etiam in agilitate: ita consi-
militer si deus voluisset/fieri potuisset de essentiali ꝛ pri
cipali premio animarum ꝛ aliorum omnium beatorum in
predictis actibus ꝛ in gaudijs ipsos consequentibus cõ
sistente:vt videlicet omnes beati essent in aliquibus ho
rum equales/ꝛ in alijs inequales.quare ꝛc. ¶ Tertium
apparet:videlicet ꝙ cõclusionem predictam omnes do
ctores concedant.omnes enim de hoc loquentes dicunt
ꝙ quanto beati magis deum intelligunt seu vident/ tã
to magis eum diligunt:ꝛ de ipso magis ac intensius di-
lecto ꝛ intellecto amplius gaudent. Et hoc etiam vt vi
detur habet poni necessario non simpliciter sed secũdũ
quid/puta loquendo naturaliter/ in quocũq; gaudente
alio gaudio a beatifico de aliquo obiecto preintellecto ꝛ
dilecto:videlicet ꝙ magis diligẽs magis gaudet sicut
et magis nolens seu respuens aliquid de ipso magis do
let vel tristatur.Et ita ꝓsimiliter in proposito de beato
videtur esse dicendum:licet non sit hoc absolute neces-
sarium:cum tam ipsorum actus beatificus antecedens
q̃ gaudium consequens sit a deo libere ꝛ contingenter
ad extra omnia producente/ꝛ per consequens produce-
re ꝛ communicare valente quodcunq; sine quocunq; ab
ipso realiter differente.quare ꝛc. ¶ Tertia conclusio est:
ꝙ nullus beatus nisi forte Christus est tãtũ beatus quã
tum ipse est beatificabilis. ¶ Hec probatur. quoniã aut
beatitudo possibilis est infinita:aut est tñ finita. Si est
possibilis beatitudo aliqua infinita:cum talis nulli po-
natur de facto cõmunicata/per consequens sequitur ꝓ-
positum:videlicet ꝙ nullus est tãtũ beatus quantũ bea
tificabilis.quoniam omnis natura beatificabilis est re-
ceptiua cuiuscũq; ꝛ quãtecũq; beatitudinis possibilis.
nulla enim beatitudo creata cum sit accidentalis est possi
bilis que non sit in subiecto receptibilis. ergo si beatitu
do posset fieri infinita:supposito ꝙ talis nulli sit cõmu-
nicata:nullus beatus est tãtũ quãtũ posset esse beatus.
Si aũt dicat ꝙ beatitudo infinita nõ est possibilis:sed
tñ finita:eadem sequitur.Imo etiam tũc sequitur ꝙ non
tñ de facto nullus est tantũ quãtũ posset esse beatus:
sed ẽt ꝙ hoc ẽ ipossibile absolute:vꝫ aliquẽ beatificabi
lẽ tãtũ de beatitudine habere quantũ est ipsi possibile.
Probatio.quia quacunq; forma ꝛ quantacũq; finita in
tensibili data potest esse alia perfectior intensiue.nõ po
test enim albedo fieri sic perfecta quin possit fieri perfe
ctior ꝛ intensior si finita.sicut enim quantũ diuisibile nõ
potest tñ esse diuisum quantum est diuisibile: cum semꝫ
quantumcũq; fuerit diuisum adhuc amplius possit diui
di:nec potest etiam aliquod quãtum tantum extensiue
perfici vel extendi quin adhuc possit maius fieri ꝛ extẽ
di amplius si finitum:ita ꝛ de omni forma intẽsibili seu
intensiue augmentabili est dicendum/videlicet ꝙ impos-
sibile est dare aliquam quantumcunq; perfectam nõ ad-
huc amplius intensibilem/supposito ꝙ formaliter sit fi
nita.sed beatitudo est/vt supponꝫ ex fide/forma in-

tẽsibilis. ergo impossibile est dare aliquam beatitudinẽ finitam vltimate perfectã: sic videlicet q̃ non possit esse alia perfectior. sed omnis beatitudo possibilis est in quo cũq; beatificabili receptibilis. ergo si nulla beatitudo ẽ possibilis nisi finita: cum nulla talis possit esse tãta quã ta est possibilis/ ꝛ in quacũq; natura beatificabili receptibilis: per cõsequẽs sequitur propositum: videlicet q̃ hoc supposito impossibile est aliquem tãtũ esse beatum quantum est beatificabilis intẽsiue. ¶ Ex hoc sequitur q̃ siue beatitudo possit fieri infinita siue nõ/ nullus beatorum nec etiam Christus vt homo est tantum beatus quãtũ est beatificabilis: nisi ponatur eius beatitudo effi fieri infinita. si enim beatitudo eius sit finita (siue infinita sit possibilis siue non) potest fieri alia perfectior intẽsiue vt apparet ex precedentibus euidenter. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cõclusio est: q̃ quilibet beatus erit perfecte quantum sibi est possibile rationabiliter licet non quantum est sibi possibile simpliciter/ quietatus. ¶ Hec apparet. quoniam licet beato cuilibet esset possibile absolute ꝛ simpliciter maius bonum quiditatiue: non tamen rationabiliter: quia nec deus alicui amplius q̃ habeat vult conferre. quilibet etiam habet tantũ bonum obiectiue quantum simpliciter habere potest/ quia tantũ: quẽ habet mõ sibi sufficienti ꝛ sufficere debenti secũdum dictamen debite rationis. quilibet etiã habet simpliciter tantum bonum quantum potest appetere: imo incomparabiliter maius bonum q̃ possit appetere actu a se elicito effectiue. licet enim posset quilibet habere maius bonum/ quia perfectiorem fruitionis actum in se recipere subiectiue: non tamẽ potest perfectiorem actũ sua virtute elicere effectiue. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis. quoniam beatus non potest dici perfecte quietatus seu satiatus quia habet tantum bonũ quantum sibi est possibile absolute nisi obiectiue: sed quia habet quãtũ sibi sufficit ꝛ quãtum potest immo plus q̃ possit appetere actu a se elicito effectiue. Et ita licet sequales in gloria sint beati: nõ tamẽ sunt perfecti ꝛ perfecte quietati. Unde Gregorius li. 34. moraliũ. de hoc loquẽs sic dicit. Apud patrem mansiones multe sunt: quia in illa beatitudine non dispari vnusquisq; iuxta dispar meritũ locum disparem percipit: sed eiusdem disparitatis tamen non sentit: quia tantum sibi sufficit quantum percipit. Et ideo dicit Augustinus li. 18. de ciuitate dei. Ubi est virtus ꝛ felicitas quid aliud queritur? quid ei sufficit cui virtus ꝛ felicitas nõ sufficit? Omnia quippe agenda complectitur virtus: omnia optanda felicitas. Ad quam felicitatem et eternam beatitudinem nos perducat qui cum patre ꝛ spiritu sancto vnus et regnat deus. Amen.

FINIS Disputatorum a venerabili patre Guilielmo de Rubione Minorita super Quartũ librum Magistri Sententiarũ: impressorum summa accuratione pro pœnuria exemplaris ab Iodoco Badio impẽsis eiusdẽ & Simonis Vincentii ac Michaelis Conradi: Cum gratia & priuilegio in fronte huius Tomi expressis: ad paschа sesquimillesimũ decimũoctauum.

Deo laus & gloria.

Digitized by Google

Digitized by Google